# MONVMENTA
# GERMANIAE
# HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

---

LEGVM SECTIO IV.

CONSTITVTIONES ET ACTA PVBLICA IMPERATORVM ET REGVM

TOMI VI. PARTIS PRIORIS FASCICVLVS II.

---

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MCMXIV

EX LIBRIS

MR. H. VAN RIEL
ROTTERDAM

Digitized by the Internet Archive
in 2016 with funding from
Getty Research Institute

https://archive.org/details/constitutioneset613weil

## 539. *Legatio ad Robertum regem Siciliae. Ian. 17.*

*Copia* (c.) *ibidem l. c. fol. 5, ubi rubrum:* Ad regiam maiestatem ambaxata. — *Dedit Ficker l. c. p. 116 nr. 214 ex* c. *Item repetimus*[1].

*Cf. Ficker l. c. p. 117 nr. 215.*

Ambaxata ad suprascriptam regiam maiestatem per suprascriptos ambaxiatores fienda.

1. Primo quidem etc. recommendent.

2. Secundo dicant qualiter Florentini in suorum sapientum collationibus deducentes, quid esset utilius pro exaltatione sancte matris ecclesie ac regie maiestatis ac tuitione Florentinorum aliorumque devotorum circumpositarum partium previdendum, tandem omnibus in considerationem debitam hinc inde deductis matura deliberatione premissa adverterent aperte, quod considerata vicina grandi potentia dannati Bavari aliorumque hostium ipsius ecclesie, tam quam nunc habent quam eam quam in futuro habere disponunt, et attentis gravissimis oneribus expensarum, que Florentinis longe actenus incumberunt et incumbunt, non esset eis possibile se aliosque circumpositos fideles ecclesie et devotos ecclesie ac regie maiestatis aliquatenus defensare alia[s]que agere ut desiderarent ad depressionem eiusdem Bavari suorumque complicum et fautorum sine potenti exfortio matris ecclesie atque regie maiestatis, et qualiter ipsi Florentini intendentes caute Romanam ecclesiam et dominum suum dominum summum pontificem in negotiis huiusmodi adeo excitare, quod ea ut decet assumant viriliter et potenter. Advertentes et Florentini predicti in hoc provideri necessitatibus regiis atque Florentinorum ipsorum et condevotorum et aliorum et considerantes, quanta pre omnibus fides datur per dominum nostrum predictum domino Lombardie legato, ad ipsum Lombardie legatum suos solennes nuntios destinarunt ad supplicandum eidem tanquam locum tenenti eiusdem ecclesie ac apostolice sanctitatis, cuius in hiis et regia causa principaliter agitur, quatenus dignaretur ante tempus occurrere et providere, quomodo et quo ordine tempore oportuno, quod proximum esse dignoscitur, concurrat in partibus istis et aliis, ad quas tirannus ipse cum suo transiret exfortio, talis et tanta potentia, que Florentinis et aliis devotis predictis non solum ad eorum defensionem, sed ad ipsius Bavari confusionem sufficiat[2]. Et qualiter ipsis ambaxatoribus Florentinis existentibus in civitate Bononie dominus legatus predictus auditis narratis eidem collationes cum sapientibus communis Bononie et ipsius Florentinis ambaxatoribus habuit, in quibus inter cetera venit, quod necessarium videbatur consideratis predictis et aliis, que latius scribi possent, quod inter matrem ecclesiam, regiam maiestatem, communia Bononie, Senarum, Perusii ac Florentie et alia circumposita inferiora communia sine dilatione habeatur et fiat tallia de quinque milibus ultramontanis militibus inter predictos matrem ecclesiam, regiam maiestatem et predicta supranominata et alia inferiora communia dividendis. Et qualiter visum fuit domino legato predicto, quod ex predictis quinque milia militibus duo milia quingenti per ipsam ecclesiam et regiam maiestatem et alii duo milia et quingenti per omnia supradicta communia habeantur. Et qualiter pro predictorum executione celeri predicti dominus legatus et commune Bononie suos solennes ambaxatores ad commune Florentie destinarunt et destinant ad ipsam regiam maiestatem et ad dicta communia Perusii et Senarum et alios ambaxatores mittere intendunt ad dominum summum pontificem simul cum ambaxatoribus communium predictorum. Et licet ut predicitur Florentini predicti sint importabiliter fatigati oneribus expensarum, nichilominus parati sunt de dicta summa duorum milium quingentorum

1) *Cf. Davidsohn 'Geschichte von Florenz' III, 862 not. 3.*

2) *Cf. Ficker l. c. p. 106 nr. 193.*

militum partem assumnere ipsis rationabiliter contingentem et pro meliori dicti domini legati dispositionem et consilium observare et domino summo pontifici supplicare, quod nedum partem sibi de aliis duo milia quingentis militibus contingentem, sed etiam ampliorem quantitatem militum ponere dignetur ad dictam talliam augendam. Et propterea ipsi regie maiestati affectuosissime supplicent, quatenus predictis et aliis considerandis consideratis dignetur et velit et ipse non solum partem eidem de dictis militibus contingentem assumere et parare, sed ampliorem ad dictam talliam ut predicitur augendam ad hoc, ut ipsi hostes ecclesie sancte Dei atque regii citius, potentius et securius comprimantur, et suos etiam nuntios solennes ad dominum summum pontificem [de] dicta causa mittere sine mora, ut nichil de oportunis et contingentibus omittatur, et nichilominus suam partem militum exnunc adeo preparare, quod si expeditur, quod omnino verisimiliter creditur, ante responsionem a domino summo pontifice habitam posset concurrere cum alio Florentinorum et condevotorum exfortio ubicunque fuerit oportunum pro communi defensione regia et omnium devotorum et depressione hostium predictorum communis potentia utrorumque.

Data Florentie, die XVII. Ianuarii, XII. ind.

## 540. *Litterae ad S. Miniatum.* *Ian. 22.*

*Copia* (c.) *ibidem l. c. fol. 7', ubi rubrum:* Ad duodecim S. Miniati. — *Dedit Ficker l. c. p. 117 nr. 216 ex* c. *Item repetimus.*

Dominis duodecim S. Miniati.

Ian. 21. Scimus vere quod Pisani et inimici vestri et nostri cavalcatam pridie per gentes domini Beltramoni et vestras factam tanto tempore presciverunt, quod si milites Bavari sua stipendia recepissent, quod gentes ipsas super Pisano territorio invenissent. Et licet semper sit in Domino confidendum, dubius tamen semper belli reputatur eventus. Et quod exnunc Pisis dicitur, quod fieri debet alia cavalcata. Et ideo prudentiam vestram requirimus et rogamus attente, quatenus hec nota et domino Beltramono et terre vestre capitibus faciatis. Et pro meliori elegimus, sicut scripsimus domino Beltramono, quod a cavalcatis fiendis desistatur ad presens, et hoc per vos et vestros observari consulimus et rogamus, quousque vobis aliud rescribatur. Et per scripta nobis videtur, quod hec et alia sciantur referentibus hominibus de Bucciano, qui Gibellini esse dicuntur, et ea hominibus de Palaria nuntiare.

Data Florentie. die XXII. Ian., XII. ind.

## 541. *Litterae ad legatum apostolicum alterae.* *Febr. 6.*

*Copia* (c.) *ibidem l. c. fol. 13, ubi rubrum:* Ad dominum in Lombardia legatum. — *Dedit Ficker l. c. p. 118 nr. 221 ex* c. *Item repetimus.*

Domino in Lombardia legato.

De persuasionibus et oblationibus nobis factis pro parte viri magnifici domini Raymundi de Vallibus a paternitate vestra causam habitis et motum et de fidelibus et gratissimis nobis servitiis, que per ipsum et gentes vestras nobis continue impenduntur, paternitati et dominationi vestre ad gratiarum actiones adsurgimus quantas possumus et debemus. Et ut omnia que nobis imminent ut capud sancte matris ecclesie sentiatis, referimus vobis presentibus, quod vere habemus quod dampnatus Bavarus et sibi adherentes persecutores ecclesie hostes nostri suos fecerunt apparatus et in motu sunt, ut utinam sub omine infelici contra nos et fratres nostros veniant sine mora presentis temporis intemperie quiescente, et quod nobis non est nos et ipsos fratres defendendi,

nedum ipsis hostibus eorum grandi et vicina considerata potentia possibilitas resistendi. Et quod nos cogit amplius dubitare est, quod civitas Vulterrana et terra Sancti Ieminiani iam cum ipso Bavaro et Pisanis ad treuguam pervenerunt et commune Sancti Miniati presenter per suos nobis ambaxatores notificant, quod ipse intendunt ad simile faciendum. Et de Senensibus et Collensibus dubitamus, ne labantur in idem. Quod periculosum pro matre ecclesia et pro suis fidelibus reputamus considerato periculo, quod inde posset, ni festinum et efficax adhibeatur remedium, evenire. Quapropter paternitati vestre reverentissime supplicamus, quatenus sine dilatione dignemini solemnes ambaxatores vestros ad dicta communia destinare, ut a tam pestifero proposito avertantur et reddantur constantes ad perseverandum in devotione matris ecclesie contra hereticos et dannatos una cum matre ecclesia, vobiscum et aliis condevotis. Et nos que possumus scribendo predicta domino regi Roberto et per nos ipsos remedia preparamus. Dignemini etiam omne vestrum exfortium sic tenere paratum, quod quandocunque nobis necessitas immineret, illud subito habeamus. In quo casu speramus Domino concedente et suam defendente causam, quod hostes predicti mortis periculo supponentur.

Data Florentie, die VI. Febr., XII. ind.[1]

---

# 542. 543. LITTERAE AD CIVITATEM MEDIOLANENSEM ET COMMUNE MODOETIAE.

## 1329. Ian. 18.—30.

### 542. *Litterae archiepiscopi Mediolanensis et Vicecomitum ad civitatem Mediolanensem. Ian. 18.—20.*

*Servantur nonnisi in Bernardi Corii 'Patria Historia' (Mediolani 1503). Est inscriptio:* Nobilibus viris dominis viginti quattuor presidentibus negotiis communis Mediolani, amicis carissimis. *Editionem hic illic correctam repetimus.*

Iohannes ecclesie Mediolanensis etc., Azo imperiali gratia civitatis et comitatus Mediolani vicarius generalis necnon Marcus etc. de Vicecomitibus votiva cum salute.

Ad gaudium amicitie vestre nuntiamus divina gratia precedente serenissimum dominum Ludovicum Dei gratia Romanorum imperatorem et semper augustum consideratis preteritis, presentibus et futuris die XV. Ianuarii dicto Azoni de vicariatu pre- Ian. 15.
dicto Mediolani gratiosissime providisse[2] ad exaltationem et conservationem sacri imperii et civitatis Mediolani et omnium amicorum.

Data Pisis, anno MCCCXXVIIII, die XVIII. Ianuarii.

Post hec die Mercurii sequenti dominus papa[3] habuit concistorium, in quo fuit dominus imperator cum cardinalibus. Et ibi provisum fuit dominum Iohannem fore cardinalem et legatum in Lombardia, quod completum fuit die vigesimo ipsius mensis Ian. 20.
semper domino imperatore presente[4].

Data Pisis, die vigesimo Ianuarii.

1) *Scripti infeudationis Iohannis de Mose Mediolani a. 1329. Ian. 16 a cancellario nomine imperatoris datae, quod Altorfi in tabulario Urano servatur, hic ponendi copiam quamvis quaerentes nacti non sumus. Quod in Supplementis tomi VII. nos posituros esse speramus. Ineditum est.* 2) *Formam constitutionis vicariatus v. infra nr. 647; cf. nr. 648 et 648a.* 3) *Nicolaus V. antipapa.* 4) *Cf. loco supra pag. 373 not. 3 citato p. 294 sqq. et supra nr. 312.*

543. *Litterae civitatis Mediolanensis ad commune Modoetiae.* *Ian. 30.*

*Servantur ibidem. Est inscriptio:* Nobilibus viris dominis Albertino de Puteo vicario, procuratoribus [et] sapientibus communis Modoetie, amicis carissimis suis dilectis. *Editionem* (ed.) *repetimus.*

Viginti quattuor electi ad conservationem status pacifici communis et populi Mediolani salutem cum votis semper placidam et felicem.

Ecce volentes vobiscum votivis felicitatibus participare, nobis nova que presentialiter habemus, nunciamus vobis presentibus introclusa ad gaudium sempiternum. Et placeat vobis mittere ambasciatores vestros solennes pro honorando dominos Vice-
ebr. 2. comites[a], qui erunt hic die Iovis proxime futuro.

Data Mediolani, penultimo Ianuarii.

---

# 544—546. ACTORUM CURIAE VICARII GENERALIS LUNIGIANAE CONTINUATIO.

## 1329. Ian. 21.—Febr. 3.

*Ex Protocollis Thomasini Bonacursi, de quibus v. supra ad nr. 526 et 527. Cf. supra nr. 526. 527 et infra nr. 560. 561.*

544. *Receptio pecuniae e dogana salis provenientis.* *Ian. 21.*

*Imbreviatura* (c.) *l. c. fol. 77. Descripsimus nos. In margine folii additur:* facta. — *Ineditum.*

MCCCXXVIIII, ind. XII, die XXI. Ian.

Cum ser Pucius condam Ducii de Verucula Bosorum olim doanerius doane salis terre Verucule pro condam bone memorie[a] illustri principe et domino domino Kastrucio Dei gratia duce Lucan(orum) in dicta doana salem habuerit et vendiderit et maxime a MCCCXXVIII, ind. XII. usque ad presentem mensem Ian(uarii) et nunc mangnificus vir dominus Gabuardus imperatorie maiestatis vicarius Lun(igiane) mandatum habuerit a serenissimo principe et domino domino Ludovico Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto videndi et videri faciendi rationes quaslibet officialium et maxime doane salis provincie Lun(ensis) et omnes pecunie quantitates, quas invenerit ad manus quorumlibet officialium prefate provincie occasione doane salis et maxime terrarum Serçane et Verucule Bosorum esse, ad manus suas nomine dicti domini Ludovici facere devenire et omnes et singulos officiales doane salis tocius dicte provincie et maxime terrarum Serçane et Verucule Bosorum visa per se vel per alium ratione ipsorum et habita diligenti consingnatione pecunie absolvendi et liberandi eosdem, prout de predicto mandato patet per patentes licteras memorati serenissimi principis domini Ludovici sigillatas cum quodam sigillo cere crocee, in quo erat sculpta imago dicti domini inperatoris, et que littere date fuerunt Pis(is) anno Domini MCCCXXVIII, ind. XII, die XVII. Decemb.[1],

543. a) Vicecomitum *ed.*

544. a) *sequ.* dn̄o *delet. c.*

1) *Servatae non sunt.*

nunc vero idem dominus Gabuardus auctoritate prefata visa per se et Vannem de Lieti castaldionem eius diligenti ratione introytus et exitus doane salis suprascripti ser Pucii doanerii terre Verucule[b] Bosorum pro iam dicto domino duce et maxime a mense Ian. MCCCXXVIII. usque ad mensem Ian. MCCCXXVIIII. et invento habita diligenti calculatione, quod idem ser Pucius habita ratione denariorum datorum per eum, quod ex dicto tempore pecuniam non habebat pro sale vendito intra dictum tempus, quam non dederit et consingnaverit Francucio Campanario maiori doanerio prefati domini ducis et ipsi domino Gabuardo, conputatis expensis variis factis per ipsum ser Pucium, exceptis[c] libr. MCCCLXXX imperalium habitis et perceptis per ipsum ser Pucium[c] ex precio minarum MVI^C venditarum per dictum ser Pucium de mandato dicti domini Gabuardi mangnifico domino Spinette marchioni Malaspine, quas libr. MCCLXXX[d] idem[e] dominus Gabuardus recipiens nomine et vice prefati serenissimi principis domini Ludovici Romanorum imperatoris confessus fuit se habuisse et recepisse a Iambono Parentis de Serçana procuratore prefati ser Pucii dante et solvente nomine et vice dicti ser Pucii et de pecunia habita et recepta ex precio dicti salis. Qui quidem dominus Gabuardus prefata sibi conmissa et concessa a iam dicto domino Ludovico nomine et vice dicti domini Ludovici et sui ipsius, in quantum ad eum spectat ex officio vicariatus, Iambonum procuratorem suprascripti ser Pucii nomine et vice dicti ser Pucii recipientem ex certa scientia liberavit et absolvit ab omni et toto eo, quod ad manus dicti ser Pucii ratione dicti doane salis vel de ipso sale p[er]venisset. Promictens ipsi procuratori recipienti nomine suprascripto et auctoritate suprascripta, quod idem ser Pucius ratione alicuius quantitatis salis vel pecunie exinde percepte nunquam inquietabitur vel molestabitur. Sub obligatione bonorum dicti domini Gabuardi. Renuntians condictioni doli et omni alii iuri et legum auxilio.

Actum in roccha castri Serçane, presentibus Periolo condam Michelis et Bertolomeo Aimoboni de Serçana testibus ad hec vocatis et rogatis.

Facta carta ser Pucio.

## 545. *Assignatio pagamenti e dogana salis.* *Febr. 2.*

*Imbreviatura* (c.) *l. c. fol. 78*[1]. *Descripsimus nos. In margine folii additur:* facta. — *Ineditum.*

MCCCXXVIIII, ind. XII, die II. Feb[r].

Egregius et potens miles dominus Gabuardus de Sabion(e) Tehotonicus generalis vicarius tocius provincie Lun(ensis) pro excelso et illustri principe domino Ludovico divina favente clementia Romanorum imperatore se[m]per augusto fuit confessus et contentus habuisse et recepisse mutuo[a] a Muciarello filio Francisci Corvetti de Serçana flor. CXX de bono auro Florentinos iusti ponderis et legalis. Renuntians exceptioni non habitorum et receptorum florenorum et omni alii iuri et legum auxilio. Et propterea assingnavit in solutum et nomine pagamenti medietatem omnium denariorum, qui percipientur de doana salis, que fit et fieri consuevit in Serçana, Muciarello suprascripto vel cui conmiserit usque ad continentem quantitatem dictorum florenorum. Mandans exnunc Pucetto Calandri Portonarii de Serçana doanerio suo, ut pro ipsa medietate, sicud

**544.** b) *bis scriptum in initio lineae c.* c) exceptis — ser Pucium *signo posito in margine inferiori adiecta sunt c.* d) *ita hic c.; lin. 9 libr.* MCCCLXXX *indicantur.* e) *sequ.* ser Pucius *delet. c.*

**545.** a) *sequ.* gra *delet. c.*

1) *Eadem imbreviatura l. c. fol. 89' exarata, sed cancellata est positis verbis:* cassata hic quia scripta est superius.

ad dictum dominum vicarium spectat, pecunie dicti salis usque[b] in dictam sommam prefato Muciarello debeat respondere. Et si contingeret ante exactionem dicte pecunie alium vicarium in provincia Lunen(si) subrogari ab imperatoria maiestate, exnunc prout extunc dedit et vendidit dicto Muciarello recipienti pro se vel cui commiserit pro dictis flor. CXX auri iam habitis et perceptis quadringentas minas salis, scilicet pro precio solid. VIIII imperialium pro qualibet mina salis grossa, pro medietate salis dicte doane Serçane, sicud ad ipsum dominum vicarium spectat pro imperatoria maiestate, reservata comuni Serçane alia medietate dicti salis. De quo sale prefatus Muciarellus usque ad satisfactionem dicti precii absque alterius vel dicti vicarii vel successorum eius contradictione possit facere quicquid velit tanquam de re sua propria et de ipsa possessionem ingredi et ipsum quo voluerit exportare et portari facere sine pena. Hanc autem dationem in solutum seu vendictionem et omnia et singula suprascripta dictus dominus Gabuardus tamquam almi imperii vicarius et suo proprio nomine promissit et convenit dicto Muciarello firma et rata habere, tenere, attendere et observare et non contra facere vel venire sub obligatione bonorum suorum. Renuntians omni iuri et legibus contra hec introductis.

Actum in castro Serçane in camera palactii caseri[c] dicte terre, presentibus Pucetto condam Calandri et Henrico Tehotonico cammerario et familiari dicti domini Gabuardi vicarii suprascripti testibus ad hec vocatis et rogatis.

Facta carta Muciarello.

### 546. *Venditio bonorum rebellis.* *Febr. 3.*

*Imbreviatura* (c.) *l. c. fol. 78'. Descripsimus nos. — Ineditum*[1].

MCCCXXVIIII, ind. XII, die III. Febr.

Egregius et potens miles dominus Gabuardus de Sabion(e) pro imperatoria maiestate tocius provincie Lun(ensis) vicarius generalis ex suo arbitrio atque officio vicariatus et omni modo, via et forma quibus melius potest vendidit, dedit et tradidit Guillellmo Bonvicini de Caprigiola pro se et suis heredibus ementi et stipulanti totum et universum podere, possessiones et bona mobilia et immobilia, que olim fuerant Iohanelli filii dicti Bonvicini et nunc sunt ipsi domino vicario et eius curie sentencialiter aplicata propter maleficium prodictionis, quod faciebat et facere intendebat contra imperatoriam maiestatem et contra ipsum dominum vicarium de castro Caprigiole, ubicunque ipsa bona sint vel reperiri possint, que bona per dictum dominum vicarium et eius curiam de iure ex forma stat(utorum) vicarie Lun(ensis) devastari debebant, ad habendum, tenendum et possidendum et quicquid ipsi Guillellmo placuerit perpetuo faciendum. Dando eidem licenciam et baliam, ut sua auctoritate de dictis bonis possessionem ingrediatur quandocunque voluerit sua propria auctoritate. Pro precio cuius vendictionis dictus dominus Gabuardus vicarius habuit et recepit in presentia mei not(arii) et testium infrascriptorum flor. XXV de bono auro iusti ponderis et legalis.

Promittens per se et successores suos dicto emptori recipienti ut dictum est suprascriptam vendictionem et omnia suprascripta firma et rata habere perpetuo et non

545. b) *sequ.* ad *delet. c.* c) *ita c.*

1) *Die 5. m. Febr. eodem modo veneunt bona* Martinelli Vite de Caprigiola *item rebellis* Bondelino Martini de Veçano *pro pretio 100 flor. auri. Textus imbreviaturae l. c. fol. 78' omnino concordat. Linea dati est:* Actum in roccha castri Serçane, presentibus domino Tomasino iudice condam Parentis, ser Guineldo de Linari, Iohanne condam Iohannis, Iambono Parentis et Lando domini Rossi de Serçana testibus.

contra facere vel venire sub pena dupli dicte quantitatis pecunie et obligatione suorum bonorum.

Actum in roccha castri Serçane super teracia dicte rocche, presentibus domino Henrico de Sabione milite, ser Guineldo de Linari Florentin. dioc. et Marco filio Venture Bamberii de Caprigiola testibus.

Facta dicto Guillelmo.

---

# 547—550. LUDEWICI SCRIPTA DIVERSA.
## 1329. Ian. 26.—Febr. 15.

### 547. 548. SCRIPTA PRO CIVITATE CREMONENSI.
### 1329. Ian. 26.

#### 547. *Litterae ad civitatem.* *Ian. 26.*

*Originale* (or.) *in tabulario Cremonensi. Descripsimus nos. Manu Italica scriptum est. Sigilli secreti cerae rubeae dorso impressi vestigia adsunt. Inscriptio est:* Prudentibus viris Borratio de Gangalandi vicario, . . sapientibus et comuni Cremone, suis et imperii fidelibus dilectis. — *Ed. Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 803 nr. 1115 ex* or.

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus Borratio de Gangalandi vicario, . . sapientibus et comuni Cremone, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Civitatem nostram Cremone paterno tractantes affectu ipsiusque civitatis degentium incolarum statum proficuum et augmentum sincero çelantes aspectu, seriose et ex corde conmisimus dilectis nostris et imperii fidelibus Iohanni cardinali legato de latere et Azoni de Vicecomitibus vicario nostro Mediolanensi, ut civitatem prefatam Cremone ipsiusque cives et incolas tanquam peculiarem imperii et filios devotissimos sic recommissos haberent, sic in vestris defensione et custodia et preservatione a noxiis emulorum diligenter et sollicite se haberent omni studio et favore et armatorum auxilio opportuno, quod civitas eadem sub nostro et imperii nomine gubernetur et defensetur et ad vestrum statum et conmodum solicitis studiis continue intendatur. Fidelitatem vestram harum serie monendo et ortando, ut quotiens casus incumbat et opus fuerit, eosdem legatum et vicarium cum omni eorum potentia et exfortio nostro nomine fiducialiter requiratis, habentes ad certum quod vobis et statui vestro assistent et favebunt subsidiis opportunis.

Dat. Pis(is), die vigesimo sexto Ianuarii, XII. indict., regni[a] nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo[a].

#### 548. *Mandatum in favorem civitatis.* *Ian. 26.*

*Originale* (or.) *ibidem. Item descripsimus. Manu Italica item scriptum est. Sigilli vestigia item adsunt. Inscriptio est:* Nobili viro Ponzino de Ponzonibus militi Cremonensi, suo et imperii fideli dilecto. — *Ed. Böhmer l. c. p. 803 nr. 1116 ex* or.

*Cf. infra nr. 602—605 et 615.*

547. a) regni — secundo *alia manu stilo minus acuto post add. or.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Ponzino de Ponzonibus militi Cremonensi, suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

Tuis operum actionibus in nostro et imperii gremio ab experto notatis, quibus apud nos et Romanum imperium splendere dignosceris, laudabili etiam testimonio Borratii vicarii nostri tue fidelitati scribere angimur et movemur. Sane sicut actenus tua solers consuetudo retinuit, in defensionem et statum civitatis nostre Cremone et emulorum et infidelium depressionem sinceram devotionem tuam requirimus et ortamur, sic quod civitas ipsa sub nomine et efficaci vocabulo nostro et imperii tua industria tuaque solicitudine et prudentia defendatur et preservetur et ad ea ferventius animeris. In hoc etiam, ut comunitati scribimus[1], participando et consulendo prout videris expedire cum dilectis nostris Iohanne legato et Azone de Vicecomitibus Mediolanensi vicario, quibus seriose conmisimus que expediunt.

Dat. Pis(is), die vigesimo sexto Ianuarii, XII. indict., regni[a] nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo[a].

---

## 549. *Confirmatio infeudationis pro Nerio de Fagiola.* *Febr. 15.*

*Copia* (c.) *saec. XV. in tabulario regio Florentino 'Atti publici I nr. 12'.* — *Ed. Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 119 nr. 224 ex* c. *Editionem repetimus.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 358 nr. 3256 (Addit. III).*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Nerio nato condam Ugucionis de Fagiola, suo et imperii fideli dilecto gratiam et omne bonum.

Ex parte tua fuit maiestati nostre humiliter supplicatum, quatenus infrascriptum privilegium dicto condam patri tuo et Francischo fratri tuo et tibi per nos concessum, dum eramus in regia dignitate, confirmare et innovare tibi de imperiali benivolentia dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor talis esse dignoscitur:

'Ludovicus Dei gratia — nostri anno primo.' *supra tom. V nr. 239.*

Nos vero tuis supplicationibus inclinati ac[a] ipsis favorabiliter annuentes prefatum privilegium et omnia in ipso contenta tibi tuisque heredibus in perpetuum imperiali auctoritate et ex certa scientia confirmamus, innovamus et presentis scripti patrocinio communimus, concessione aliqua etiam per nos facta de dictis castris et terris non obstante, quam ex certa scientia revocamus, eadem castra et terras earumque iurisdictiones, territoria et districtus ab omni collegio, universitate, persona, quibus per nos seu nostros predecessores apparerent actenus concessa seu quomodolibet innovata, tibi taliter liberantes, recepto a te ob predicta fidelitatis debito iuramento. Nulli ergo omnino hominum liceat has nostras confirmationes, concessiones et gratias infringere vel eis ausu temerario in aliquo contraire. Si quis autem hoc atemptare presumpserit, penam centum librarum auri puri incurrat ipso facto, cuius pene medietas nostre camere et alia medietas tibi tuisque heredibus applicetur. In cuius rei testimonium presens privilegium conscribi ac maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Datum Pisis, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione duodecima, die quintodecimo Februarii, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

548. a) regni — secundo *alia manu stilo minus acuto post add. or.*

549. a) hac *c.*

1) *Supra nr. 547.*

550. *Libertatio civitatis Memmingensis a stura.* *Febr. 15.*

*Originale in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 367. Manu Germanica scriptum est. Descripsimus nos. Pendet sigillum laesum filis sericis rubei viridisque coloris.*

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer cheiser ze allen zeiten merer des riches tůn chunt allen den die disen brief ansehent oder hôrent lesen, daz wir důrch die stete und luter triwe und andacht, die die půrger von Mæmmingen unser lieben getriwen biz her ze uns und dem riche gehabt habent und die si fůrbaz haben sullen, und zu ergetzůng des schadens, den si an læuten und gůten důrch unser und des riches ere genomen habent, und daz si auch ir stat dester baz gevesten můgen, haben sie gefreiet und vreien si auch von unserm cheiserlichem gewalt und besundern gnaden vor irre gewo̊nlichen stewer, die sie uns und dem riche jæriclich schuldich sein ze geben, von dem Mertzen der nů næhest chůmt sechs jar die nach ein ander chůmen. 1335. Mart.
Und wellen und verbieten vesticlich dem edeln manne Heinrichen grafen von Werdemberg ietzͤ unserm lantvogt in Obern Swaben oder swer danne lantvogt ist, daz er in die vorgenante unser vreyung, die wir in milticlich getan haben, stæte halte und die gewo̊nliche stewer in der selben vrist nicht von in vorder noch næme bei unsern hulden. Dar uber ze urchund geben wir disen brief mit unserm cheiserlichem insigel versigelten.

Der geben ist ze Pise, an der Mitwochen nach Valentini, do man zalt von Cristos gebůrt dreutzehenhůndert jar darnach in dem neunundzweintzigistem jare, in dem fůmftzehendem jare unsers riches und in dem andern des cheisertůms.

---

# 551—556. LITTERAE CIVITATIS FLORENTINAE DIVERSIS MISSAE.

## 1329. Febr. 25.—Mart. 14.

551. *Litterae ad legatos Neapoli degentes priores.* *Febr. 25.*

*Copia* (c.) *in Copiario 'Reg. litt. II' signato fol. 22 tabularii regii Florentini, ubi rubrum:* Ad ambaxatores Florentinos Neapoli constitutos. — *Dedit Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 120 nr. 228 ex* c. *Editionem repetimus.*

Ambaxatoribus Neapoli destinatis.

Inter cetera, que ad presens possunt in confusionem et preiudicium dannati Bavari et complicum suorum et in retardationem et dissolutionem apparatuum quos facit continue et processuum, ad quos utinam sub infelici omine, prout a fidedignis habemus et signa indicant manifesta, intendit circa medium future proxime Quadragesime, et in Apr. 2.
oppositum suc nobis vicine magne potentie specialiter redundare, nobis et sapientibus nostris hoc precipue videretur, silicet quod galee armate in quantitate decenti per maiestatem regiam haberentur in mari in partibus silicet adiacentibus Pisanis partibus et Lucanis. Etenim civitates ipsas Pisarum et Luce infideles, in quibus ipsi Bavarus et complices moram trahunt, sic victualium magna pressit et nunc magis premit caristia, quod galeis predictis in dictis partibus per mare vagantibus ipsi Bavarus et complices victualibus adeo siccarentur, quod ordinatos processus aut relinquere aut saltem differre

verisimiliter cogerentur. Et ideo mandamus vobis, quatenus serenitati regie reverentissime supplicetis, quatenus predictis in debitam considerationem adductis in eis dignetur salubriter providere et galeas ipsas ad dictas partes sine dilatione aliqua destinare, ut per earum impugnationem et missionem victualium allatio et maris itinera dictis hostibus claudantur, firmiter attendendo quod maxime presenti tempore non posset ipsis Bavaro et complicibus molestius et periculosius obstaculum nostrorum sapientum iudicio preparari, verumtamen quod predictis omnique nostre cogitationi preponimus altam providentiam regie maiestatis. Et quod predicta et alia remedia querimus tanquam hii qui maxima urgemur victualium egestate quique a longo tempere citra pressi sumus et continue premimur intolerabilibus oneribus expensarum, non videntes quomodo considerata hostium predictorum magna et contigua nobis potentia nos et fratres nostros defendere, nedum eis resistere nisi cum amplis subsidiis variisque provisionibus multisque adhibitis remediis valeamus. Et quod vere scimus quod Bavarus gentes expectat de Alamannie partibus et aliis et quod in civitatibus et districtibus Pisarum et Luce pecunias exigi facit continue et quod procedere intendit tempore suprascripto et quod dissensio et timor sunt in ipsis civitatibus, que ex galearum huiusmodi missione concrescerent. Scimus etiam quod Aczo de Mediolano receptus est in ipsa civitate. Que omnia referatis regie maiestati et alia etiam verba circa hec dicatis, que creditis convenire, et alia vobis imposita solicite procuretis.

Data Florentie, die XXV. Febr., XII. ind.

## 552. *Litterae ad legatos Senis constitutos priores.* *Febr. 25.*

*Copia* (c.) *ibidem l. c. fol. 20', ubi rubrum:* Ad ambaxatores constitutos in civitate Senarum. — *Dedit Ficker l. c. p. 121 nr. 229 ex* c. *Item repetimus.*

Ambaxatoribus Florentinis Senis constitutis pro parte offitii.

Recepimus et diligenter intelleximus litteras vestras datas in civitate Senarum die
Febr. 21. XXI. huius mensis in sero et ad contenta in eis de nostrorum sapientum consilio respondemus, quod licet valde sit nobis grave assumere de summa duorum milium trecentorum equitum mille milites, ut scripsistis, consideratis intollerabilibus oneribus expensarum, quibus iam est diu pressi sumus et continue premimur, tamen diligenter attentis per prudentiam vestram scriptis contenti sumus, quod partem mille militum acceptetis et quod talliam firmetis in termino et pro tempore unius anni et pro ulteriori etiam tempore, quousque dannatus Bavarus in Ytalia fuerit. Et quod milites seu equites dicte tallie sint ultramontani egregii et experti, de hiis silicet qui sunt in partibus istis vel
Apr. 1. eis proximis vel in aliis partibus, dummodo infra Kal. Aprilis futuri proxime quam citius fieri poterit infallibiliter habeantur. Et quod ipsa tallia initium habeat in dictis Kal. Aprilis in nomine Ihesu Christi vel citius, si citius fieri potest. Et quod capitaneus sit ultramontanus eligendus secundum dispositionem summi pontificis et Ierusalem et Sicilie regis vel domini pape tantum. Verum si de capitaneo eligendo venerabili viro domino Americo[1] et aliis ambaxatoribus parlamenti aliter vel aliud videretur, nobis quod eis super hoc videbitur rescribatis, ad alia predicta et infrascripta nichilominus procedentes. Contenti etiam sumus quod quodlibet commune habeat suos milites et cum ipsis de stipendiis eorum conveniat, sicut melius poterit. Intendimus etiam quod omnes milites tallie morentur in illis partibus, quibus proximiores erunt Bavarus et complices ipsius, ut eis melius obviari valeat et resisti. Et quod de pactis et conventionibus tallie concordetis cum dictis domino Americo et ambaxatoribus parlamenti pro

1) *Cf. infra p. 461 lin. 30.*

communi nostro semper quam melius poteritis faciendo. Et quod inseratur pactis predictis, quod in dictis Kal. Aprilis ad tardius vel citius, si citius fieri potest, tallia sit per- Apr. 1. fecta et omnes milites habeantur, non expectatis militibus vel responsionibus dominorum pape ac regis predictorum ad hoc, ut Bavaro procedente, quem ad processum preparari sentimus, ut convenit resistatur. Et in hoc quod sine dilatione aliqua habeantur per communia tallie milites ordinati, super cuncta solicite insistatis et loco et tempore, quibus videbitis convenire, alia vobis imposita procuretis. Et petita vobis sine dilatione mittimus post presentes.

Data Florentie, die XXV. Febr., XII. ind.

## 553. *Litterae ad eosdem alterae.* *Mart. 1.*

*Copia* (c.) *ibidem l. c. fol. 23, ubi rubrum:* Ad ambaxatores parlamenti. — *Dedit Ficker l. c. p. 122 nr. 231 ex* c. *Item repetimus.*

1. Die I. Martii responsum et rescriptum est ambaxatoribus parlamenti et mandatum, quod insistant quod grani petita gratia habeatur.

2. Item quod si possunt procurent, quod tallia initium habeat in Kalendis Aprilis Apr. 1. proxime futuris et si hoc obtineri non posset, consentiant quod initium habeat in medio Apr. 15. dicti mensis Aprilis. Et si de initio temporis dicte tallie non concordarent ambaxatores et sapientes parlamenti modo predicto, consentiant demum, quod ipsa tallia initium habeat in Kalendis Maii proxime accessuris ad tardius. Et quod nichilominus, quod Mai. 1. prius iniatur temporibus antedictis, omni studio procuretis. Et quod tallia duret per annum, contenti sumus.

3. Item contenti sumus, quod capitaneus dicte tallie eligatur per summum pontificem et suis expensis mittatur in Ytaliam ad talliam suprascriptam et quod talis eligatur, de cuius streunitate communia venientia in dicta tallia possint merito contentari. Et mandatum est eis quod insistant solicite, quod in ipsa tallia firmanda veniat, quod nullus qui fuerit Florentinus a quatuor annis proxime preteritis citra ad dictum capitaneatus tallie offitium possit eligi vel assummi.

4. Item quod contentamur quod, repressalie suspendantur inter dicta communia concesse et concedende durante dicta tallia.

## 554. *Litterae ad Robertum regem Siciliae.* *Mart. 5.*

*Copia* (c.) *ibidem l. c. fol. 24, ubi rubrum:* Ad regiam maiestatem. — *Dedit Ficker l. c. p. 122 nr. 232 ex* c. *Item repetimus.*

Die V. Martii scriptum est domino regi respondendo ad litteras missas per eum, in quibus insertus erat tenor litterarum, quas mittebat communibus Vulterre, Sancti Ieminiani, Collis et S. Miniati super facto treugue facte cum Bavaro et quod a tregua predicta inienda desistant. Et relate sunt ei gratie de scriptis. Et supplicatum est ei, quod considerata vicina potentia Bavari dignetur nobis de potenti suo exfortio providere festine. Et quod sicut alias ei scripsimus, dignetur VI aut IIII galeas armatas ad partes portus Pisani et alias adiacentes mittere sine mora etc. ut supra scriptum sibi fuit[1]. Et quod ipsa communia non potuimus a predictis aliqualiter removere.

1) *Cf. supra pag. 457 lin. 36 sqq.*

### 555. *Litterae ad legatos Neapoli degentes alterae.* *Mart. 5.*

*Copia* (c.) *ibidem l. c. fol. 24, ubi rubrum:* Ad ambaxiatores nostros cum ipso[1] existentes. — *Dedit Ficker l. c. p. 123 nr. 233 ex* c. *Item repetimus.*

1. Item scriptum et responsum est ambasciatoribus Neapoli constitutis, quod miramur quod ambasciatores aliorum communium non venerunt, cum non intendamus quod trahant Neapoli longam moram. Et quod solicitent eis imposita et hiis factis Florentiam revertantur. Et insistant domino regi, quod predicta que ei scribimus executioni mandentur die predicta.

2. Et quod tallia est firmata MMIII^C militum inter communia Florentie, Bononie, Perusii et Senarum, ex quibus nos contingunt M, commune Bononie VI^C, commune Perusii CCCLXXV, commune Senarum CCCXXV. Et quod dicta communia, que treuguam fecerunt, noluerunt talie ipsi interesse.

### 556. *Litterae ad commune Fucecchii.* *Mart. 14.*

*Copia* (c.) *ibidem l. c. fol. 26', ubi rubrum:* Ad commune Ficecchii. — *Dedit Ficker l. c. p. 124 nr. 235 ex* c. *Item repetimus.*

Communi Ficecchii responsum est ad litteras eius, mirantes de scriptis, collocutionibus et receptis illorum de Cerruglio et Vivinarii. Et quod omnino receptis litteris faciant publice nuntiari, quod nullus de cetero audeat vel presumat sub pena bonorum et personarum ire vel mittere ultra Guiscianam occasione quacunque aut loqui vel conversari cum predictis vel eos aut eorum aliquem recipere vel receptare in terra vestra. Et quod eos tractetis ut hostes et offendatis eos personaliter et in rebus, non obstantibus aliquibus litteris vobis aut aliquibus ex vestris missis, que aliud vel aliter continerent.

Data Florentie, die XIIII. Martii, XII. ind.

---

## 557. FOEDUS CIVITATUM GUELFARUM CONTRA IMPERATOREM. 1329. Mart. 2.

*Originale* (or.) *in tabulario regio Senensi.* — *Iam edidimus 'Neues Archiv' XXV, 752 nr. 14 ex* or. *Editionem nostram hic repetimus. Orthographiae levissimas minutas correximus; cf. l. c. p. 752 not. 1.*

*Cf. supra nr. 539. 541. 552. 553. 555 et infra nr. 569. 573.*

In nomine Domini nostri Yesu Cristi amen.

Anno eiusdem millesimo trecentesimo vigesimo octavo, indictione duodecima, die secundo mensis Martii. Ad laudem et gloriam omnipotentis Dei et gloriose virginis Marie matris eius et totius curie celestis et ad honorem et reverentiam sacrosante Romane ecclesie et santissimi patris et domini nostri summi pontificis et omnium suorum confratrum cardinalium et ad honorem et exaltationem serenissimi principis domini Roberti Ierusalem et Sicilie regis et fratrum suorum et aliorum omnium de sua progenie et ad reverentiam et honorem dominorum legatorum summi pontificis ad partes Ytalie transmissorum et ad fortificationem et augmentationem honoris et status totius

1) *Scil. Roberto regi Siciliae.*

partis Guelfe Ytalie, que est imitatrix[a] sancte matris ecclesie, et ad honorem et statum pacificum et tranquillum et fortificationem civitatum Bon(onie), Floren(tie), Senarum et Perusii et aliorum comunium ad infrascriptam taliam conferentium et amicorum suorum et conservationem libertatis eorum et cuiusque ipsorum et ad confusionem, exterminium, destructionem et mortem perpetuam inimicorum, rebellium et infidelium sancte matris ecclesie, dictorum comunium et suorum sequacium.

1. Cum Lodovicus de Bavaria de heresi condempnatus, sibi vices spiritus malignantis[1] assumens et asserens se augustum, suis fraudibus et machinationibus adtentare presumat sanctam Romanam ecclesiam eiusque pontificem, illustrem regem Robertum et cristianos ceteros subiugare, intendentes itaque honorabiles et magnifice civitates Bon(onie), Floren(tie), Senarum et Perusii cum forti brachio, auxilio et potentia summi pontificis et regie maiestatis iam dicte ipsum heretichum et sequaces ipsius confundere et eius cervicem indomitam refrenare, inter ipsas civitates habito deliberato conloquio, ut predicta sortiantur effectum, ipsarum civitatum solempnes ambaxiatores et sindicos instructos plenissime direxerunt ad civitatem Senarum, locum ad hoc aliter ordinatum[2], ut tractarent ad invicem, facerent et ad effectum deducerent infrascripta. Quapropter providi et discreti viri ser Micchael condam Boschi de civitate Flor(entie) sindicus comunis et hominum civitatis predicte et dominus Mattheus olim domini Iacobi de civitate Perusii sindicus comunis et hominum civitatis predicte, ser Petrus Cini de civitate Senarum sindicus comunis et hominum dicte civitatis et dominus Niccholaus Iohannis de Seta de civitate Bon(onie) sindicus comunis et hominum civitatis predicte ad infrascripta et alia spetialiter constituti, ut patet de sindicatu et instrumento sindicatus dicti ser Micchaelis scripto manu ser Fulchi ser Anthonii de Florentia notarii et instrumento sindicatus predicti domini Matthei scripto manu ser Sacchi olim Gerardi de Perusio notarii et instrumento sindicatus dicti ser Petri scripto manu ser Blasii Nuccii de civitate Senarum notarii et instrumento sindicatus dicti Niccholai scripto manu Bartalomei Francisci domini Bartalomei de Libris comunis Bon(onie) auctoritate notarii, visis et lectis instrumentis predictis[3] per me notarium et alios notarios rogatos presens instrumentum conficere, habito super hiis diligenti et deliberato conloquio et tractatu presente reverendo viro domino Aymericho de Noalhaco sedis apostolice nunptio, auctore veridice huius lige, et presentibus, volentibus et consentientibus ad hec omnia et singula apposita et que apponentur in instrumento presenti viris nobilibus et prudentibus dominis Petro de Bardis milite et Orlando Marini iurisperito ambaxiatoribus civitatis Flor(entie), domino Bartalomeo de Sancto Alberto ambaxiatore civitatis Bon(onie), ser Saccho de Perusio ambaxiatore civitatis Perusii et dominis Iohanne domini Arcolani de Scottis et Mino Cini Ugonis militibus de civitate Senarum, sapientibus ad hec per dictum comune Senarum spetialiter deputatis, ipsi sindici volentes, quod predicta tractata effectum habeant concupitum, sindicario nomine dictarum civitatum et comunium ipsarum et quilibet eorum se dicto nomine ad infrascripta omnia et singula obligantes, invocato nomine Yesu Cristi, qui superbis resistit et umilibus dat gratiam suam[4], fecerunt ad invicem et vicissim bonam, firmam et inrevocabilem compositionem, unionem, fraternitatem et ligam atque taliam, volentes et paciscentes nominibus antedictis, quod pro fortificatione et defensione dicte compositionis, unionis, fraternitatis et lige ipse civitates et ipsarum comunia de quantitate duorum milium quingentorum militum contingentium civitatibus iam dictis et quibusdam aliis comunitatibus et locis Tuscie de summa et quantitate quinque milium militum, de quibus collaturus est dominus noster summus pontifex pro sancta Romana ecclesia mille quingentos milites et regia maiestas Ieru-

**557.** a) *corr. ex* imitratrix *or.*

1) *Cf. Luc. 8, 2.* 2) *Cf. supra nr. 552.* 3) *Quae omnia servata non sunt.* 4) *1. Petr. 5, 5.*

salem et Sicilie mille milites secundum assertionem ambaxiatorum domini legati Lombardie, contribuant ad ipsam taliam duorum milium quingentorum militum, videlicet civitas et comune Bon(onie) sexcentos milites, civitas et comune Flor(entie) mille milites, civitas et comune Sen(arum) trecentos viginti quinque milites et civitas et comune Perusii trecentos septuaginta quinque milites, et quod residui milites dictorum duorum milium quingentorum militum, qui sunt ducenti milites, dividantur et distribuantur inter comunia Vulterrarum, Sancti Miniatis, Sancti Geminiani, Prati et Collis Vallis Else per dominum legatum Lombardie cum consilio comunium Flor(entie) et Bonon(ie), si sibi placebit.

2. Et quod dicta liga et talia incipiat et durare debeat eo tempore et pro eo termino et tempore, de quo provisum est vel providebitur hinc ad pertotum mensis Mart. Martii proxime venturi per prefatam regiam maiestatem et per ambaxiatores dictarum comunitatum Bon(onie), Floren(tie), Sen(arum) et Perusii antedicte lige [nomine] ad ipsam maiestatem transmissos. Et quod per ipsos factum fuerit in predictis, intelligatur esse factum et ordinatum in parlamento presenti. Et si accideret quod infra dictum terminum per ipsum dominum regem et ambaxiatores proxime dictos nulla fieret provisio de termino supradicto seu quando incipiat et quantum durare debeat talia supra-Apr. 1. dicta, incipiat in Kalendis mensis Aprelis proxime venturi et duret et durare debeat 1330. Apr. 1. per unum annum finiendum in Kalendis mensis Aprelis anni Domini millesimi trecentesimi trigesimi, et quod comunia dicte talie usque ad dictas Kalendas Aprelis partem militum cuique dictorum comunium contingentem habere debeat integram et completam, Apr. 15. si comode habere possunt, sin autem, ad tardius usque ad medium mensis Aprelis pre-1330. Apr. 15. dicti, in quo casu tunc incipiat dicta talia et duret usque ad medium Aprelis dicti millesimi trecentesimi trigesimi. Et quod predicta comunia Bon(onie), Floren(tie), Senarum et Perusii et quodlibet eorum, quam citius comode fieri potest, mittantur ambaxiatores solempnes ad sanctissimum patrem et dominum nostrum summum pontificem ad supplicandum eidem, quatenus dignetur in dicta talia quinque milium militum contribuere, mittere et tenere ad eiusdem expensas mille quingentos milites, quibus solvi faciat de suis stipendiis ita et taliter, quod possint libere servire et serviant in partibus Ytalie, ubi et quandocunque fuerit opportunum, toto tempore dicte talie ut alii milites talie supradicte, et alia faciendum, que dictis ambaxiatoribus pro parte eorum comunium sunt commissa vel committentur, et etiam dare capitaneum excellentem et strenuum Ultramontanum dicte talie quinque milium militum, cui capitaneo tota dicta talia dictorum quinque milium militum debeat obedire. Et modus petitionis, supplicationis et acceptationis dicti capitanei discretioni et dispositioni dictorum ambaxiatorum iturorum ad summum pontificem relinquatur, prout omnes simul unanimiter concordabunt. Et quod milites talie supradicte dictorum comunium sint Ultramontani et de partibus ultramontanis oriundi, probi et in armis experti.

3. Et quod capitaneus dandus et deputandus per dictum dominum nostrum summum pontificem dicte talie quinque milium militum esse debeat et morari personaliter cum dicta quantitate militum vel parte eorum, prout opportunum congnoverit, contra Bavarum ecclesie et fidei catolice inimicum, ubicunque per Ytaliam vagaretur, et ad fronterias inimicorum Ghibellinorum rebellium et adversantium sancte Romane ecclesie et parti Guelfe et illis resistere viriliter et impugnare pro posse eosdem, secundum quod ipsi capitaneo et suo consilio videbitur expedire. Et quod omnia et singula comunia, civitates, universitates, loca et castra dicte talie et nominatim ad dictam sotietatem et taliam conferentes et contribuentes et que conferent et contribuent se ad invicem debeant defensare, defendere, iuvare et tueri pro posse dicta talia durante maxime ab oppressionibus[b], offensionibus et iniuriis dampnati Bavari et suorum sequa-

557. b) opprensionibus *or.*

cium et prefatorum Ghibellinorum et omnium inimicorum ecclesie et partis Guelfe et in predictis prebere operam pro posse. Et quod omnia et singula comunia dicte sotietatis et lige teneantur et debeant quantitatem militum sibi de dicta talia contingentem dicta sotietate durante habere et tenere continue et illis solvere et satisfacere de suis stipendiis tam integre, tam decenter, quod servire possint libere, ubi et quando fuerit opportunum.

4. Et quod nulla comunia vel singulares persone quattuor comunium vel alicuius eorum vel aliorum comunium conferentium ad taliam predictam vel habitantes in eis vel aliquo eorum vel in comitatu vel districtu eorum vel alicuius eorum possint vel debeant contrahere, facere vel habere aliquod commertium, negotiationem, conservationem vel mercantiam cum comunibus vel singularibus personis comunium aut civitatum Pisarum, Luce et Pistorii vel aliqua eorum vel cum habitantibus in dictis civitatibus vel districtibus earum et alicuius earum, donec erunt ad mandata dicti Bavari et contra Romanam ecclesiam et partem Guelfam, vel cum eis aut aliquo ipsorum conversari aut ipsos receptare vel ad eos ire durante tempore presentis lige. Et quod dicta quattuor comunia et quodlibet eorum teneantur et debeant procurare cum aliis comunitatibus, terris et locis conferentibus ad dictam taliam et aliis amicis dictorum comunium, quod simili modo faciant et observent, ut superius est expressum. Et quod nullum comune, civitas, universitas, castrum vel locus lige prefate vel qui ad dictam taliam contribuet, audeat vel presumat prefata liga et sotietate durante per se vel alium directe vel indirecte, publice vel occulte tractare, ordinare, componere vel facere seu tractari, ordinari, componi vel fieri facere quoquomodo aliquam compositionem, pacem vel treguam vel aliquem alium tractatum cuiuscunque compositionis inire cum dampnato Bavaro et suis sequacibus, cum rebellibus Gibellinis, excomunicatis et inimicis ecclesie et partis Guelfe absque conscientia et consensu et voluntate expressa omnium dictorum quattuor comunium dicte lige, videlicet Bon(onie), Floren(tie), Sen(arum) et Perusii. Et quod durante talia, unione et liga predicta omnes represalie date et habite et dande vel concedende per unum comune seu universitatem alicuius comunis vel aliquem offitialem alicuius dictorum comunium contra aliud dictorum comunium vel spetiales personas dictorum comunium vel alicuius eorum suspendantur et suspense esse intelligantur et sint durante talia et unione supradicta. Et quod nullum comune et nullus civis vel districtualis dictorum comunium vel alterius eorum dictis represaliis uti possit durante tempore supradicto personaliter vel in rebus, ut dicta comunia tutius sibi ad invicem succurrere possint. Et quod quodlibet dictorum quattuor comunium Bon(onie), Floren(tie), Senarum et Perusii teneantur et debea[n]t mittere ad civitatem Floren(tie) vel ad aliam civitatem dictarum quattuor civitatum, cui Bavarus proximior esset tempore infrascripto, infra octo dies intrantis mensis Aprelis proxime accessuri unum ad minus ex suis civi- Apr. 8. bus virum providum et discretum et partis ecclesie zelatorem. Qui simul congregati cum ambaxiatoribus mittendis per dominum legatum Lombardie et dictum dominum regem, si eis placebit, mittere provideant, ordinent et disponant, ubi, quando et quomodo milites dicte lige debeant congregari, morari et esse et qualiter usque ad eventum capitanei supradicti. Et quod per predictos omnes fuerit ordinatum et deliberatum ibidem concorditer, per comunia dicte lige debeat executioni mandari.

5. Et quod ambaxiatores et sindici cum sufficienti mandato dictarum quattuor comunitatum, videlicet Bon(onie), Florentie, Sen(arum) et Perusii, et aliorum comunium ad dictam taliam conferentium per quattuor menses ante finem dicte talie conveniant et convenire debeant simul in loco per dominum legatum Lombardie vel per dicta comunia ordinando ad requisitionem ipsius domini legati Lombardie vel alterius dictorum comunium. Qui ambaxiatores et sindici provideant et providere teneantur et debeant super prorogatione, confirmatione, augmentatione et corroboratione dicte lige et talie

quinque milium militum et generaliter super omnibus, que ad statum prosperum sancte matris ecclesie, regie maiestatis prefate, partis Guelforum Ytalie et dictorum comunium et amicorum suorum pro futuro tempore congnoverint expedire. Et quod quicquid per ambaxiatores et sindicos omnium dictorum comunium dictarum quattuor civitatum, silicet Bononie, Florentie, Senarum et Perusii, factum fuerit et ordinatum, valeat et teneat et habeat plenum robur et debeat observari. Et quod cetera comunia, que conferent in talia seu ad taliam predictam et se obligabunt ad dictam taliam et contenta in ea, sint et esse intelligantur de dicta liga et gaudeant et habeant et habere intelligantur exnunc omnia et singula comoda et favores dicte talie, quibus gaudent dicta comunia dicte lige, et etiam adstringantur et adstricti intelligantur ad observantiam omnium et singulorum capitulorum et pactorum lige predicte.

6. Et quod[c] cum de mandato et voluntate dicte regie maiestatis comune Senarum et comune Aretii inter se pacem fecerint perpetuo duraturam, ut asseritur per sindicum et ambaxiatores comunis Senarum, et ipsum comune Sen(arum) nemini velit in aliquo fidem fallere, voluerunt de comuni concordia inter se omnes sindici supradicti, quod milites contribuendi et quos contribuere et habere debet comune Senarum in liga talia et sotietate predictis, non possint neque debeant ullo modo de comitatu et iurisdictione Senarum vel de aliquibus quibuscunque partibus seu locis cum aliis vel sine aliis militibus dicte talie equitare seu aliquam cavalcatam facere supra civitatem vel comitatum seu in comitatu Aretii vel dicte civitati seu comitatui Aretii vel contra dictam civitatem et comitatum aliquam guerram facere vel inferre. Et quod ad predicta vel aliquod predictorum faciendum directe vel indirecte non teneantur vel tenere intelligantur vel cogi seu compelli modo quolibet possint milites supradicti per aliquem capitaneum dicte talie seu lige seu per dicta comunia seu per aliquem alium, qui in premissis iurisdictionem pretenderet. Et quod etiam ceteri milites dicte talie non possint neque eis liceat simul vel separatim in comitatum vel districtum Aretii supradicti equitare vel cavalcatam facere vel guerram inferre de comitatu et districtu Sen(arum) sine expresso consensu et voluntate comunis Senarum. Addicientes etiam et paciscentes, quod milites dicte lige, talie et sotietatis non possint nec eis liceat ullo modo de comitatu et districtu Senarum equitare seu aliquam cavalcatam vel guerram facere in comitatu vel contra comitatum Pisarum. Liceat tamen militibus contribuendis in dicta liga per comune Senarum una cum aliis militibus dicte lige et talie, dum forent extra comitatum Sen(arum), equitare et guerram facere in dicto comitatu Pisarum et etiam dicto comuni Pisarum et contra ipsum et ad predicta dumtaxat modo et forma predicta faciendum teneantur et cogi possint per capitaneum dicte talie et per comunia supradicta.

7. Quia sicut supra scriptum est dicti sindici iam dictis nominibus ad invicem convenerunt et per pactum hinc inde stipulatione vallatum pacti sunt et promiserunt sibi ad invicem sindici supradicti et quilibet de ipsis sindicis se aliis sindicis dictis nominibus recipientibus obligando et iuraverunt corporaliter ad sancta Dei euangelia tactis scripturis et euangeliis sacris in manibus dicti reverendi viri domini Americi in ecclesia catredali civitatis Sen(arum), que sub vocabulo beate Marie virginis nuncupatur, in animabus et super animabus comunium et singulorum hominum, quorum sunt sindici, predictam ligam, fraternitatem, compositionem, unionem et confederationem, taliam et predictas promissiones, conventiones et pacta et omnia et singula suprascripta et infrascripta firma et rata habere et tenere, observare et adimplere et non contra facere vel venire per se vel alium seu alios directe vel indirecte, tacite vel expresse, aliqua ratione vel causa, de iure vel de facto, sub pena decem milium marcarum argenti, solempni stipulatione hinc inde vicissim in singulis et pro singulis capitulis huius con-

557. c) *abhinc eadem manu stilo acutiori scriptum or.*

tractus promissa, danda et solvenda a comunitate predicta omnia et singula non servante comunitatibus sive comunitati predicta per singula observantibus. Que pena totiens committatur et possit exigi cum effectu, quotiens in singulis et pro singulis capitulis, partibus et membris huius contractus fuerit contra factum, ventum vel non servatum. Et dicta pena commissa vel non commissa, soluta vel non soluta nichilominus contractus iste in sui robore perseveret.

8. Pro quibus omnibus et singulis firmiter observandis et adtendendis obligaverunt dicti sindici sibi ad invicem et vicissim omnia bona et homines et personas dictorum comunium, quorum sunt sindici. Renunptiantes sindici supradicti nominibus antedictis privilegio fori, exceptioni doli mali, condictioni sine causa, in factum actioni, feriis et diebus feriatis et generaliter omni alii legum, iuris et usus auxilio et benefitio quo uti possent, propter quod posset predictis aliqualiter obviari. Quibus sindicis et cuilibet eorum sindicario nomine quo supra predicta omnia et singula volentibus et confitentibus predicta omnia et singula servare precepi ego Orlandinus Forestani notarius infrascriptus pro guar(andia) et nomine iuramenti, sicut michi licet ex forma capituli constituti comunis Floren(tie) et Senarum, quod tractat de guar(andia), quatenus predicta omnia et singula adtendant, adimpleant, faciant et observent in omnibus et per omnia, prout promiserunt et supra plenius continetur et scriptum est. Insuper dicti sindici et quilibet eorum promiserunt de predictis omnibus et singulis facere confessionem coram iudice comunis Perusii et coram quolibet alio iudice competenti.

Actum in civitate Senarum in supradicta ecclesia cattredali civitatis Senarum in presentia venerabilis patris et domini domini Donosdei episcopi Senensis, presentibus nobilibus et potentibus viris Guidone Riccio de Folliano de civitate Regii honor(abili) capitaneo guerre civitatis Senarum, domino Andrea domini Salimbenis de Camerino milite capitaneo populi civitatis Senarum, Renaldo domini Nerii Servi, Francisco Cini Ugonis et Cione fratris Dominici, qui sunt de offitio dominorum novem gubernatorum et defensorum comunis et populi civitatis Sen(arum) et domino Griffolo Iacobi iudice, Iacobo Balordo de Forlivio, domino Andrea de Sancto Elpidio iurisperito et ser Barthalomeo Ciardi notario de Senis et multis aliis testibus ad hec adhibitis, vocatis et rogatis.

(S. N.) Ego[d] Orlandinus Forestani imperiali auctoritate notarius predictis interfui et ea rogatus scribere et publicare ser Bartholomeo Ciardi notario de Senis scribere mandavi et commisi et manu propria publicavi et meum signum apposui consuetum.

---

# 558. 559. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.
## 1329. Mart. 12.—21.

### 558. *Concessio processus summarii contra debitores.* *Mart. 12.*

*Copia* (c.) *saec. XVI. Pisis in tabulario familiae Roncioni. Contulimus nos. — Ed. Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 123 nr. 234 ex* c.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 62 nr. 1016.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus dilectis Schotto quondam Bianchi de Varna et Niccolo filio quondam et heredi Berti de Varna civibus Pisanis, suis et imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum.

557. d) *abhinc alia manus or.*

Volentes amputare calumnias ratione et iustitia mediante, ut creditores ad suum sine magno dispendio et longa dilatione causarum devenire pervaleant, vobis et cuique vestrum pro vobis ipsis vestrisque heredibus, qui consideratis a nobis maximis laboribus et expensis, quas pro corone nostre subsidio ab adventu maiestatis nostre citra facto in Tusciam gratiose gessistis et geritis, et ob fidelitatis vestre constantiam, [quam][a] erga nos et Romanum imperium parati estis gerere in futurum, cupientes ex hiis vobis et cuilibet vestrum pro vobis ipsis vestrisque heredibus ut predicitur aliqualem gratiam facere specialem, hanc igitur ex certa scientia tenore presentium concedimus et donamus, debitores vestros quacunque de causa tam presentes quam futuros iudiciorum et compromissorum mora qualibet et dilatione postpositis iuxta formam instrumentorum vestrorum posse summarie ad cuiuslibet vestri petitionem personaliter cogi, capi et facere detineri usque ad creditorum vestrorum satisfactionem integram et perfectam. Et ad compromittendum occasione aliqua cogi nullatenus valeatis nec possitis pro tali captione vel detentione seu repetitione aut satisfactione fiendis de vestris debitoribus vel eorum occasione et causa ab ullo officiali modo aliquo condennari. Non obstantibus aliquibus consiliis, brevibus seu ordinamentis Pisani communis seu alterius civitatis vel loci in contrarium conditis et condendis et non obstante lege 'quotiens' C. de precibus imperatori offerendis [1] vel aliqua alia lege seu contrarietate vel consuetudinibus contrariis in predictis. Et predicta observari et executioni mandari per omnes et singulos officiales quamcunque iurisdictionem habentes volumus et mandamus. Mandantes insuper ut nulli hominum liceat contra hanc nostre imperialis concessionis et gratie privilegii paginam attentare vel ei ausu temerario contraire. Alioquin non solum imperialis indignationis aculeos sentiat, verum etiam quinquaginta librarum auri puri penam vice qualibet qua contrafecerit se noverit incursurum, cuius pene medietas nostre imperiali camere confiscetur, reliqua vero medietas vobis Schotto et Nicolo vestrisque heredibus persolvatur. Ad quorum omnium evidentiam, testimonium manifestum et memoriam sempiternam presentem nostri privilegii paginam sigillo nostre imperialis maiestatis inferius appenso cum filis siricis in materiam cere mandavimus et voluimus munimine roborari [2].

Datum Pisis, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione duodecima, die duodecima Martii, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

## 559. *Donatio advocatiae civitatis Augustanae.* *Mart. 21.*

*Originale* (or.) *in archivo Wallersteinensi. Contulimus nos. Pendet sigillum laesum loro membranaceo.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 62 nr. 1017.*

Wir Ludowich von Gots gnaden Rômischer cheiser ze allen zeiten merer dez reichs enbieten den edeln mannen Ludwigen und Friderich(en) grafen zu Oting, unsern lieben getriwen unser hulde und alles gůt.

Durch besunder getraůnůzze und triwe, die wir an ew erchennen und erfunden haben, enpfelhen wir ew nach pete unser lieben getriwen der ratgeben und der gemain der stat Auspurch vleizzichlich und triwlich und ewer iglichen besunderlich die vogtay und p[f]lege der selben stat Auspurch si ze schirmen, befriden und vor sein an unserr stat und in unserm namen in allem dem rechten, als wir selb engegen wæren. Dar umb auch daz ir der selben pfleg dester paz můgt vorgesein, verschaffen wir ew die stewr zden Juden do selbs ze Auspurch jærichlich einzenemen von in biz an unser

558. a) *excidit c.*

1) *Cod. 1, 19, 2.* 2) *Eschatocollon simile cf. infra nr. 606.*

wolgevallnůzze und widerrůffunge. Als lange wellen wir auch daz ir die pfleg und vogtay habet. Und dar ůber ze einem urchůnde geben wir disen brief mit unserm cheiserlichen insigel versigelten.

Der geben ist ze Lukke, an dem Eritag nach Suntag Reminiscere, do man zalt von Christs gebůrde dreutzehenhundert jar dar nach in dem newnunzweintzgesten jar, in dem fůmftzehendem jar unsers reichs und dem andern des cheisertůms.

---

# 560. 561. ACTORUM VICARII GENERALIS LUNIGIANAE CONTINUATIO.

## 1329. Mart. 28.—Apr. 13.

*Ex Protocollis Thomasini Bonacursi, de quibus v. supra ad nr. 526 et 527. Cf. supra nr. 526. 527. 544—546 et infra nr. 591.*

### 560. *Receptio pecuniae e dogana salis provenientis.* *Mart. 28.*

*Imbreviatura l. c. fol. 79. Descripsimus nos. — Ineditum.*

Nos Gaboardus de Sabion(e) sacri imperii in Lun(igiana) vicarius generalis confitemur tibi Iohannello condam Tucii de Serçana nunc habitatori Pont(remuli) doanerio nostro in dicta terra Pontremuli nos habuisse et recepisse a te de denariis nostris libr. quingentas viginti tres sol. XII imperialium habitas et perceptas per te de sale nostro vendito per te ipsum in dicta doana nostra de Pont(remuli). In cuius rei testimonium presentem paginam per Tomasinum Bonacursi de Serçana not(arium) et cancellarium nostrum scribi et publicari mandavimus et nostri sigilli munimine roborari.

Dat. Avencie, anno nativitatis Domini millesimo CCCXXVIIII, ind. XII, die XXVIII. Marcii, presentibus ser Guineldo de Linari dioc. Florentin. et Vane de Lieto de Luc(a) testibus ad hec vocatis et rogatis.

### 561. *Receptio mutui.* *Apr. 13.*

*Imbreviatura l. c. fol. 70'. Descripsimus nos. — Ineditum.*

In nomine Domini amen.

Zambonus filius Parentis dicti Pacii de Serçana publicus mercator fuit con(fessus) coram me not(ario) et testibus infrascriptis se habuisse et recepisse mutuo gratia et amore a nobili milite domino Gabuardo de Sabion(e) flor. CCXVII de bono auro Florentino iusti ponderis et legalis. Renuncians exceptioni non habitorum et receptorum dictorum florenorum et omni alii iuris et legis auxilio. Quos florenos dictus Zambonus per se et suos heredes promisit et convenit reddere, solvere et restituere ipsi domino Gabuardo et cui dederit stipulatione solempni usque ad XV dies proxime venturos, omni exceptione remota et cum refectione dampnorum et expensarum litis et extra. Constituens se dictos florenos soluturum Serçane, Luce, Pisis et Parme et ubique locorum sub pena dupli quantitatis dictorum florenorum.

Act. Serçane, anno nativitatis Domini millesimo CCCXXVIIII, ind. XII, die XIII. Aprilis.

---

## 562. QUITATIO STIPENDIARIORUM PRO IMPERATORE.
### (1329.) Apr. 1.

*Originale* (or.) *in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. E quinque sigillis pendent quatuor loris membranaceis. — Iam edidimus 'Neues Archiv' XXIII, 341 nr. 56 ex* or. *Editionem nostram hic repetimus.*

*Cf. supra nr. 513.*

Wir die gemain der geselleschaft ze Vivanei.

Wann uns unser dúrchlauhtiger herr cheiser Ludowich von Rome beriht und gewert hat zehentausent guldein an dem niwen und drithalbtausent an dem aftern und alten gelte, hat er mit uns getædingt und uberein chomen, daz wir dem edelen manne Apr. 26. hern Friderichen grafen von Ôtingen vrist gegeben haben biz auf die Mitwochen in der Osterwochen die nu chumt gen Maylan ze reiten umb daz ůberig gelt. In der selben vrist und dar nach sullen wir tůn, als sein brief die wir von im [1] und unser die er von uns hat [2] sagent. Auch sullen wir im die burch Monteclar wider antwurten in aller weise, als er si uns ê in geantwurt hat, als er die geisel, die er uns gesetzt hat, umb neunthalbtausent guldein von uns loset und lediget, und sullen wir aber dar nach tůn, als sein und unser brief sagent und sprechent. Und wan wir alle niht eygner insigel haben, habent die vesten ritter her Heinrich von Bar, her Arnolt von Stocheim, her Eberhart von Sulntz, her Oswalt von Rosheim und Hans von Bruch ir insigel fůr uns alle gemainchlich ze urchůnd gehenckt an disen brief.

Der gegeben ist ze Lucke, an dem Sambtztag vor dem Sůntag Letare.

---

## 563—567. LUDEWICI SCRIPTA DIVERSA.
### 1329. Apr. 2.—(12.)

### 563. *Litterae recommendatitiae communi Modoetiae missae.* *Apr. 2.*

*Originale deperditum. — Ed. Frisi 'Memorie di Monza' II (1794) p. 158 nr. 180. Editionem repetimus.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 62 nr. 1018.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris consilio et communi Modoetie, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ex quo nobilis vir Ludovicus dux de Tek familiaris noster dilectus ad vestri gubernationem et regimen est assumptus, fidelitati vestre eumdem ex affectu sincerius commendamus, requirentes vos hactenus et monentes, quatenus ipsum studeatis in omnibus benigniter pertractare.

Data Luce, II. die Aprilis, regni nostri anno XV, imperii vero secundo.

1) *Deperditae sunt.* 2) *Supra nr. 513.*

## 564. *Concessio scultetatus.* *Apr. 2.*

*Originale in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 370. Descripsimus nos. Sigillum parum laesum pendet loro membranaceo. — Ineditum.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 276 nr. 2709 (Addit. I).*

*Cf. supra nr. 295. 296 et infra 645.*

Wir Ludowich von Gots gnaden Rômischer cheiser ze allen zeiten merer dez riches tůn chunt allen den die disen brief ansehent oder hôrent lesen, daz wir angesehen haben den schaden, den unser liebe getriwe die purger der stat Nôrdling von chriegs wegen genomen habent. Zů einer ergetzigunge dez selben schadens haben wir in von unsern cheiserlichen genaden daz ammanampt der selben stat Nôrdlinge vreilich gelazzen mit allen rechten und nůtzen als lange ze haben und niezzen, biz daz wir ez widerrůfen in rechten zilen. Und wellen daz si niemant dar an leidig oder beswær bei unsern hulden. Und dar ůber ze einem urchůnde und sicherheit geben wir in disen brief mit unserm cheiserlichen insigel versigelten.

Der geben ist ze Lukke, an dem suntag Letare, do man zalt von Christs gebůrde dreutzehenhuntdert jar darnach in dem newnundzweintzgestem jar, in dem fůmfzehendem jare unsers reiches und in dem andern dez cheisertůms.

## 565. 566. SCRIPTA IN FAVOREM RELICTAE CASTRUCCII DUCIS.
1329. Apr. 10.

*Cf. supra nr. 529.*

## 565. *Absolutio ab impositis.* *Apr. 10.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Lucano. Descripsimus nos. Sigillum desideratur, filis sericis rubei flavique coloris relictis. — Ineditum.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili Pine collaterali olim ducis Lucani, imperii fideli dilecte gratiam suam et omne bonum.

Cum tibi pro te tuisque liberis recipienti castrum et terram Monteggieri Lucani districtus ad utendum, fruendum et fructandum pro rata summe florenorum quatuor milium auri annuatim de vicaria Petrasancte concesserimus iam est diu [1] et relato quod Lucana comunitas seu nostri vel ipsius comunitatis officiales indirecte colore quesito homines et incolas dicti castri et terre muneribus, oneribus et aliis realiter et personaliter agravando in ipsius iuris et redditus perceptione te dicto nomine molestare, inquietare et impedire nitantur, intendentes nostram provisionem seu concessionem rebus et non verbis impositam et te auctoritate nostra non decipi, tenore presentium tue tuorumque liberorum contemplationis obtentu dictum castrum, terram et locum Monteggieri ipsiusque homines, incolas et terrigenas ab omnibus et singulis oneribus, muneribus, gravaminibus et functionibus quibuscunque personalibus, realibus et mistis et omnibus conditiis a Lucano comuni ipsiusque officialibus seu nostris in dicto et pro dicto comuni Lucano seu aliis quibuscunque impositis et imponendis quoquo modo absolvimus et liberamus et absolutos et liberatos esse decernimus usque ad nostre beneplacitum voluntatis, ut sic concessionem nostram tu tuique liberi integraliter possitis habere. Mandantes universis et singulis vicariis, rectoribus, sapientibus regimini [a] pre-

**565.** a) et *add. or.*

1) *Supra nr. 529.*

sidentibus et comuni Lucano et aliis quibuscunque pro nobis vel comuni Lucano sub pena indignationis nostre gratie et decem librarum auri pro dimidia fisco nostro et alia dimidia iniuriam passis penitus applicanda, quatinus contra predicta vel aliquid predictorum non veniant vel attentent, set ea omnia et singula inviolabiliter servare procurent, quam diu nobis et imperio fideles existant. In quorum evidens testimonium et certitudinem premissorum presentes nostre imperatorie maiestatis sigillo pendenti iussimus communiri.

Dat. Pis(is), sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, indict. duodecima, die decima mensis Aprilis, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

## 566. *Mandatum ad commune Petrasanctae.* *Apr. 10.*

*Originale* (or.) *ibidem. Contulimus nos. Sigilli maiestatis dorso impressi vestigia adsunt. — Ed. Manucci loco supra ad nr. 160 citato p. 235 nr. 24 ex cop.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 62 nr. 1019.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus providis viris potestati seu vicario, rectoribus, officialibus, consiliariis et comuni de Petrasanta et ipsius vicarie hominibus et personis, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Recolentes nos specialiter et ex certa scientia concessisse pro eorum substentatione duchisse collaterali et filiis olim Lucani ducis gabellas dicte terre Petrasante et vicarie ipsius usque in quantitatem florenorum quatuor milium auri annuatim[1] et intellecto aliquos impedire conari ac etiam dictas gabellas intercipi et fraudari et alias dictis gabellis abuti in detrationem iuris duchisse et filiorum predictorum et non intendentes nec volentes contra nostram promissionem talia attemptari, vobis et universitati vestre ceterisque de vicaria predicta et aliis presentes licteras inspecturis per hec scripta districte commictimus et mandamus sub pena indignationis nostre gratie et quinquaginta marcarum argenti pro quolibet et qualibet vice qua fuerit contrafactum, pro dimidia fisco nostro et pro alia dimidia passo iniuriam applicanda, quatinus de dictis gabellis dictis duchisse et filiis Lucani ducis ipsorumque nuntiis et procuratoribus iuxta premissa nostra pure, integre respondeatis et libere, ipsas gabellas non fraudando nec fraudari faciendo, consentiendo vel permictendo et fraudatores ipsarum impedientes et interceptores iuris et facti remediis reprimendo strictius et arcendo et cohertione qualibet refrenando, sic quod dicti duchissa et filii dictis gabellis nullatenus decipi valeant vel fraudari, turbari, inquietari vel molestari quoquo modo directe vel indirecte aliquo colore quesito, ut nostra promissio firma perduret, nullo mandato, percepto vel requisitione, prohibitione, conminatione vel inhibitione seu sequestratione Lucani vicarii vel rectoris seu alterius in aliquo obstitura. Que omnia in presenti et fucturo cassamus et irritamus et in ipsorum duchisse et filiorum et iuris ipsorum preiudicium volumus non valere usque ad nostre beneplacitum voluntatis, quam diu nobis et imperio fideles existant. In quorum certitudinem et predictorum evidens testimonium presentes licteras fieri iussimus et nostro sigillo muniri.

Dat. Pis(is), die decima mensis Aprilis, duodecime indict., regni nostri anno quindecimo[a], imperii vero secundo.

---

566. a) *sic or.*

1) *Supra nr. 529.*

## 567. *Privilegium pro civitate Pontremulensi.* *(Apr.) 12.*

*Copia* (c.) *recentioris aetatis in tabulario regio Florentino. — Ed. Ficker 'Forschungen zur Reichs- und Rechtsgeschichte Italiens' IV, 523 nr. 513 ex* c.; *Giov. Sforza 'Memorie e documenti per servire alla storia di Pontremoli' II (Lucca 1885) p. 336 nr. 36 ex* c. *(ad Nov. 12). Editionem illam repetimus.*

*De tempore cf. notam apud Ficker l. c. additam.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis et singulis presentes litteras inspecturis, suis [et] imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ex parte comunis et hominum terre Pontremuli, nostrorum et imperii fidelium dilectorum, fuit maiestati nostre cum instantia supplicatum, quatenus infrascriptum privilegium per dive memorie Fridericum secundum Romanorum imperatorem predecessorem nostrum [concessum] et omnia alia privilegia eis indulta, iurisdictiones et honores dicti comunis confirmare et innovare de imperiali clementia dignaremur. Cuius quidem privilegii tenor dignoscitur esse talis:

'In nomine sancte — mense, indictione prescriptis.'[1]

Nos igitur predictorum hominum et comunis Pontistremuli devotionem et fidem, quam semper ad nos et Romanum imperium habuerunt, ac grata et accepta servitia per eos nobis et imperio exhibita attendentes ipsorumque votis solita clementia annuentes predictum privilegium eis concessum per dive memorie Fridericum secundum Romanorum imperatorem predecessorem nostrum et omnia alia privilegia eis indulta per divos principes Romanorum predecessores nostros, prout eis rite et provide sunt concessa, imperiali autoritate ex certa scientia confirmamus et etiam innovamus. Et volentes predictam terram Pontistremuli tanquam peculiarem et imperii precipuam immediate ad imperii et nostram cameram pertinere, omnia privilegia, instrumenta ac obligationes et pacta, facta et factas de iurisdictione, honore, utilitate et translatione dominii dicte terre quantum ad confinia determinata in privilegio supradicto per nos seu per retro Romanorum principes vel eorum vicarios seu per dictum comune Pontistremuli vel quamcumque aliam personam, comune vel universitatem vel locum in quamcumque singularem personam, comune vel universitatem de nostre plenitudine potestatis ex certa scientia revocamus, cassamus et etiam annullamus, ipsam terram Pontistremuli cum toto suo territorio et districtu nostre imperiali camere autoritate presentium reservantes. Non obstantibus [aliquibus] legibus seu iuribus, [que] premissis in aliquo obviarent, etiamsi de ipsis esset [mentio] specialis fienda, quas vel que haberi volumus pro expressis, quibus quantum ad premissa de potestatis nostre pl[enitudine et de certa] scientia derogamus. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre confirmationis [et concessionis paginam infringere] vel ei ausu temerario contrafacere. Si quis autem contra premissa vel aliqua [premissorum facere] vel venire presumpserit, gravem indignationem nostram et penam centum marcarum auri p[urissimi, medietatem] nostre camere, reliquam vero medietatem parti lese applicandam se noverit incursurum. In [cuius rei] testimonium presentes litteras fieri et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri.

Data Pontistremuli, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione duodecima, die duodecima mensis Aprilis[a], regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

---

**567.** [a]) Novembris *c.*

1) *Reg. imp. V nr. 1667.*

## 568. LITTERAE IOHANNIS XXII. PAPAE AD COMITEM PALATINUM RHENI.

### 1329. Apr. 4.

*Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115*[1] *fol. 95 nr. 543. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 417 nr. 1160 ex* c.

Roperto comiti palatino Reni duci Bavarie.

Licet sincera devotio, quam ad nos et Romanam matrem gessisti hactenus ecclesiam, indiciis claruerit manifestis, illam tamen dil. fil. Petrus de Ungula prior Tholosan(us) Hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani, noster et apostolice sedis in eis partibus nuncius, per suas nobis missas noviter litteras velut per ipsum comprobatam operibus multipliciter commendavit, in eisdem litteris nichilominus subiungendo, quod in devotione ipsa invariabiliter persistere proponebas. Nos autem devotionem et laudabile propositum huiusmodi cum gratiarum actionibus uberibus multipliciter in Domino commendantes, nobilitatem tuam rogamus attentius et in Domino exhortamur, quatinus in eis, ex quibus Deo semper efficieris acceptior et locum uberioris favoris et gratie apud dictam sedem tibi non inmerito vendicabis, persistere continuatione solida non ommittas, de nobis fiducialiter habiturus, quod nos in tuis oportunitatibus, quantum cum Deo licuerit, propicios reperies et benignos. Et ecce quod petitiones pro parte tua nobis oblatas duximus ad exauditionis gratiam admittendas. Et ne super aliis, si quas te nobis offerre contingat imposterum, fraus per aliquos committatur, volumus quod illas quas cordi gesseris, honestas tamen et exaudibiles mittas nobis amodo sub certo signo tuo.

Dat. [Avinion(e)], II. Non. Aprilis, anno terciodecimo.

---

## 569—573. LITTERAE CIVITATIS FLORENTINAE AD DIVERSOS.

### 1329. Apr. 8.—27.

### 569. *Litterae ad legatum apostolicum.* *Apr. 8.*

*Copia* (c.) *in Copiario 'Reg. litt. II' signato fol. 32*[1] *tabularii regii Florentini, ubi rubrum:* Ad dominum in Lombardia legatum. — *Dedit Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 127 nr. 239 ex* c. *Editionem repetimus.*

Domino in Lombardia legato.

Inter cetera venit in pactis tallie noviter ordinate, quod intra VIII dies presentis Apr. 8. mensis Aprilis deberent sapientes communium Bononie, Senarum, Perusii et Florentie convenire in ea civitatum ipsarum, cui Bavarus esset proximior, et ibi esse pro ordinandis oportunis, quousque habebitur presentia capitanei generalis. Et ideo cum sapiens communis Bononie nondum venerit, de quo miramur, et ab aliis expectetur cumque audivimus quod partem dicte tallie vobis pro matre ecclesia contingentem usque hodie non parastis, de quo multipliciter admiramur, consideratis apparatibus et potentia vobis et nobis vicina Bavari antedicti et presentis temporis qualitate, quod hostes ad processus invitat, nosque partem nostram paravimus et habuerimus iam est diu, paternitati et dominationi vestre quanto carius et affectuosius possumus supplicamus, quatenus

ipsam partem vestram consideratis predictis et aliis, que diffusa serie scribi possent, parare ac habere dignemini sine mora, ut vos et nos fortes, previsos et paratos etiam insperatus ad cautelam inveniat omnis casus ac etiam sine dilatione providere cum communi Bononie, quod ipsum commune suum sapientem mittat omni abiecta temporis tarditate pro exaltatione matris ecclesie.

Data Florentie, die VIII. Aprilis, XII. ind.

### 570. *Litterae ad civitatem Senensem.* *Apr. 14.*

*Copia* (c.) *ibidem l. c. fol. 38', ubi rubrum:* Ad Senenses. — *Dedit Ficker l. c. p. 128 nr. 243 ex* c. *Item repetimus.*

Communi Senarum.

Habemus per litteras domini Beltramonis de Bautio in terra Sancti Miniatis de auditu et per nostros nuntios fidedignos de civitate Pisarum venientes de visu, quod Bavarus die Martis preterita proxime ora quasi tertia recessit cum suis gentibus et uxore Apr. 11. de ipsa civitate Pisarum et quod eum iturum versus Bononiam et Lombardiam publice dicebatur. Et ideo cum de civitate Bononie sit a sapientibus cogitandum, fraternitatem vestram affectuose rogamus, quatenus milites vestros vos de tallia contingentes velitis ad civitatem Florentie mittere sine mora presentibus intellectis pro defensione et custodia amicorum et resistentia hostium predictorum. Nos enim nostros habemus et tenemus paratos ad omnia oportuna.

Data Florentie, die XIIII. mensis Aprilis, XII. ind.

### 571. *Litterae ad Marcum Vicecomitem capitaneum et comestabiles Societatis sancti Georgii.* *Apr. 20.*

*Copia* (c.) *ibidem l. c. fol. 40.* — *Dedit Ficker l. c. p. 129 nr. 246 ex* c. *Item repetimus.*

Magnificis et nobilibus viris dominis Marco de Vicecomitibus de Mediolano militum Societatis sancti Georgii capitaneo generali et conestabilibus Societatis eiusdem priores artium et vexillifer iustitie civitatis Florentie augmentum boni in inceptis.

Religiosus et sapiens vir frater Iohannes Boldronis ordinis Heremitarum sancti Augustini placida inter nostros opera fidei etiam per vos exibita in exaltationibus honoris sancte matris ecclesie etiam et fidelium et devotorum ipsius contra dannatum Bavarum et sequaces suos in factis Lucanis et propositum vestrum fiendum in aliis clare ac fideliter nobis exposuit. In quibus magnificentiam vestram quantum possumus ad prosequendum incepta solicitum red[d]imus et ortamur nec de ipsius fratris Iohannis mora miremini, quoniam per nos vobis per scripturam nostrorum sigillorum impressione munita conventa effectualiter et efficaciter ponuntur in ordine et quibus cito veniet expeditus, sicud ipse vobis referre poterit viva voce. Et si aliqua nova de inimico fidei Bavero vel de aliquibus vos habere contingat, ea nobis placeat intimare.

Data Florentie, die XX. mensis Aprilis, XII. ind.

### 572. *Litterae ad civitates Perusinam et Senensem priores.* *Apr. 24.*

*Copia* (c.) *ibidem l. c. fol. 41, ubi rubrum:* Ad Perusinos. — *Dedit Ficker l. c. p. 129 nr. 249 ex* c. *Item repetimus.*

Dominis regiminibus, consilio, populo et communi civitatis Perusii, fratribus et amicis karissimis pro parte offitii et communis.

Ut vos tanquam sotii fratres et amici karissimi que sentimus et agimus sentiatis et sitis eorum participes, vobis ad gaudium nuntiamus, quod dum olim adhuc viveret inclite memorie Calabrie dux illustris, ipse ac dominus in Lombardia legatus simul cum aliquibus paucis tamen numero sapientibus Florentinis cum domino Marco de Vicecomitibus et comestabilibus Theotonicorum tractatus aliquos inceperunt[1] de civitate Lucana ad devotionem sancte Romane ecclesie contra Bavarum et sequaces suos ad exaltationem ipsius ecclesie et ad statum et honorem suorum fidelium et ad depressionem et mortem infidelium reducenda. Et quod etiam post ipsius domini ducis recessum eius locum tenens et predicti alii in ipso tractatu prosecuti fuerunt et post eius etiam mortem legatus ipse una cum domino Philippo de Sangineto capitaneo guerre ipsisque sapientibus fuerunt similiter in ipsis tractatibus prosecuti. Et quod licet tractatus ipsi propter diversa accidentia retardationes et inpedimenta receperint, tamen noviter revixerunt et in tantum iam processerunt, quod civitas Lucana contra Bavarum et sequaces et gentes suas spiritum rebellationis assunsit. Et eiecti sunt sequaces Bavari de ipsa civitate et aliqui interfecti, qui pro Bavaro dominabantur in illa. Et sunt in actu perfectionis votive Domino concedente et iam manifesta signa ipsius perfectionis aparent, ex quibus cooperante Altissimo non solum de civitate Lucana, sed de aliis multis partibus maxima honorum et commodorum pervenient fidelibus ecclesie incrementa. Per quos tractatus intenditur, quod non solum prefata Lucana civitas, sed et alie plures terre istarum partium, que nunc sunt in rebellione sancte matris ecclesie et sanctissimi patris et domini domini Iohannis summi pontificis, ad subiectionem et obedientiam dicte sancte matris ecclesie prefatique summi pontificis et ad pacem et concordiam cum devotis et fidelibus dicte sancte matris ecclesie secundum ordinationem et dispositionem dicti summi pontificis reducantur. Et ideo fraternitatem vestram affectuosissime deprecamur, quatenus si predicta votivam perfectionem recipiant ut speramus, eis contenti esse placeat eaque grata suscipere tamquam non solum utilia, sed necessaria vobis et nobis ceterisque fidelibus ecclesie sancte Dei et letifera Bavaro suisque sequacibus et infidelibus universis. Que penes vos teneri secreta quesumus et rogamus, parati semper ad omnia grata vobis.

Data Florentie, die XXIIII. mensis Aprilis, XII. ind., de nocte.

Eodem modo scriptum est communi Senarum.

573. *Litterae ad civitates Perusinam et Senensem alterae.* *Apr. 27.*

*Copia* (c.) *ibidem l. c. p. 38', ubi rubrum:* Ad Perusinos. — *Dedit Ficker l. c. p. 131 nr. 251 ex* c. *Item repetimus.*

Perusinis pro parte Florentinorum.

Habemus vere quod Bavarus fuit in perlamento in partibus Marcharie cum domino Cane et certis aliis et quod Cremonam rediit parlamento ipso celebrato. Et ideo cum expediat et desideremus, quod tallia consumetur et quod ordinati sapientes conveniant, et sapiens Bononie iam est et diu fuerit Florentie et vestrum expectet, fraternitatem vestram iterato requirimus et precamur, quatenus sapientem et milites vestros velitis sine ulteriori dilatione ad civitatem Florentie destinare honore vestro pro statu amicorum nostrisque precibus, gratia et amore. Et ad hoc non solum verbis, sed effectu et opere procedatis, si promissa et conventa cupitis observare.

Data Florentie, die XXVII. Aprilis, XII. ind.

Eodem modo scriptum est Senensibus.

---

1) *Cf. nr. 571.*

## 574. LITTERAE (FERRARII DE APILIA) AD REGEM ARAGONUM.
## (1329.) Apr. 15.

*Originale* (or.) *in tabulario regio Barcinonensi CRD Alfonsi nr. 3282. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 444 nr. 297 ex* or. *Editionem repetimus.*

*De tempore cf. notam apud Finke l. c. p. 446 adiectam.*

1. Pridem venerabilis pater dominus Ildebrandinus episcopus Paduanus devotus vester et vestre regie domus et precipue . . domini archiepiscopi germani vestri[1], cum erat coram . . domino summo pontifice, audivit ab eo quod quidam nuntii Bavari iverunt in Siciliam ad dominum regem Fredericum . . ab eo pecuniarium et grande subsidium requirentes, ipse autem rex Fredericus requisivit societates Florentinorum in Sycilia commorantes, quod mutuarent eidem octuaginta milia flor. prefato Bavaro transmittenda. Societates vero finaliter responderunt, quod tantam eidem mutuare non poterant quantitatem. Et tunc dominus rex F(redericus) respondit nuntiis supradictis, quod prefato Bavaro de pecunia non poterat subvenire nec etiam in eius obsequium pro imminenti estate armare galeas. Dixit etiam prefatus dominus noster episcopo supradicto, quod hanc responsionem fecerat prefatus dominus rex, pro eo quod vos significaveratis per nuntios vestros eidem regi, quod ab omni favore et subsidio prestando eidem Bavaro, qui erat hostis ecclesie et gravibus sententiis irretitus, abstineret omnino, et quod nullatenus se contra ecclesiam inveniret quodque si secus faceret, vos nunquam possetis eidem auxilia vestra prestare[2]. Et quod propter guerram, quam habet cum domino rege Roberto, ipse non dimitteret acquiescere requisitionibus vestris et quoniam recipiebatis super vos de guerra illa eidem pacem et bonam contracteriam procurare. Ad que verba respondit episcopus supradictus: 'Pater sancte, bene ostendit in hoc rex Aragonum, quod est devotissimus ecclesie et vobis nec est rex qui in hoc negotio plus facere potuisset, et multum pater sancte debetis hoc habere gratum. Nam subtractio auxilii regis Frederici precipue confundet hostem vestrum et elevabit fideles ecclesie.' Et dominus noster predictus asseruit, quod ita erat, de bona et leta facie. Et multa circa predicta fuerunt dicta honorem vestrum tangentia, que esset longum repetere.

2. Noverit etiam clementia vestra, quod nepos episcopi supradicti, qui vocatur dominus Paulus de Comite, in partibus Romanis et Campanis presencialiter magnifice servit et servire potest domino nostro predicto, ecclesie et regi Roberto, cuius est precipuus devotus, et propterea dominus noster predictus eundem episcopum libenter audit et videtur de ipso confidere. Ipse quoque sicut verus amicus loquutus fuit domino nostro spaciose et efficaciter pro felici et grata expeditione negotii mei. Nec scio quod adhuc aliquis fuerit pro dicto negotio efficacius loquutus et habuit satis curialem et gratam responsionem. Dixit enim eidem dominus noster, quod non intendebat me dimittere in isto statu, set intendebat me consolari. Et nuper, quando fuerunt verba premissa, episcopus ipse ortabatur eum, quod inter prefatos dominos reges concordiam procuraret, et in favorem meum subiunxit, quod quando sibi placeret, ego laborarem ad hoc. Cumque dominus noster diceret ei: 'Videatis si possemus confidere de eodem' ipse respondit: 'Super . .[a] sit, quod de ipso potestis plene confidere, sicut de fideli vestro et homine, qui affectat illam concordiam.' Quod testimonium ego reputo michi satis utile et spero, quod mediante suffragio vestro negocium meum habebit bonum finem . .

Dat. Avinione, XV. Aprilis.

---

**574.** a) *deest verbum or.*

1) *Iohannes archiep. Toletanus.* 2) *Cf. supra nr. 470.*

## 575. IOHANNIS XXII. PAPAE DECLARATIO HAERESEOS LUDEWICI ITERATA.

### 1329. Apr. 20.

*Cf. supra nr. 361.*

*Adhibuimus* 1 *exemplar archiepiscopo Pisano a. 1329. Mai. 5 destinatum, cuius autographon servatur Pisis in tabulario archiepiscopali; contulimus nos; bulla plumbea desideratur: in plica legitur:* de cur̄ .N. Gaitanus;

2 *exemplar archiepiscopo Magdeburgensi eodem die missum, cuius autographon exstat in tabulario regio Magdeburgensi; in plica legitur:* de cur̄ .A. Reatin.; *ed. Schmidt 'Päbstl. Urkunden und Regesten' I, 224 nr. 356 ex* 2; *editionem contulimus;*

3 *cod. bibliothecae Dresdensis A 70 fol. 72, de quo v. supra ad nr. 273; contulimus nos; est rubrum:* Sextus processus contra Bavarum, per quem declaratur in heresim incidisse et velut hereticus reprobatur ac pronuntiatur [1].

*Quae conveniunt cum Processu supra nr. 361, ea typis minoribus excudi fecimus* [2].

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 222 Päbste nr. 91* [3].

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

1. Ad communem notitiam credimus pervenisse, quomodo propter notorios excessus detestabiles ac culpas enormes contumaciasque diutius continuatas et auctas Ludovici de Bavaria olim ducis Bavarie et discorditer in regem Romanorum ut dicebatur electi, qui in Dei contemptum, anime sue periculum nostrumque ac sancte Romane ecclesie preiudicium et totius reipublice evidens detrimentum, electione huiusmodi per nos, ad quos eiusdem electionis et electi examinatio, admissio, approbatio ac reprobatio et repulsio pertinebat, nequaquam admissa, sibi titulum regium regni Romani usurpans temere se administrationi dicti regni et imperii Romani presumpsit presumptuose nimium immiscere, cum eodem vacante imperio, sicut et tunc vacabat et vacat ad presens, eorumdem regni et imperii ad sedem apostolicam noscatur administratio pertinere, hereticorum insuper Lombardie et aliorum rebellium ecclesie sancte Dei contra ipsam ecclesiam se fautorem manifestum exhibuit et constituit publicum defensorem, Propter que et multa alia per ipsum Ludovicum temere perpetrata, que plenius in nostris processibus continentur, contra ipsum post ipsius contumacias manifestas urgente conscientia et exigente iustitia de fratrum nostrorum consilio procedentes varios processus spirituales et temporales penas et sententias continentes diversis temporibus auctis eius contumaciis fecimus et protulimus successive, primo quidem excommunicationis [4], secundo vero privationis iuris, si quod ex electione predicta sibi fuerat acquisitum [5], et deinde privationis feudorum, que a Romana ecclesia vel ecclesiis aliis seu imperio obtinebat, et specialiter ducatus predicti et iurium omnium, que sibi in eodem ducatu seu eius occasione vel causa pertinuerant vel poterant pertinere, necnon et privilegiorum sibi a sede apostolica vel imperio seu eius predecessoribus concessorum, quatenus ipsum tangere

1) *Insertum est in 3 mandato pontificis a. 1329. Mai. 5* venerabili fratri . . archiepiscopo . . eiusque suffraganeis *misso, cui in fine additur:* In e. m. scriptum fuit . . legato Lombardie. Simili modo scriptum fuit . . legato Tusciae. Eodem modo scriptum fuit singulis rectoribus terrarum ecclesie. In e. m. diversis ecclesiarum prelatis et executoribus. *Cf. Lang 'Acta Salzburgo-Aquilejensia' I, 119 sub nr. 135 a.* 2) *Processum eodem die contra Michaelem de Cacsena latum v. apud Böhmer l. c. nr. 92, itemque 'Bullarium Franciscanum' V, 383 nr. 786.* 3) *In 'Regesten der Pfalzgrafen' nr. 2036 minus recte hic Processus indicatur, cum Processus prioris item de comitatu Palatino tractantis supra nr. 361 mentio non fiat.* 4) *Supra tom. V nr. 881.* 5) *Ibid. nr. 944.*

poterant, ipsum fautorem hereticorum publice nichilominus declarantes[1], prout hec in nostris processibus in consistoriis publicis copiosa presente multitudine fidelium promulgatis plenius continentur, cartas seu membranas dictos continentes processus et sententias in ecclesia Avinionen(si) appendi vel affigi ostiis facientes, ipsos processus et sententias nichilominus destinando quasi omnibus venerabilibus fratribus nostris patriarchis et archiepiscopis eorumque suffraganeis, ut eos suis subditis publicarent.

2. Et quia nec sic ad viam rediit veritatis, sed potius perversis intentus dogmatibus in illam noscebatur insaniam prorupisse, quod dampnatam heresim per constitutionem (cf. nr. 361 cap. 1.) nostram que incipit 'Cum inter', videlicet quod Christo et apostolis in rebus quas habuerant nullum ius competierat, sed tantummodo in eis habuerant usum facti, asserere pre- (nr. 365 cap. 2.) sumpserat publice ac in eius presentia per alios, ut plures in sui erroris devium traheret, fecerat publicari, *libellum quendam preterea sigillo suo in eo* appenso* predictam continentem heresim, scilicet quod Christo et apostolis in rebus quas habuerant nullum ius competiit, sed in illis habuerunt tantummodo usum facti, *hoc adiecto quod dicere contrarium hereticum est censendum, prout *nos et plures ex nostris fratribus in diversis libellis* eius sigillo* sigillatis vidimus contineri, per certos nuntios ad diversas civitates* Alamannie[a] et circumvicinas partes ac Italie et earundem *tirannos[b] aliarumque partium transmiserat, libellum ipsum in locis affigi publicis et exponi publice faciens, ut haberet de tanta et tali insania plures testes, ex quibus evidentius apparebat ipsum asseruisse pertinaciter, fore catholicum quod hereticum esse per dictam constitutionem declaratum fuerat et hereticum quod catholicum dicta constitutio evidentius supponebat, presertim cum in dicto libello dictus Ludovicus asserat se in plurium iurasse presentia, omnia contenta in dicto libello se credere esse vera, nos cum premissa adeo essent notoria, quod nequibant tergiversatione aliqua occultari, certa die eidem Ludovico prefixa presente multitudine copiosa fidelium, ut super premissis veniret auditurus sententiam et facturus quod iustitia suaderet, cum dicta die non compareret nec postea expectatus diutius nec aliquis pro eodem, de fratrum eorumdem consilio presente fidelium multitudine copiosa eundem Ludovicum in dictam incidisse heresim ac fore hereticum declarantes ipsum velud hereticum reprobandum duximus et sententialiter condempnandum[2].

3. Sane infelix homo iste a predicta heresi resilire contempnens se alia noscitur involvisse. Dudum quidem ad nostram audientiam relatione tam verbali quam litterali plurium sublimium personarum necnon fama publica notoriante perducto, quod duo viri nequam perditionis filii et maledictionis alumpni, videlicet Marsilius[c] de Padua et Iohannes de Ianduno, quendam librum composuerant inter multa alia erronea continentem, quod ad imperatorem spectat papam instituere ac destituere et punire, nos super illo et nonnullis aliis eorumdem articulis erroneis tam cum fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus quam cum multis ecclesiarum prelatis necnon et cum pluribus sacre theologie magistris ac utriusque iuris professoribus tunc presentibus in curia deliberatione prehabita diligenti, cum in hoc eorum deliberatio resideret, tam prefatum articulum quam alios in nostro processu predicto et sententia contentos esse sacre scripture contrarios fideique catholice inimicos, de eorumdem fratrum nostrorum consilio in consistorio publico presente fidelium copiosa multitudine ipsos articulos hereticales et erroneos necnon et predictos Marsilium[d] et Iohannem hereticos immo heresiarchas fore manifestos et notorios declarandos duximus et sententialiter condempnandos, in eadem sententia hoc adiecto quod si quis doctrinam predictam defendere seu approbare presumeret, cuiuscunque dignitatis aut status existeret, deberet ab omnibus tamquam hereticus confutari[3].

**575.** a) Alamanie 2. b) tyrampnos 2; tyrannos 3. c) Massilius 1; Marssilius 2. d) Massilium 1.

1) *Supra tom. VI nr. 273 et 274.* 2) *Ibid. nr. 361.* 3) *Processum iteratum contra Marsilium et Iohannem a. 1327. Oct. 23 datum v. Böhmer, Reg. Ludw. p. 220 Päbste nr. 63.*

4. Et licet processus noster predictus in consistorio publico presenti fidelium copiosa multitudine recitatus ut premittitur fuerit et dicta sententia promulgata cartasque sententiam et processus continentes eosdem in maioris ecclesie Avinionen(sis) affigi ostiis[e] fecerimus seu membranas, ut suo quasi sonoro preconio et patulo indicio ad omnium fidelium notitiam deducerent processus et sententias antedictos et nichilominus processus ipsos et sententiam in urbe Romana et locis aliis circumvicinis fecerimus publicari, dictus tamen Ludovicus velud in reprobum sensum datus[1] ipsos Marsilium et Iohannem, quos in partibus Alamannie in suam familiaritatem admiserat et sub cuius umbra errores prefatos et multos[f] alios publice dogmatizare[f] presumpserant et pertinaciter defensare ac in Urbe prefata post latam predictam sententiam predicantes publice, predictos dampnatos articulos veros esse. in suam familiaritatem non erubuerat[g] retinere necnon ad inauditam inductus insaniam, ut quod credebat interius, per evidentiam exterioris operis declararet, certa die et loco convocato publice clero dicte Urbis et populo ac presente prefatus Ludovicus hereticus et scismaticus, pluribus innodatus excommunicationum sententiis et omni honore privatus, asserens errorem predictum, videlicet quod imperatori licebat papam deponere, contra nos depositionis de facto presumpsit sententiam promulgare, sicut in dicti Ludovici litteris[2] prefatam continentibus sententiam nos et fratres predicti contineri vidimus et plurium testium fidedignorum in prolatione sententie presentium, quos per nonnullos ex fratribus nostris ad cautelam examinari fecimus, depositiones continent evidenter necnon et tam illorum quam multorum aliorum testium tam Romanorum quam aliorum habet depositio et assertio, quod premissa Rome et in circumvicinis partibus adeo sunt notoria sicut facta publice clero et populo tunc presentibus, quod non possunt tergiversatione aliqua occultari.

cf. nr. 361 cap. 2.

5. Ne igitur vir tam reprobus omni divino humanoque timore privatus de tam presumptuosa et pertinaci insania glorietur et ne presumptoribus ad tam pernitiosam et periculosam heresim pandatur aditus, sed potius precludatur accessus, cum ex predictis appareat ipsum[h] in errorem incidisse predictum sintque predicta adeo notoria tam facti evidentia quam per litteras innumeras de Urbe transmissas nobis et multis ex nostris fratribus et aliis degentibus in curia presentatas et testimonio quasi omnium de[i] Urbe ad curiam[i] venientium hoc asserentium viva voce ac per attestationes testium super hiis ut predictum est receptorum necnon et per patentes ipsius Ludovici litteras[2] eius sigillo munitas, per quas dictam inauditam insaniam ad notitiam omnium fidelium deducere intendebat, prout nos et fratres nostri cum multis erroribus, blasphemiis et insaniis aliis in eisdem litteris plene vidimus contineri, nos in predictis lesionem fidei patrumque sanctorum contemptum et probra necnon et presentium scandala et varia que mora comminatur pericula attendentes, tantis malis et periculis obviare salubriter cupientes, auctoritate Dei omnipotentis et domini nostri Iesu Christi salvatoris nostri, cuius vices in terris licet immeriti gerimus cuique ac universe congregationi fidelium predicta iniuria per dictum Ludovicum hereticum et scismaticum, qui tunicam eius inconsutilem[3] scindere nititur, noscitur irrogata, de fratrum nostrorum consilio et plenitudine potestatis presente hac fidelium multitudine copiosa eundem Ludovicum in predictam incidisse dampnatam heresim declaramus ac ipsum velud hereticum reprobamus et etiam[k] condempnamus, nichilominus declarantes eundem in omnes penas inflictas scismaticis et hereticis et committentibus crimina alia, que per predicta idem Ludovicus commisisse noscitur, per sacros canones et leges catholicorum principum incidisse easque omnes et singulas incurrisse.

**575.** e) hostiis 1; *semper* 3. f) tos — dogm. *in loco raso* 1. g) erat *in loco raso* 1. h) *in loco raso* 1. i) de — curiam *in loco raso* 1. k) *deest* 1.

1) *Cf. Rom. 1, 28.* 2) *Supra nr. 437; cf. nr. 528 et prooemium.* 3) *Ioh. 19, 23.*

6. Et quia in prolatione sententie supradicte, sicut in dicti Ludovici[l] litteris prefatam continentibus sententiam nos et dicti fratres contineri vidimus, et plurium testium fidedignorum in prolatione sententie presentium, quos per nonnullos ex fratribus nostris ad cautelam examinari fecimus, depositiones continent evidenter, quod in eadem expresse predictam heresim, scilicet quod Christo et apostolis in hiis que habuerunt nullum ius competiit, sed tantummodo usus facti, tenet et approbat et constitutionem super hoc editam nititur impugnare, sententiam predictam per nos contra ipsum prolatam propterea approbantes, ipsum nichilominus in dictam incidisse heresim et ut hereticum ex illo etiam capite declaramus.

7. Et licet ipsum Ludovicum bonis omnibus mobilibus et immobilibus, iuribus et iurisdictio- nr. 361 cap. 6. nibus et quibuscunque aliis ubicunque forent et quibuscunque nominibus censerentur et specialiter comitatu palatino Reni et omni iure ratione vel occasione illius vel alias quovis modo ad eundem Ludovicum pertinentibus, habendi vocem in electione regis Romanorum in imperatorem promovendi seu in electione huiusmodi aliquem ad predicta regnum vel imperium eligendi seu quomodolibet nominandi, privatum fore decreverimus et privaverimus, exponendis vel concedendis catholicis, si, prout et quando ac quibus vel de quibus sedes apostolica ordinandum duxerit, iure principalis dominii semper salvo, vasallos quoque ipsius et quascunque alias tam ecclesiasticas quam seculares personas nec- cap. 7. non communitates, universitates ac civitates, castra, terras ac villas, que sibi fidelitatis vel aliis quibuscunque iuramentis tenerentur astricti, prorsus ab illis absolverimus ac quascunque colligationes, confederationes, societates, pactiones et ligas per quoscunque cum eodem contractas vel initas, etiamsi iuramentis, penis vel aliis quibusvis[m] firmitatibus essent innexe, quatenus favorem aut comodum ipsius concernerent, de potestatis plenitudine penitus dissolverimus ac penas adiectas et iuramenta super hiis prestita relaxaverimus, decernentes quasvis personas singulares ac communitates, universitates, castra, villas, terras et oppida nequaquam teneri de cetero ad observantiam earum vel cuiuslibet earundem, universis quoque et singulis* ecclesiarum prelatis et personis ecclesiasticis, secu- cap. 8. laribus et regularibus, cuiuscunque preminentie, dignitatis, ordinis, status vel condicionis existerent, etiamsi patriarchali, pontificali aut maiori seu inferiori dignitate fulgerent, necnon regibus, ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, potestatibus, capitaneis, rectoribus et aliis dominis temporalibus et qui in aliquo premissorum se intitularent titulo, licet ius non haberent in eis*, communitatibus et universitatibus, civitatibus, castris et villis et specialiter Mediolanen(si), Sagonen(si)[n], Cuman(e)[o], Vercellen(si), Pergamen(si), Lauden(si), Cremonen(si), Aretin(e)[p], Novarien(si), Papien(si), Mantuan(e)*, Veronen(si), Lucan(e) et aliis quibuscunque inhibuerimus et expresse mandaverimus, ne predicto Ludovico de heresi ut predicitur condempnato adherere, communicare, participare vel favere quomodocunque directe vel indirecte, publice vel occulte presumerent nec eidem portarent, mitterent, portari vel mitti facerent aut procurarent granum, vinum aut quecumque victualia, pannos, ligna, ferrum, arma[q] seu quevis mercimonia, pecuniam vel quicquid aliud, quod posset in ipsius utilitatem vel commodum redundare, nec societates, confederationes, colligationes, pactiones aut ligas quascunque cum eodem initas vel contractas presertim in eius favorem, utilitatem vel auxilium observarent, alioquin personas quascunque singulares excommunicationis, universitates vero, communitates et collegia, que postquam videlicet processus noster premissa continens ad eorum pervenisset notitiam vel potuisset pervenisse probabiliter aut per eos stetisset quominus pervenisset ad ipsos, in hac parte offendissent quomodolibet, necnon terras et loca quorumcunque circa predicta delinquentium interdicti sententiis et generaliter penis omnibus, quibus fautores et defensores hereticorum et adherentes eisdem subiciuntur a iure vel quibusvis constitutionibus, voluerimus et decrevimus subiacere, insinuando eisdem, nos ad earundem penarum declarationem et executionem contra delinquentes huiusmodi processuros specialiter, si et quando et quotiens videremus expediens, non obstantibus si eis vel eorum aliquibus communiter vel divisim

**575.** l) heretici et scismatici *add.* 1. m) quibuscunque 1. n) Saonen. 1. o) Vinan. 3. p) Aretinen. 3. q) *in loco raso* 1.

a sede foret indultum apostolica, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possent per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem, et quibuslibet privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quibusvis personis locis vel ordinibus sub quacunque forma vel expressione verborum concessis, etiamsi de illis esset specialis et expressa ac de verbo ad verbum in nostris litteris mentio facienda, per que nullum contra premissa* volumus afferri suffragium vel obstaculum interponi, nos omnia et singula supradicta ratificantes et ex certa scientia approbantes nichilominus in presenti privationem, expositionem, concessionem, absolutionem vassallorum, dissolutionem colligationum, relaxationem iuramentorum, decretum, inhibitionem, mandatum penasque ac sententias ac omnia alia supradicta innovamus, promulgamus et facimus, volentes omnes et singulos in contrarium facientes penas incurrere supradictas.

8. Ut autem sententia et processus huiusmodi ad dicti Ludovici et aliorum quorum interest communem notitiam deducantur, cartas sive membranas sententiam et processus continentes eosdem in ecclesie Avinionen(sis) appendi seu affigi ostiis seu superliminaribus faciemus, que ipsos sententiam et processum suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ita quod dictus Ludovicus et alii quos contingere dinoscuntur nullam possint excusationem pretendere, quod ad eos non pervenerint vel[r] quod ignorarint eosdem, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Dat. Avinion(e), XII. Kal. Maii, pontificatus nostri anno tertiodecimo.

---

## 576. CONFESSIO FRATRIS MINORUM SUPER ORATIONE PRO IMPERATORE FACTA.

### 1329. Apr. 26.

*Ex Protocollis notarii Eusebii de Romagnano can(onici) P(ortusnaoensis) in archivo notariorum Utinensi edidit a. 1845. Bianchi 'Documenti per la storia del Friuli' II, 280 nr. 558. Editionem repetimus.*

Die XXVI. Aprilis, Aquilegie in patriarchali palatio, presentibus testibus venerabilibus viris fr(atre) Iohanne abbate monasterii Rosacensis, vicario et fr(atre) Bernardo de Novate monacho monasterii Clarevallensis de Mediolano, constitutus in presentia venerabilis patris domini Pagani Dei gratia sancte sedis Aquilegensis patriarche dominus Iohannes de Padua ordinis Minorum de conventu Utini confessus fuit, quod pridie in
Apr. 21. Parasceve Domini, cum missam conventualem celebraret in ecclesia ipsorum fratrum Minorum de Utino, astantibus ipsorum fratrum conventu et populi multitudine, inter alias orationes illam, que de imperatore Romanorum mentionem facit, dixit clara et alta voce dicendo: 'Oremus et pro christianissimo imperatore etc.' Et cum fratres et populus murmurarent propter Bavarum, qui se facit imperatorem et persequitur ecclesiam Dei et ab ea reprobatus et excommunicatus est ac de heresi condemnatus, attonitus fuit valde et ut asseruit in semet ipso fremuit et recognovit se male dixisse.

MCCCXXIX, indictione XII.

---

**575.** r) *bis scriptum* 1.

# 577—581. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.

## 1329. Apr. 28.—30.

### 577. 578. CONCESSIONES PRO COMITIBUS DE NASSOW ET DIEZ.

1329. Apr. 28.

### 577. *Scriptum pro Emichone de Nassow et Gotfrido de Diez. Apr. 28.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Wisbadensi. Contulimus nos. Pendet sigilli fragmentum filis sericis rubei viridisque coloris. — Ed. Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 496 nr. 726 ex* or. *ut videtur.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 62 nr. 1020.*

*Cf. infra nr. 663.*

Wir Ludewig von Gots gnaden Romischer keiser zu allen ziten merer des reychs tůn chunt allen den die disen brief ansehent oder horent lesen, daz wir angesehen han die genemen und nutzbern dienst, die uns und dem reych die edeln manne Emch graf von Nazzawe und Gotfrit graf von Dietsch untz her getan habn und noch wol getůn mŏgen, und habn den vorgnanten graven und iren erben gefriet purg und stat datz Dietsch. Und sullen die vorgnanten purg und stat und alle ir purger alle die friheit, reht und gewonheit habn und niezen, die Frankenfurt unser und des reychs stat und ir purger untz her gehabt hat und noch hat. Und dar uber zu urkunde geben wir in disen brief versigelten mit unserm keiserlichem insigel.

Der geben wart zu Suntzin, an Fritage vor sand Walpurge tag, do man zalt von Cristes gepurt dreutzehenhundert jar dar nach in dem neundenundzweintzigstem jare, in dem funfzehendem jare unsers reychs und in dem andern unsers keisertumes.

### 578. *Scriptum pro Emichone et Iohanne de Nassow. Apr. 28.*

*Originale in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 372. Descripsimus nos. Sigillum desideratur filis sericis rubei viridisque coloris relictis.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 63 nr. 1021.*

Wir Ludewig von Gots gnaden Romischer keiser zu allen ziten merer des reychs tun chunt allen den die disen brief ansehent oder horent lesen, daz wir angesehen habn die genemen und nutzbern dienste, die uns und dem reych der edel man Emch graf von Nazzawe unser liber getriwer getan hat und noch wol getůn mag, und habn Johansen seim sůne umb den dienst, den er uns und dem reych ein gantzez jar in Welzschen landen tůn sol, gegeben und verschaft und geben und verschaffen im mit disem brieve uf der purge Kamerstein, uf der hofmarkt zu Swobach, uf der hofmarkt zu Altdorf, uf dem gerihte zu dem Heroltsperge daz auch die hofmarkt gnant ist und uf allen den guten die dar zu gehorent zweitusent phunt Haller uber daz gelt, da fur dem vorgnanten Emchen und Annen siner wirtinne unserr lieben můmen und iren erben die vorgnanten gut alleu von chunig Albreht seligen unserm vorvarn an dem reych versetzet sein nach irr brief sage, die der selbe chunig Albreht und wir in dar uber geben habn[1]. Und dar uber ze urkunde geben wir dem vorgnanten Johanse unsern brief versigelten mit unserm keiserlichem insigel.

1) *Litterae regum deperditae sunt. Servantur tantum sex litterae consensus a. 1299.—1303. datae cf. 'Mitteilungen des Vereins für Gesch. der Stadt Nürnberg' XV (1902) p. 58 sq.*

Der geben wart zu Suntzin, an Fritage vor sand Walpurg tag, do man zalt von Cristes gepurt dreutzehenhundert jar dar nach in dem neundenundzweintzigstem jare, in dem funfzehendem jare unsers reyehs und in dem andern unsers keisertumes.

## 579. 580. CONCESSIONES PRO CANE GRANDI.
### 1329. Apr. 29.

### 579. *Scriptum super vicariatu Mantuano.* *Apr. 29.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Mantuano. Contulimus nos. Sigillum desideratur filis sericis flavi coloris relictis. — Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 315 nr. 503 ad apographum Wüstenfeldianum male lectum.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 63 nr. 1023.*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus omnibus fidelibus suis presens privilegium inspecturis graciam suam et noticiam subseriptorum. Quia imperialis predecessorum nostrorum constitutio sanxit et racioni, que a summo rerum Opifice humane nature indita est, consonum esse dinoscitur, ut virtutum premia merentibus tribuantur, dignum esse putavimus, ut hii quorum progenitores ac etiam ipsi progenitorum sequentes vestigia pro fide et zelo sacri imperii indefesso studio sollicite laborantes ipsum imperium ac fideles eius conati sunt defendere, adiuvare et totis nisibus exaltare, personarum[a] pericula, rerum dispendia nullatenus formidantes, ab imperio et hiis qui imperiali culmini president profectibus, honoribus et dignitatum splendoribus illustrentur. Idcirco nos considerantes et premeditantes in cordis archano, quantas Canisgrandis de la Scala[b] et progenitores sui pro sacro imperio, predecessoribus nostris ac nobis labores personales, facultatum erogationes innumeras pertulerunt temporibus retroactis et continue idem Canisgrandis quasi igne vere fidei et devotionis accenssus strenuis operibus prosequatur iusticie et naturalis equitatis ordinem exigere, censuimus prefatum Canemgrandem commodis, profectibus et dignitatibus pre ceteris honorare. Quamobrem prefato Canigrandi vicariatum[c] dignitatem in civitate nostra Mantue ac universo districtu damus, concedimus et in ipsum ac filios cum omni honoris et iurisdictionis plenitudine, mero ac mixto imperio tam per ipsum quam per quemcunque alium sicut voluerit exercendo tenore presencium transferimus et liberaliter condonamus, mandantes cunctis civibus et districtualibus civitatis eiusdem, ut prefato Canigrandi et filiis suis intendere debeant et tanquam nobis in omnibus obedire. Si quis autem contra prefate concessionis nostre privilegium ausus fuerit contraire, imperiali banno subiaceat et penam quinquaginta librarum auri persolvat dimidiam camere nostre et aliam dimidiam prefato Canigrandi, cui ex hoc iniuria vel dampnum fieret, applicandam.

Dat. Soncini, die Sabbati vigesimo nono Aprilis, anno Domini millesimo tercentesimo vicesimo nono, duodecima indictione, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

### 580. *Scriptum super bonis fratrum de Bonacolsis.* *Apr. 29.*

*Originale* (or.) *ibidem. Descripsimus nos. Sigillum desideratur filis sericis item relictis. — Extr. apud Winkelmann l. c. II. 316 nr. 504 item ad apographum Wüstenfeldianum.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 63 nr. 1022.*

**579.** a) *corr. super* pericul. b) Lascala *or.* c) *sic or.*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus omnibus fidelibus suis presens privilegium inspecturis graciam suam et noticiam subscriptorum. Dignum esse credimus, ut hii quorum progenitores ac etiam ipsi progenitorum sequentes vestigia pro fide et zelo sacri imperii indefesso studio sollicite laborantes ipsum imperium ac fideles eius conati sunt defendere, adiuvare et totis nisibus exaltare personarum[a] pericula, rerum dispendia nullatenus formidantes ab imperio et hiis qui imperiali culmini president profectibus[b], honoribus et dignitatum splendoribus illustrentur. Idcirco nos considerantes et premeditantes in cordis archano, quantas Canisgrandis de la Scala[c] et progenitores sui pro sacro imperio, predecessoribus nostris ac nobis labores personales, facultatum errogaciones[d] innumeras pertulerunt temporibus retroactis et continue idem Canisgrandis quasi igne vere fidei et devocionis accensus strenuis operibus prosequatur iusticie et naturalis equitatis[e] ordinem exigere, censuimus prefatum Canemgrandem comodis, profectibus et dignitatibus pre ceteris honorare. Quamobrem omnia bona, possessiones et iura, que quondam Passarinus, Botironus fratres de Bonacolsis de Mantua habebant, tenebant et possidebant seu ad ipsos quocunque modo spectabant, damus, concedimus prefato Canigrandi et heredibus suis. Salva tamen concessione et gracia, quam fecimus Iohanni Ungaro benemerito et fideli nostro de domibus, terris, possessionibus et iuribus, que quondam Passarinus de Bonacolsis de Mantua habebat, tenebat et possidebat in terra et villa Castiioni Mantuani et pertinenciis suis. Derogantes in hoc omnibus sacris legibus, constitucionibus imperialibus predecessorum nostrorum, que huic nostre[f] concessioni et donacioni in aliquo obviarent. Si quis autem prefate concessionis nostre privilegio ausus fuerit contraire, imperiali banno subiaceat et penam quinquaginta librarum auri persolvat dimidiam camere nostre et aliam dimidiam prefato Canigrandi, cui ex hoc iniuria vel dampnum fieret, applicandam.

Dat. Soncini, die Sabbati vigesimo nono Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, duodecima indictione, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

---

581. *Confirmatio privilegii Heinrici VII. pro marchione Malaspinae.* *Apr. 30.*

*Originale in tabulario regio Florentino. Descripsimus nos. Sigillum desideratur, quod filis sericis pendebat. — Ineditum.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 358 nr. 3258 (Addit. III).*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum. Primum et maximum de virtutis et clemencie nostre operibus est, ut gesta predecessorum nostrorum divorum Romanorum imperatorum ac regum pro recolenda eorum laudabili memoria tamquam racione digna per actus nostros clarioribus testimoniis commendemus. Accedens igitur nostre maiestatis presenciam nobilis vir Spineta marchio Malespine quondam Gabrielis noster et imperii fidelis dilectus nobis humiliter sup[p]licavit, quatenus sibi quoddam privilegium ipsi a dive memorie Heinrico imperatore predecessore nostro gratiosius indultum dignaremur benivolencius confirmare ac eciam castra, villas et terras in eo expressas seu expressa de novo concedere et ipsum de eisdem investire. Cuius privilegii tenor per omnia sequitur in hec verba:

'Heinricus divina favente — imperii vero primo.' *supra tom. IV, 2 nr. 892.*

580. a) *corr. super* pericula *eraso or.* b) p̄fectibus *or.* c) Lascala *or.* d) *sic or.* e) ti *in loco raso or.* f) *sequ.* s *erasa or.*

Nos vero attendentes, quod promptitudo et sinceritas multiplicium obsequiorum suorum, quibus semper erga sacrum Romanum imperium notabiliter claruit et nichilominus hodie erga nos pre ceteris lucescere dinoscitur et splendere poterit in futurum, ipsius supplicacionem reddunt penitus racionabilem atque dignam, eorum intuitu et pretextu predicto Spinete marchioni Malespine et suis heredibus de corpore suo legittime descendentibus supradictum privilegium presentibus ex certa nostra sciencia insertum omni modo et forma suis approbamus, ratificamus et de nostro imperiali munificencia confirmamus necnon eciam castra, villas et terras in eo expressas cum aliis omnibus sequentibus et ibidem denominatis, eo modo quo dictus predecessor noster Heinricus sibi ea vel eas donavit de novo ex spetiali gracia donamus, concedimus et ipsos per baculum quem manu gestamus de eisdem presentibus investimus. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis, approbacionis, concessionis, donacionis et investiture infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem nostram et penam quingentarum librarum auri pro dimidia camere nostre et pro reliqua dimidia passo iniuriam solvendarum se noverit incursurum.

Dat. in Sonczino, XXX. die Aprilis, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

---

# 582. 583. IOHANNIS XXII. PAPAE SCRIPTA DIVERSA.

## 1329. Mai. 1.—3.

### 582. *Litterae ad episcopum Argentinensem.* *Mai. 1.*

*Copia* (c.) *in Litteris episcopi Argentinensis infra nr. 586 edendis. Contulimus nos. — Extr. apud Riezler 'Vatikan. Akten' p. 418 nr. 1165 ad Reg. Vatican. tom. 90 fol. 246 nr. 1635.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 222 Päbste nr. 93; Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 230 nr. 637.*

Iohannes episcopus servus servorum Dei dilecto filio Berhtoldo electo Argent(ino) salutem et apostolicam benedictionem.

Significavit nobis dil. fil. Rudolfus de Ohsenstein rector parrochialis ecclesie ville in Hagenoya Argent(in). dyoc., quod post processus nostros dudum contra Ludowicum olim ducem Bawarie, Dei et ecclesie publicum inimicum discorditer in Roman(orum) regem ut dicebatur electum [et] adherentes eidem rationabiliter habitos, nonnullas spirituales et temporales penas et sententias continentes in illis partibus publicatos singulares persone clerici et laici et universitas dicte ville faverunt et adheserunt Ludowico prefato, propter que singulares persone excommunicacionis et universitas prelibate interdicti sententias atque penas per dictos processus in fautores et adherentes huiusmodi promulgatas incurrisse noscuntur. Quare prefatus rector nobis humiliter supplicavit, ut cum singulares persone et universitas supradicte ab huiusmodi dicti Ludowici fautoria et adhesione omnino cessarint, easdem singulares personas ab excommunicacione et penis prefatis absolvi dictumque interdictum relaxari per discretum aliquem mandaremus. Nos igitur eiusdem rectoris supplicacionibus inclinati discrecioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatinus singulares personas ab excommunicacionis, universitatem dicte ville prefatas ab omnibus sententiis atque penis contentis

in processibus supradictis iuxta ecclesie formam absolvere dictumque interdictum relaxare, si universitas et homines prefati id humiliter petierint, auctoritate nostra procures, iniungens eis super premissis penitentiam salutarem et alia que de iure videris iniungenda. Volumus autem quod singulares persone et universitas dicte ville post huiusmodi absolucionem et relaxacionem similium fautorie et adhesionis macula se fedaverint, in easdem sententias atque penas recidant ipso facto.

Datum Avinion(e), Kal. Maii, pontificatus nostri anno terciodecimo.

### 583. *Legitimatio vacante imperio facta.* *Mai. 3.*

*Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 91 fol. 245 nr. 2703. Contulimus nos. — Ed. Fayen 'Lettres de Jean XXII' II, 292 nr. 2441 ex* c. *et Reg. Avinion. tom. 34 fol. 73'.*

*Reg. Löher l. c. p. 230 nr. 638; Preger-Reinkens p. 274 nr. 478.*

Venerabili fratri . . episcopo Leodiensi salutem.

Dil. fil. Symon natus dil. fil. Iohannis dicti de Mirabello, alias de Halen laici miles tue dioc. nobis fecit exponi, quod idem Iohannes, qui eum tunc solutus de soluta suscepit, eidem Symoni bona sua donatione que dicitur inter vivos universa donavit. Quare pro parte eiusdem Symonis nobis fuit humiliter supplicatum, ut cum dictus Iohannes pater ipsius nullam prolem nec propinquos legitimos per rectam ascendentem vel descendentem lineam habeat, eum legitimare et plene legitimitatis titulo decorare et ad successionem predictorum et aliorum quorumcunque bonorum patris eiusdem ex testamento vel ab intestato necnon ad honores quoslibet civiles et seculares ut legitimus admittatur defectu non obstante predicto, secum dispensare misericorditer auctoritate apostolica dignaremur. Nos itaque attendentes, quod dictus pater eiusdem Symonis et idem Symon sunt de terra Romani inperii oriundi et quod hereditas et bona dicti patris consistunt in imperio memorato et quod dicto imperio vacante, sicut nunc vacare dinoscitur, ad Romanum pontificem iurisdictio, regimen et dispositio ipsius vacantis imperii pertinent, ac volentes eundem Symonem ob devotionem sinceram, quam ad nos et apostolicam sedem gerit, in hac parte prosequi gratiose, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus si premissis veritas suffragetur, cum eodem Symone, quod predicto non obstante defectu in bonis predictis tanquam heres legitimus succedere valeat et ad actus et honores civiles et seculares tanquam legitimus admittatur, auctoritate nostra studeas dispensare, ita tamen quod si dictus Iohannes pater ipsius Symonis de uxore legitimam prolem habuerit, idem Symon non adequetur eidem, sed congruam de bonis dicti patris possit ab ipso recipere portionem.

Dat. Avinion(e), V. Non. Maii, anno tertiodecimo.

---

## 584. 585. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.

### 1329. Mai. 19.—26.

### 584. *Concessio feudi.* *Mai. 19.*

*Originale in tabulario regio Taurinensi nobis quamvis quaerentibus inveniri non poterat. Deperditum esse videtur. — Ed. Lünig 'Codex diplom. Italiae' II (1726) p. 505 sq. Editionem* (ed.) *repetimus hic illic correctam.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 63 nr. 1024.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus discreto viro Antonio de Scarampis suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

Cum iustis subditorum nostrorum et imperii fidelium votis imperialem celsitudinem deceat favorabiliter annuere et ea quae a rationis semita non discordant effectualiter adimplere, tuis igitur supplicationibus devotis gratiosius intendere volentes, tibi et heredibus tuis castra, villas seu loca viginti Montisalti et Montisbersarii per te acquisita et empta, ut plenius in instrumentis tuis desuper confectis[1] dicitur contineri[a], et que nunc tenes et possides cum hominibus, fidelitatibus, poderiis ac omnibus et singulis dictorum castrorum, villarum et locorum pertinentiis et cum mero et mixto imperio et plena iurisdictione in nobile et gentile feudum concedimus et de plenitudine nostre potestatis ex certa scientia conferimus per presentes, recepto a te prius fidelitatis debite iuramento, teque et heredes tuos de hiis omnibus et singulis tanquam de iusto feudo imperiali auctoritate investimus, tenendo et possidendo perpetuo per te et heredes tuos omni modo et forma ut premittitur absque cuiuslibet persone contradictione, iure nostro et imperii semper salvo. Cassantes et irritantes exnunc prout extunc omnia et singula iura, que commune et intrinseci civitatis Astensis rebelles nostri et imperii in predictis castris, villis, locis et pertinentiis suis vel aliquo predictorum se habere asserunt quoquo modo. Nulli ergo hominum liceat hanc [nostre][b] concessionis et infeudationis gratiam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, gravem indignationem nostram et penam quinquaginta librarum auri, quarum medietas fisco nostro, alia vero medietas ipsi passo [iniuriam][b] applicetur, se noverit incursurum. In quorum testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Datum ante [Mediolanum][b] in campis, decimo nono die Maii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

## 584a. *Scriptum pro Gotfrido de Eppstein.* *Mai. 23.*

*Originale* (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 373. Descripsit H. Herre. Pendet sigillum valde laesum filis sericis flavi rubeique coloris.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 63 nr. 1025.*

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer cheiser ze allen zeiten merer des riches tůn chůnt allen den die disen brief ansehent oder hôrent lesen, daz wir angesehen haben die getriwen, genæmen und nůtzbere dienst, die uns und dem riche der edel man Gôtfrit von Eppenstein unser liber getriwer getan hat und die er uns noch getůn mach, und haben im und seinen erben ze lehen verlihen ewiclich fůmfundzweintzich malder rocken in dem hofe genant zem Rode, die uns und dem riche ledich worden sein von wilent dem vesten ritter Johans genant Rode von Môrlin. Daruber ze urchund geben wir disen brief mit unserm cheiserlichem insigel versigelten.

Der geben ist auf dem velde vor Meylan, an dem Dinstag nach dem Suntag Cantate, do man zalt von Christes gebůrt dreitzehenhundert jar darnach in dem neunundzweintzigistem jare, in dem fumftzehendem jare unsers riches und dem andern des cheisertůms.

584. a) diceris continere *ed.* b) *excidit ed.*

1) *Quae servata non sunt.*

### 585. *Scriptum iteratum pro Conrado de Trimberg.* *Mai. 26.*

*Cf. supra nr. 508.*

*Originale in tabulario Wernigerodano. Descripsimus nos. Pendet sigillum laesum filis sericis viridis coloris. Dorso inscriptum est:* $\mathrm{R}^{ta}$. — *Ed. Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 2 p. 313 nr. 335 ex cop.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 63 nr. 1026.*

Wir Ludowich von Gotes genaden Rômischer cheiser ze allen zeiten merer des reiches tûn chunt allen den die disen brief ansehent oder hôrent lesen, daz wir dûrch die getriwen und genæmen dienst, die uns und dem reiche der edel man Chûnrat von Trimperck unser lieber getriwer gein Rome zû unserer obersten crônung und in Tuschan und Lamparten getriwlich und vestichlich getan hat und noch ze Deutschen landen getûn mach, und dûrch die stæt triwe die er zû uns hat haben im und seinen erben verlihen ze rehtem lehen von unserm cheiserlichem gewalt und milt daz gereut von der bûrch Budingen untz in Bûdingerwalt, daz uns und daz reiche an gehôrt, zû fûnf pflûgen und daz gereut von dem dorfe Wæchterspach untz in den vorgenanten walt auch zû fûnf pflûgen, wo und an welhem ende er die vorgenanten pfluchwûrte nemen welle an einem stûch oder me, wan die rôder alleu an unser und des reiches urlaup geschehen sind. Und wellen und gebieten dem lantvogt in der Wedrebey der ietz̄ ist oder dann wirt und andern allen swie si genant seint, daz si in und sein erben an dem vorgenanten unserm lehen nicht hindern noch irren, als lieb in unser huld sei. Dar ûber ze urchûnd geben wir in disen brief mit unserm insigel versigelten.

Der geben ist auf dem velde vor Meylan, an dem Vreytage vor dem Auffertag, do man zalt von Cristes gebûrt dreutzehenhundert jar dar nach in neunundzwaintzigisten jare, in dem fûnftzehendem jare unsers reiches und in dem andern des cheisertûms.

---

### 586. EPISCOPI ARGENTINENSIS LITTERAE SUPER ABSOLUTIONE CIVITATIS HAGENOWENSIS.
### 1329. Mai. 30.

*Originale* (or.) *in bibliotheca Heidelbergensi. Contulimus nos. Sigillum deest.* — *Ed. Wattenbach 'Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins' XXIV, 191 sqq. ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 240 Reichssachen nr. 64.*

Berhtoldus Dei et apostolice sedis gracia electus confirmatus ecclesie Argent(inensis), commissarius quoad subscripta a sede apostolica specialiter deputatus discreto viro . . plebano seu . . viceplebano Sancti Georgii in Hagenoya salutem in domino Iesu Christo.

Receptis nuper per nos litteris apostolicis sub vera bulla ex parte dilecti nobis in Christo Rudolfi de Ohsenstein rectoris ecclesie Sancti Georgii predicte presentatis, quarum tenor sequitur in hec verba:

'Iohannes episcopus servus — nostri anno terciodecimo.' *supra nr. 582.*

ac comparentibus coram nobis Argentine in palacio nostro episcopali sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, feria secunda ante ascensionem Domini, **Mai. 29.**
prudentibus viris et discretis Frischemanno dicto Ortlieb, Walthero dicto Zarte, Trutmanno dicto Erlewin et Iacobo dicto Bogener iuratis et scabinis de consilio dicti opidi,

procuratoribus et nunciis specialibus clericorum, religiosorum et secularium, consulum, laycorum ac universarum singularium personarum ipsius opidi, habentibus sub sigillo dicti opidi mandatum sufficiens et speciale quoad petendum absolucionem a sententiis et penis in eos per dominum nostrum summum pontificem latis et ad faciendum omnia ea que in predicto rescripto apostolico continentur et ad se obligandum suo et constituentium nomine ad ea que eis per nos iniuncta fuerint adimplenda, eisdemque procuratoribus suo et quo supra nomine absolutionem et relaxationem a sententiis et penis supradictis humiliter petentibus et devote, nos habito iurisperitorum et religiosorum consilio de motu et intentione . . opidanorum dicti opidi maiorum et minorum sollicite inquirentes, quia ipsos de commissis per eos, adhesione videlicet Ludowici predicti vere invenimus penitentes, ab eisdem quatuor procuratoribus suo et aliorum nomine cautionem recepimus, quod a favore et adhesione predicti Ludowici destiterunt et desistent, ad eosdem nullo umquam tempore reversuri. Et quod in signum vere penitencie Iun. 2. in crastino Ascensionis dominice universus clerus secularis et religiosus ac populus utriusque sexus dicti opidi cum cruce et reliquiis idem opidum cum devotionis humilitate et orationibus circuibunt et postea in ecclesia parrochiali convenient missam de Iun. 9. beata Virgine celebraturi et humiliter audituri. Et quod postea infra octavam certo die, quem tunc publice nunciabunt, omnibus pauperibus accipere volentibus largas suas elemosinas quod vulgo eine spende dicitur largientur suumque publice recognoscent errorem. Quo facto et per dictos quatuor quo supra nomine promisso, nos eosdem quatuor ac universos . . clerum, . . populum et . . singulares personas ab universis suspensionum, excommunicationum et interdictorum et aliarum quarumcumque penarum sententiis in eos dicte adhesionis ratione prolatis in nomine Domini absolvimus in hiis scriptis, interdictis et universis aggravationibus, si secute sunt, relaxatis. Quocirca discretioni vestre tenore presentium committimus et mandamus, quatinus statim visis presentibus in Iun. 2. dicto opido convocetis . . clerum et . . populum universum, ut dicto die scilicet crastino Ascensionis mane in humilitate cordis omnia que prescripta sunt peracturi eisque gratiam et absolutionem a domino nostro . . summo pontifice et nobis factam per . . religiosum aliquem expertum, scientem eos ad obedientiam sancte Romane ecclesie faciendam inducere, exponi publice faciatis ac ante inchoationem misse ipsos ut premittitur absolutos et interdicta relaxata publice nuncietis. Intimantes omnibus vestris . . subditis hanc absolutionem nostram ad eos, qui in dicta adhesione perstiterint, non extendi eosque, qui in eam relaberentur quod absit in posterum, reincidere ipso facto in priores sententias atque penas.

Datum Argentine, feria tercia ante Ascensionem, anno[a] Domini millesimo CCC vicesimo nono.

---

## 587. CAPITULA PACTORUM INTER IMPERATOREM ET AZONEM VICECOMITEM HABITORUM.

### (1329. inter Mai. 19. — Iun. 14.)

*Servantur nonnisi in Declarationibus imperatoris a. 1329. Sept. 23 datis infra nr. 648 edendis, ubi vide.*

*De tempore cf. infra.*

1. Primo quod nos debemus et debebimus omnia privilegia, iura, libertates et gratias factas quibuscunque vicariis, capitaneis, officialibus, universitatibus, comunitatibus

586. a) *supra lineam add. or.*

seu singularibus personis, qui vel que in hoc presenti facto ei Azoni fautores[c] extiterant, renovare in eo tenore sicut prius concessa sunt, revocando omnes processus, sententias et pronuntiationes, si qui vel si que facti sive facte sunt contra premissos, et exnunc ex certa scientia de nostre plenitudine potestatis decernentes eos vel eas penitus irritos et irritas atque cassos et cassas.

2. Secundo[d] quod post recessum nostrum, quem fecimus a civitate et comitatu Mediolani, venire non debebimus nec gentes armatas mittere in ipsum comitatum, nisi de voluntate et beneplacito dicti Azonis id procedat.

3. Item quod contra civitatem Bergami aut singulares personas ipsius per nos aut submissam personam non faciemus nec permittemus fieri aliquam novitatem pro aliquibus hinc retro occursis. Et quod dictam civitatem Bergami ac regentes eam nunc permittemus in eo statu, in quo erat ante ipsas novitates, ipsis exsistentibus inantea fidelibus sacri imperii et nobis obedientibus humiliter et devote.

4. Item quod debebimus confirmare et de novo concedere Rebaldono et Calzino de Torniellis omnia privilegia hinc retro per nos eis concessa, hoc addito quod in civitate et episcopatu Novarie non debebimus facere aliquam novitatem pro aliquibus hinc retro occursis, ipsis remanentibus fidelibus imperii et nobis, sicut ante istas novitates erant.

5. Ipse autem Azo dare teneatur nobis duodecim milia florenos et amplius quolibet mense. Quam diu autem ad partes[e] Alamanie non erimus, dare teneatur florenos mille auri, in quibuscunque aliis partibus erimus preterquam in partibus Alamanie. Quos duodecim milia florenos dicimus et profitemur habuisse ab eo et ultra pro illis mille florenis solvendis quolibet mense quinque milia octingentos florenos auri computandos in dicta promissione nobis facta omni mense.

6. Item quando a nobis fuerit requisitus nobis existentibus extra Alamaniam, tenetur et debet nobis in subsidium mittere ducentos armatos Theutonicos equites suis expensis et communis Mediolani. Qui stipendiarii mandatis nostris stare debebunt et nobis sub expensis predictorum in omnibus obedire.

7. Item debet et debebit ipse Azo habere omnes et quoscunque Theutonicos et Italicos sibi[f] amicos et colere et prosequi bono zelo, qui contra eum fuerunt et nobis astabunt. Item debent et debebunt gaudere bonis, possessionibus et privilegiis suis, prout hactenus consueverunt, quibus per predicta[g] non exstitit derogatum.

8. Item debet et tenetur contra quamcunque personam nobis rebellare volentem et rebellantem cum toto suo posse fideliter in omnibus adiuvare.

9. Item quod contra illos, qui contra Azonem de Vicecomitibus et patrem suum quondam fuerunt, nullam faciet ultionem[h] nec eis aliqualiter adversabitur nec impedimentum aliquod inferet vel gravamen pro iniuriis seu molestationibus sibi et patri suo factis et illatis.

10. Dat insuper nobis litteras sigillatas sigillo suo, quod predicta omnia attendet, rata habebit fideliter et devote. Nos vero illud idem facimus ipsi Azoni fideli nostro dilecto.

---

**587.** c) auctores *ed.* d) secundum *ed.* e) partem *ed.* f) nobis *ed.* g) predictam *ed.* h) mentionem *ed.*

## 588. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD REGEM FRANCIAE. 1329. Iun. 3.

*Copia (c.) in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115[1] p. 121' nr. 720. Descripsimus nos. — In forma integra ineditum.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 223 Päbste nr. 94.*

*Cf. pontificis litteras reginae Franciae destinatas dato carentes, quas integras edidit Eubel 'Bullarium Franciscanum' V, 384 nr. 788 ad a. 1329. Mai. 5, quarum extractum praebet Riezler 'Vatikan. Akten' p. 418 nr. 1166. Quibus fere eadem ad nostras res facientia referuntur ac his litteris regi destinatis.*

Eidem [1].

1. Litteras regias fervorem magne devotionis et fidei, quibus erga Deum et ecclesiam sanctam suam fidemque protegendam et dilatandam catholicam prefulgere regalis serenitas noscitur, recensentes delectabiliter et responsionem perversis detractatoribus ledere sinceritatem regiam circa premissa molientibus factam, sicut catholicum et orthodoxum decebat principem, describentes recepimus leta manu et premissa etiam nonnullorum gratis Deo et nobis relatibus audivimus exultanter, inde regiam providenciam cum gratiarum actionibus uberibus laudis et commendationis preconiis in Domino plurimum attollentes eamque rogantes attentius et hortantes, quatinus in huiusmodi salutari proposito, ut mereatur semper uberius divinam et apostolice sedis benedictionem et gratiam, stabiliter perseveret.

2. Ut autem ea, que ad Dei honorem et eiusdem exaltationem fidei est in partibus Italie Salvatoris nostri clemencia hiis diebus preteritis operata et operatur continue, sublimitas regia non ignoret, ad eius noticiam pro animi consolatione ac [gaudio][a] regii deducimus que secuntur. Inprimis siquidem inter partem gentis Bavari ac Lucan(am) et Pistorien(sem) civitates ex una parte ipsumque Bavarum ex altera vertiginis immisit Dominus spiritum[2], ita quod gens illa Bavari una cum parte civium civitatum predictarum contra eundem Bavarum rebellarunt et capto illo[3], quem ipse pro rectore dimiserat in civitate Lucana, civitatem occupaverunt eandem et contra ipsum Bavarum detinent occupatam. Cives autem Pistorien(ses) eiecta gente dicti Bavari per se regunt civitatem predictam. Mediolanum insuper fere cum omnibus civitatibus aliis Lombardie, que consueverant [obedire][a] dicto Bavaro, contra eum etiam rebellarunt, sic quod in campis eum oportet persistere, civitatibus eum recipere sibique renuentibus obedire. Iamque ut habet fidedigna multorum relatio, usque ad burgos Mediolani perveniens obsidionem ibidem posuit, civibus Mediolanensibus cum suo efforcio civitatem potenter defendentibus et se viriliter opponentibus contra eum.

3. Synagogam quoque malignancium et operancium detestabilia et iniqua, Petri videlicet de Corvaria et ministrorum ipsius etiam Dominus dissipavit. Precepto quidem eidem Petro et suis sequacibus per Pisan(os), quod civitatem illam exirent, furtive festinarunt recedere quasi nullo eorum alio expectato. Quo autem dictus P(etrus) ierit, comuniter ignoratur. Populus autem Romanus hiis diebus proxime preteritis in manu . . legati nostri Tuscie in Urbe presentis publice populo congregato per suos syndicos necnon et nobiles, qui tunc in eadem Urbe aderunt, per se ipsos iuramentum fidelitatis, reverencie et obediencie, precipue contra Petrum et Bavarum predictos

588. a) *excidisse videtur c.*

1) *Scilicet regi Franciae.* 2) *Cf. Isai. 19, 14.* 3) *Andreas de Claravilla.*

eorumque sequaces corporaliter prestiterunt, recognoscentes se circa ea, que fecerant erga eosdem Petrum et Bavarum, errasse graviter, ea quathenus de facto processerant, quantum ad ipsos pertinere poterat, nichilominus revocando. Vir autem ille scismaticus et hereticus Michael de Cesena una cum Bona-, ymo verius Malagratia suo complice de Pisis exiverunt cum Bavaro et cum eo pervenerunt usque Cremonam et creditur quod se ab eo non debent separare.

Dat. III. Non. Iunii, anno tertiodecimo.

---

## 589. LUDEWICI MANDATUM SUPER STURIS IUDAEORUM.
## 1329. Iun. 14.

*Copia in transsumto* (tr.) *a. 1330. Ian. 29 confecto tabularii civitatis Spirensis, cuius sigillum desideratur loris membranaceis relictis*[1]. *Contulimus nos. — Ed. Hilgard 'Urkunden zur Geschichte der Stadt Speyer' p. 311 nr. 385 ex* tr.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 358 nr. 3259 (Addit. III).*

Ludewicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus ad universorum noticiam volumus pervenire et publice profitemur, quod nos honorabili viro Hermanno de Liehtenberg cancellario nostro dilecto dedimus et damus per presentes liberam auctoritatem ac plenariam potestatem a Iudeis camere nostre servis universis per Romanum imperium constitutis sturas et exactiones preteritas non solutas ac futuras nostro nomine petendi et exigendi ac eosdem a dictis sturis et exactionibus litteris suis quitandi et absolvendi, pacta, convenciones cum dictis Iudeis de novo faciendi ac alias per nos factas confirmandi et renovandi, prout sibi melius videbitur expedire. Et quidquid per eundem cancellarium nostrum factum fuerit in premissis, ratificamus et presentibus affirmamus. Quocirca mandamus omnibus sub Romano imperio constitutis, super quorum iurisdictionibus aut districtibus predicti Iudei conmorantur, ac ipsis Iudeis precipimus, quatinus prenominato cancellario nostro in predictis obediant et intendant nec eum in huiusmodi execucione impediant, sicut indignacionem nostram voluerint evitare. In quorum evidenciam et roboris firmitatem sibi presentes litteras nostre maiestatis sigillo dedimus conmunitas.

Datum in castris apud Mediolanum, die XIIII. mensis Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, regni nostri anno XV, imperii vero secundo.

---

## 590. EIUSDEM PRIVILEGIUM PRO COMMUNI VIGEVANI.
## 1329. Iun. 16.

*Originale in tabulario civitatis Vigevanensis. Contulimus nos. Sigillum, quod filis sericis pendebat, desideratur, foraminibus relictis. — Ed. Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 496 nr. 727 ex libro impr.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 319 nr. 2967 (Addit. II).*

1) *Verba transsumti haec sunt:* Nos . . iudices curie Spirensis tenore presencium recognoscimus et publice profitemur nos litteram subscriptam vero serenissimi domini Ludewici Dei gracia Romanorum imperatoris et semper augusti sigillo sigillatam, non abolitam, non cancellatam nec in aliqua sui parte viciatam vidisse et eam de verbo ad verbum perlegisse in hec verba:
'Ludewicus Dei gracia — imperii vero secundo.' *supra nr. 589.*
In cuius visionis et perlectionis testimonium sigillum curie nostre presentibus duximus appendendum. Datum anno Domini millesimo CCCXXX, feria secunda proxima ante purificacionem beate Marie virginis gloriose.

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus. Ad perpetuam rei memoriam.

Etsi cunctis imperatorie claritatis celsitudo gratiis profluentibus, beneficiis quoque copiosis esse debeat ex largiflue sue pietatis debito gratiosa, illos tamen convenit amplioribus munificentiis ac gratis favoribus circumplecti, qui cunctis temporibus res et personas periculis innumeris exponentes cum sacri imperii fidelibus pondus diei et estus[1] subire minime trepidarunt. Venientes itaque ad nos prudentes viri consules, conmune et homines loci de Veglevano fideles nostri dilecti, qui diebus suis summe dilectionis fervore, magnalitate operum erga nos ac sacrum Romanum imperium multipliciter claruerunt, supplicantes humiliter et devote, quatenus ex imperatorie celsitudinis consueta clemencia ipsis omnia privilegia, emunitates, libertates, exempciones, honores et concessiones quascumque factas, datas seu concessas ipsorum predecessorum nostrorum sub quacumque forma, concessione seu expressione verborum per divos predecessores nostros imperatores Romanos confirmare, ratificare, approbare ac etiam de novo concedere dignaremur. Quorum privilegiorum omnium tenor sequitur in hec verba:

'In nomine sancte — nostri anno tertio'[2].

Nos itaque considerantes ignite devocionis zelum, quo dictum commune et nostre camere homines peculiares dicti loci de Veg[l]evano intepidi erga nos ac sacrum Romanum imperium multis iam retro temporibus viguerunt, ipsorum desideriis et affectatis peticionibus ostium augustalis clementie non reserantes, omnia privilegia, emunitates, libertates, beneficia, gratias, honores et concessiones datas seu concessas per divos principes imperatores Romanos predecessores nostros communi et hominibus antedictis, que in suprascriptis privilegiis continentur, gratas et ratas habentes presentis rescripti patrocinio roboramus, confirmamus, approbamus, ratificamus ac etiam de novo concedimus et innovamus. Insuper in favorem dicti communis et hominum omnes potestarias, vicariatus factos per quoscumque super conmune et homines predictos personis quibuscumque et specialiter per nobilem virum Berhtoldum comitem[a] de Nyffen olim in partibus Ytalie nostrum vicarium factos Calcino de Turniellis ac Lukino Vicecomiti preterquam factos per nos, represalias quoque concessas contra ipsum commune et homines communibus et hominibus Mediolani, Papie, Verzellarum et aliarum civitatum quarumcumque et conmunitatum tenore presentium penitus revocantes nullius obtinere volumus roboris firmitatem, que omnia et singula annullamus, cassamus et irritamus, cassa et irrita esse volumus ipso facto. Ad hec exuberantia pietatis omnes glarias, que hucusque accreverunt vel accrescent inposterum super flumen Tycini siti in territorio loci seu burgi predicti, si nulli alii de iure pertineant, conmuni et hominibus supradictis ipsorumque successoribus cum omnibus emolumentis et commodis perpetuo in[b] feudum concedimus et donamus, inhibentes sub obtentu favoris et gratie nostre, ne quis eos, cuiuscumque status existat, super dictis glariis aliquo modo molestet, inpediat vel perturbet. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc ratiffications, approbacionis, confirmacionis ac etiam nove[c] concessionis paginam infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem contravenire presumpserit, preter indignationem nostram penam centum marcarum auri puri, quarum medietatem fisco id est nostre imperiali camere, reliquam vero iniuriam passis applicari volumus, ipso facto se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Papie, sextodecimo mensis Iulii, sub anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indiccione duodecima, regni nostri quintodecimo, imperii vero secundo.

---

**590.** a) conmitem *or.* b) *in linea post add. or.* c) noves *or.*

1) *Cf. Matth. 20, 12.* 2) *Inserta sunt privilegia Heinrici IV. a. 1064 (Stumpf nr. 2653); Friderici II. a. 1220. (Reg. imp. V nr. 1133. 1195); Heinrici VII. a. 1311. (Reg. Heinr. nr. 583).*

## 591. VICARII GENERALIS ET CIVITATIS PISANAE LITTERAE AD COMMUNE SARZANAE.

### 1329. Iun. 16.

*Copia* (c.) *in Protocollis Thomasini Bonacursi, de quibus v. supra ad nr. 526 et 527, fol. 85'. Descripsimus nos. — Ineditum.*

Terlatus de Petramala de Aricio civitatis Pis(ane) eiusque comitatus et districtus pro imperatoria maiestate vicarius generalis et . . anciani Pisani populi providis viris . . ancianis, consilio et comuni Serçane salutem sinceram.

Mandamus vobis pena nostri vicarii tollenda arbitrio, quatinus illas libr. mille denariorum, in quibus Meucio Casonis, Ceccho Vannis et Vanni Ciucii Pisanis civibus[a] latoribus presentium debite tenemini per promissionem eis factam per comune Serçane, eis seu alteri eorum solvere debeatis omni exceptione remota, non eas computantes in summa pecunie, quam comuni Pisano confer[r]e debetis de gratia pro redentione civitatis Luc(ane).

Dat. Pis(is), XVI. Kal. Iul., XII. ind.

---

## 592. ANONYMI RELATIO SUPER PUBLICATIONE PROCESSUUM PONTIFICIS PARISIIS HABITA.

### (1329. post. Iun. 18.)

*Originale* (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD Ap. 79. Sigilli dorso impressi vestigia adsunt. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 446 nr. 298 ex* or. *Editionem repetimus.*

*Cf. notam apud Finke l. c. additam, itemque documentum a K. H. Schäfer in periodico 'Römische Quartalschrift' XX (1906) p. 88 sqq. publicatum (= Riezler 'Vatikan. Akten' p. 421 nr. 1178).*

Modus in publicacione processuum domini pape et execucionis facte super aliis processibus contra ipsum per hereticos factis et appensis in ianuis ecclesie Parisiensis et aliorum circa hoc factorum.

1. Primo siquidem quod die Dominica post festum Pentecostes convocatis omnibus ordinibus dicti loci Parisiensis, ut ante ecclesiam Parisiensem essent processionaliter, et convocata universitate et convocatis etiam omnibus aliis curatis et subditis domini episcopi et capituli, ut in dicto loco processionaliter interessent, convocatisque etiam omnibus prelatis existentibus Parisius ac etiam omnibus magistris in sacra pagina et doctoribus decretorum specialiter convocatis, dicta die multum mane ante ortum solis dictus dominus episcopus in pontificalibus existendo in presentia sex[a] episcoporum una cum ipso ibi existentium, videlicet . . Mimatensis, . . Carcassonensis, . . Belvacensis, . . Cabilonensis, . . Masticonensis et in presentia dominorum abbatum Iun. 18.

591. a) *sequ. delet.* districtus *c.*

592. a) *ita or.*

1) *Sunt creditores Ludewici imperatoris, quibus civitas Pisana summam mutuavit a communi Sarzanae rehabendam.*

. . Cluniacensis et . . Sancte Genevefe et in presentia omnium predictorum prelatorum, ordinum, magistrorum in theologia, doctorum in decretis et tocius ecclesie Parisiensis capituli et tanti alterius populi, quod vix poterant recipi in ecclesia et platea alia magna que est ante portas ipsius ecclesie et in aliis careriis circumquaque, in loco eminenti et bene ornato dictus dominus episcopus predicavit et thema suum fuit: 'Benedicat nos Deus Deus noster'[1], ipsum thema primo ad sanctam Trinitatem, postmodum ad personam domini pape convertendo. Et cum dixisset in substantia vulgariter, quod in quibusdam processibus continebatur, postmodum dicti processus fuerunt lecti multum solenniter et per notarios publicati. Postmodum vero, ut omnis error positus in cordibus multorum cessaret et exiret de mente ipsorum contra quosdam, qui suspecti habebantur de contentis in dictis processibus, deliberacione habita cum quibusdam, qui sunt vere zelatores fidei et qui diligunt honorem ecclesie, specialiter cum . . generali ministro Minorum fuit ordinatum, quod unus de fratribus sui ordinis, qui esset minister et magister in sacra pagina, post predictam publicacionem predicaret et post sermonem suum diceret verba que sequuntur. Et sic factum fuit et accepit thema suum: 'Fidelia omnia mandata eius etc.'[2] et post sermonem suum in presentia dicti generalis et omnium aliorum qui representant totum ordinem dixit, quod ipse nomine ipsius generalis et tocius ordinis approbabat omnes processus contra illos duos pessimos Marsilium et Iohannem et contra illum Bavarum et contra illum Petrum de Corvaria et illum Michaelem[3] et contra quoscunque alios tanquam veros, fideles et legitimos, rite et legitime factos et omnia alia mandata et ordinationes et reprobabat omnes processus factos per istos Bavarum et Michaelem et alios et omnia mandata et ordinationes eorum.

2. Istis actis fuit processum ad executionem faciendam super illis processibus hereticorum factis contra dominum papam et appositis in ianuis ecclesie Parisiensis. Et cum predictus dominus episcopus et postmodum inquisitor ostendissent generaliter et in substantia errores expressos in dictis processibus hereticalibus in presentia dictorum prelatorum et in presentia omnium magistrorum in theologia et doctorum in decretis et multorum aliorum virorum magnorum et tocius alterius populi pronunciaverunt, omnia contenta in dictis processibus, et quia facta fuerant ab hereticis et quia de se erant hereticalia, fore et esse hereticalia et contra fidem catholicam facta. Propter quod dictos processus tanquam continentes hereses et infidelitates et quia expresse erant contra fidem, condempnarunt eos esse comburendos, ne predicti errores in auribus fidelium inculcarentur. Et sic lata dicta sentencia dicti processus fuerunt positi in quadam magna patella, ubi erat magnus ignis carbonum, et in combustione fuit magnus ignis et ut apparebat totus populus et omnes reliqui, qui erant ibi in combustione processuum, fuerunt multum delectati. Unde nunquam Parisius nec alibi fuit maior solennitas adhibita in aliquibus processibus publicandis nec in aliis actibus ecclesie.

3. Certi[b] eciam deputati sunt commissarii ad inquirendum, qui fuerunt dictorum processuum hereticalium affixores.

---

**592.** b) *abhinc alia manus or.*

1) *Ps. 66, 7.* 2) *Ps. 110, 8.* 3) *Scil. de Caesena.*

# 593—618. LUDEWICI PRIVILEGIA DIVERSIS CONCESSA ET SCRIPTA VARIA.

## 1329. Iun. 20.—28.

## 593—601. SCRIPTA ET PRIVILEGIA PRO CIVITATE FRANKENFURTENSI. 1329. Iun. 20.—27.

### 593. *Facultas bona imperii revindicandi.* *Iun. 20.*

*Originale* (or.) *in tabulario Moenofrancofurtano. Inspeximus nos. Sigillum illaesum pendet filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Böhmer-Lau 'Codex diplomaticus' II, 260 nr. 350 ex* or.; *Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 2 p. 315 nr. 337 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 63 nr. 1030.*

Wir Ludowich von Gots gnaden Rŏmischer cheiser ze allen zeiten merer dez reichs tŭn chŭnt allen den die disen brief ansehent oder horent lesen, daz wir durch besunder trewe und getrawnŭsse, die wir zŭ der stat und auch den purgern ze Frankenfurt unsern lieben getriwen haben, geben wir in vollen gewalt und maht und heizzen si auch mit disem brief in unserm und dez reichs namen, alle die gŭte und gŭlte, die ze Frankenfŭrt oder dobei ligent swie die genant sein, die von uns oder unsern vorvarn an dem reiche verchumbert, versetzet oder auf einen widerchauf verchauffet sint, ez sein zolle, wage, Juden, ungelt, Brunnheimer gerihte, schultheizzampt oder swaz es sei, widerchauffen und lŏsen uns und dem reiche, swaz si sein widerchauffen und gelŏsen mŭgen. Also daz si dieselben gŭlt und gŭt, swaz sie sein widerchauffent oder lŏsent, rŭwichlich inne sŭllen haben mit allen nŭtzen und rechten, die darzŭ gehŏrent, an alle irrunge und hindernŭzze, als lange biz wir oder unser nachchomen an dem reiche dieselben gŭlt und gŭt von in wider lŏsen umb diu und si ez widerchauffet und gelŏset habent. Wær aber iemant der dez reichs gŭt oder gŭlt ze pfantschefte oder ze widerchauffen inne hiete, der daz widerrete und si in niht ze lŏsen oder ze widerchauffen geben wolte, den oder die und daz selbe gŭt mŭgen die obgenanten purger von Frankenfurt angreiffen und von unsern wegen darzŭ benŏten mit hilfe aller unser und dez reichs getriwen, den wir ez auch ernstlich gebieten mit disem brief, daz si in beholffen sein. Den wir darŭber derselben stat Frankenfurt und den purgern geben ze urchŭnde mit unserm cheiserlichen insigel versigelten.

Der geben ist ze Paphy, an dem Eritag vor sant Iohanns tag ze sunnwenden, do man zalt von Christs gebŭrde dreutzehenhŭndert jar darnach in dem newnundzweintzgestem jar, in dem fŭmftzehenden jar unsers reichs und in dem andern des cheisertŭms.

### 594. *Privilegium de non evocando.* *Iun. 20.*

*Originale* (or.) *ibidem. Item inspeximus. Pendet sigillum illaesum filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Böhmer-Lau l. c. II, 259 nr. 348 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 63 nr. 1028.*

*Cf. Böhmer-Lau l.c. II, 260 nr. 349.*

Wir Ludowich von Gots gnaden Rŏmischer cheiser ze allen zeiten merer dez reiches tŭn chunt allen den die disen brief ansehent oder hŏrent lesen, daz wir von

besundern genaden, die wir zů der stat Frankenfurtt haben, durch der trewen willen, die si uns und dem reiche dicke erzeiget hat, haben wir ir und auch den purgern doselbs unsern lieben getrewen die gnade getan und tůn auch von unserm cheiserlichen gewalt mit disem brief, daz si oder ir gut, swo die gelegen sint oder in swelhem geriht si ligent, niemant an sol sprechen mit gestlichen rechten umb wærtlich sache, ez sein gestlich person oder wertlich. Besunder wellen wir, daz ein iglich person, si sei wertlich oder gestlich, sůlle vor dem . . schultheizze ze Franchenfurtt von in und iren guten reht sůchen und nemen, darnach und die schepfen ertailent. Darůber wir in geben ze urchůnde disen brief mit unserm cheiserlichem insigel versigelten.

Der geben ist ze Paphy, an dem Eritag vor sant Iohanns tag ze sunnwenden, do man zalt von Christes gebůrde dreutzehenhundert jar darnach in dem newnundzweintzgestem jar, in dem fůmftzehenden jare unsers richs und in dem andern des cheisertůms.

## 595. *Donatio feudi ab imperio moventis.* *Iun. 20.*

*Originale* (or.) *ibidem. Item inspeximus. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Böhmer-Lau l. c. II, 261 nr. 352 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 63 nr. 1032.*

*Cf. Böhmer-Lau l. c. II, 261 nr. 351.*

Wir Ludowich von Gots gnaden Rômischer cheiser ze allen zeiten merer dez richs tůn chůnt allen den die disen brief ansehent oder hôrent lesen, daz wir angesehen haben die getrewen und genæmen dienst, die uns und dem reiche die bescheiden manne Johans von Spyre und Jacob genant Chnoblach purger von Franchenfurt unser lieben getrewen bizher getan habent und fůrbaz tůn můgen, und auch die stæte trewe, di si uns und dem reiche gehalten habent und haltent an underlas, und haben in und iren erben verlihen von besundern gnaden und unser cheiserlichen milte daz gůt daz do heizzet daz Lehen und gelegen ist umb Mengersprunne obwendig der Rode, daz do stozzet an Ofenbrecher march, daz si und ir erben dazselb gůt mit allen dem daz darzů gehôret von uns und dem reiche ewichlich ze lehen besitzen und haben sůllen. Auch wellen wir besunderlich, daz dieselben unser getrewe Johans, Jacob und ir beder erben die bůnde die gelegen sint umb Franchenfůrt ewichlich haben sůllen umb den gewonlichen zins, den si ietze dem edeln wibe Mætzen witib weilent Eberharts von Prewberch dovon gebent, fůrbaz, swenne wir oder unser nachchomen an dem reiche von ir und iren erben dieselben bunde erlôset habent. Und wellen daz si ieman[a] an disen unsern gnaden irre, hinder oder beswaer bei unsern und dez reichs hulden. Darůber wir in ze urchunde geben disen brief mit unserm cheiserlichem insigel versigelten.

Der geben ist[a] an dem Eritag vor sant Johanns tag zů sunnwenden, do man zalt von Christes gebůrde dreutzehenhundert jar, darnach in dem newnundzweintzgestem jar, in dem fůmftzehendem jare unsers reichs und in dem andern dez cheisertůms.

## 596. 597. *Exemtio a teloneis.* *Iun. 20. 23.*

*Formae minoris* A *die 20. m. Iun. datae autographon ibidem. Item inspeximus. Sigillum illaesum pendet filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Böhmer-Lau l. c. II, 262 nr. 353 ex* A.

595. a) *ita or.*

*Formae maioris* B *die 23. m. Iun. sub bulla aurea repetitae autographon ibidem. Item inspeximus. Bulla aurea pendet filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Böhmer-Lau l. c. ex* B.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 63 nr. 1033.*

*Cf. Böhmer-Lau l. c. II, 264 nr. 356.*

596. *Forma minor.*
*1329. Iun. 20.*

*A.*

Wir Ludowich von Gots gnaden Ro̊mischer cheiser ze allen zeiten merer dez reichs tůn chuͤnt offenlich allen den die disen briefe ansehent oder ho̊rent lesen, daz wir durch der getrewen und staten dienst willen, die uns und dem reiche die wisen lauͤte die purger der stat ze Franckenfurtt unser liebe getrewen getan habent und tæglich tůnt und fuͤrbaz getůn muͤgen, und auch umbe die veste trewe, die si uns und dem riche je und je habent gehalten, haben wir in die besundern gnade getan von unser cheiserlichen milte und gewalt, also daz wir dieselben purger ze Franckenfurtt und ir nachchomen wo die wonent sint, die purger do sint, vreyen und ledigen ewichlich und iglichem besunderlich von allen zo̊llen und an allen steten, ez sei auf wazzer oder auf dem lande wo si varent, ez sei mit chaufmanschaft oder an chaufmanschaft. Dovon wellen wir und gebieten allen unsern und dez reichs fuͤrsten, graven, vreyen, dienstmannen, steten, gemeinen und besundern personen wie die genant sein, wertlichen[a] und gestlichen vestichlich mit disem briefe, daz si den obgenanten purgern von Franckenfurtt dise unser genade stæte halden in aller weise als wir in sei getan haben und si dheine weiz daran hindern, irren noch beswæren, als liebe in unser und dez reiches hulde sein. Sunder wellen wir daz si dieselben purger von unsern wegen daran schirmen und fůdern, swo si sein bedůrfen. Wer si aber darůber hinderte, gen dem muͤgen si sich weren ze behalten unser vreiunge, wo si chůnnen oder muͤgen, darzů wir, unser amptlauͤte und alle unser und dez reiches getrewen in beholfen sůllen sein vleizzichlich, wo in sein note geschiht. Und

597. *Forma maior.*
*1329. Iun. 23.*

*B.*

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer cheiser ze allen ziten merer des riches tůn chunt allen den die disen brief ansehent oder horent lesen, daz wir důrch der getrewen stæten dienst willen, die uns und dem riche die weisen lawͦte die purger der stat ze Franckenfůrt unser lieb getrewen getan habent und tæglich tůnt und fuͤrbaz getůn muͤgen, und auch umb die veste trewe, die si uns und dem riche je und je gehabt habent, haben wir in die besundern genad getan von unserer cheiserlichen milte und gewalt, also daz wir dieselben purger ze Franckenfůrt und ir nachkomen wo die sint wonent, die pů̊rger da sint, vreyen und ledigen ewichlichen und iglichen besunderlichen von allen czo̊llen und an allen steten, ez sey auf wazzer oder auf dem lande wo si varent, ez si mit chaufmanschaft oder an chaufmanschaft. Dovon wellen wir und gebieten allen unsern und des riches fůrsten, graven, vreyen, dienstmannen, steten, gemeinen und besundern personen wie die genant sein werltlichen und geistlichen, vestichlichen mit disem brief, daz si den obgenanten purgern von Franckenfurt dise unser genad stæt halten in aller wise als wir si in getan haben und si deheinen weis daran hindern, irren noch beswæren, als lieb in unser und des riches huld sein. Sunder wellen wir, daz si dieselben pů̊rger von unsern wegen daran schirmen und fůdern, wo si sein bedůrfen. Wer si aber darůber hindert, gen dem mů̊gen si sich weren ze behalten unser vreyůng, wo si chůnnen oder mugen, darzů wir, unser amptlawͦte und alle unser und des reiches getrewen in beholfen sullen sein vleizzichlichen, wa in sein nŏt beschiht. Und daruber ze urchund geben

**596.** a) werthichen *A.*

darûber ze ûrchunde und sicherheit geben wir in disen brief mit unserm cheiserlichen insigel versigelten.

Der geben ist ze Pavei, des Eritages vor sant Johanns tag ze sunwenden, do man zalt von Christes gebûrte dreutzehenhundert jar darnach in dem newnundzweintzgestem, in dem fumftzehendem jare unsers reichs und in dem andern des cheisertûms.

wir in disen brief mit unserer guldein bull die daran hannget versigelten.

Der geben ist zu Papfei, des Freytages vor[a] sant Peter und sant Pauls tag, do man zalt von Christes gebûrt driutzehenhundert jare darnach in dem naeunundzwaintzigsten jare, in dem fûnftzehenden jare unsers reiches und in dem andern des cheisertûms.

‖Signum domini Ludowici quarti Romanorum imperatoris (M) invictissimi.‖

Ego[b] frater Heinricus sacre theoloie doctor gerens officium cancellarii domini imperatoris vice domini archiepiscopi Coloniensis archicancellarii per Italiam recognovi.

## 598. 599. *Confirmatio privilegiorum.* *Iun. 26. 27.*

*Formae minoris* A *die 26. m. Iun. datae autographon ibidem. Descripsimus nos. Manu Germanica scriptum esse videtur. Sigillum illaesum pendet filis sericis rubei flavique coloris. — Ineditum. Variam lectionem ex* A *notat Böhmer-Lau l. c. II, 265 sub nr. 358.*

*Formae maioris* B *die 27. m. Iun. sub bulla aurea repetitae autographon ibidem. Inspeximus nos. Manu Italica scriptum esse videtur. Bulla aurea pendet filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Böhmer-Lau l. c. II, 265 nr. 358 ex* B.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 64 nr. 1040.*

### 598. *Forma minor.*
*1329. Iun. 26.*

*A.*

‖ Ludowicus ‖ Dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis et singulis sacri Romani imperii fidelibus graciam suam et omne bonum.

Virtus nostri augustalis culminis girum aule sue specialibus ornamentis et decoribus amplius illuminat et tronum solii sui elevat, cum peticionibus suorum fidelium ac devotorum se per exaudicionis oblectamentum et propiciacionis graciam offert iuxta eorum vota · benivolam et paratam. Accedentes igitur nostre maiestatis presenciam prudentes viri cives opidi nostri in Frankenfurt nostri et imperii fideles dilecti

### 599. *Forma maior.*
*1329. Iun. 27.*

*B.*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis et singulis, ad quos presentes pervenerint, suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et [omne][a] bonum.

Virtus nostri augustalis culminis girum aule sue specialibus ornamentis et decoribus amplius illuminat et tronum solii sui elevat, cum peticionibus suorum fidelium ac devotorum se per exaudicionis oblectamentum[b] et propiciacionis graciam offert iuxta eorum vota benivolam et paratam. Accedentes igitur nostre maiestatis presenciam prudentes viri cives opidi nostri in Franckenfûrt, nostri et imperii fideles dilecti

**597.** a) var *B.* b) *abhinc manus cancellarii in or.*

**599.** a) *excidit B.* b) oblectamenti *B.*

nobis cum multa instancia et rogatus conamine humiliter supplicarunt, quatinus ipsis ac opido eorum in Frankenfurt predicto omnia et singula privilegia, iura sua, libertates, gracias et conswetudines suas tam antiquas quam novas ipsis a divis Romanorum imperatoribus ac regibus predecessoribus nostris inclitis necnon a nobis ipsis temporibus retroactis graciosius indulta et concessa seu indultas ac concessas de solita nostra clemencia dignaremur approbare ac etiam benivolencius confirmare. Nos vero considerantes, quod infallibilis fides et devocio, constans obsequiorum promptitudo et obediencia, quibus erga nos et sacrum Romanum imperium semper laudabiliter claruerunt, huiusmodi eorum peticionem reddunt racionabiliter admittendam tamquam meritam et condignam, ipsis predictis civibus ac opido Frankenfurt omnia et singula eorum privilegia, iura, libertates et gracias ac conswetudines quascunque, prout ipsis a predictis nostris predecessoribus vel a nobis rite et racionabiliter tradita sunt et concessa seu tradite et concesse, approbamus et presentibus graciosius confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmacionis graciam infrigere[a] vel ei ausu aliquo temerario contraire, sicut indignacionem nostram gravem et penam centum librarum auri puri, quarum medietas fisco nostro, alia vero medietas iniuriam passo applicetur, voluerit studiosius evitare. In quorum testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. Papie, vigesima sexta mensis Iunii die[a], anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

nobis cum multa [instancia][c] et rogatus conamine humiliter supplicarunt, quatenus ipsis ac opido eorum in Franckenfůrt predicto omnia et singula privilegia, iura sua, libertates, gracias et consuetudines suas tam antiquas quam novas ipsis a divis Romanorum imperatoribus ac regibus predecessoribus nostris inclitis necnon a nobis ipsis temporibus retroactis graciosius indulta et concessa seu indultas et concessas de solita nostra clemencia dignaremur approbare ac eciam benivolencius confirmare. Nos vero considerantes, quod infallibilis fides et devocio constans, obsequiorum promptitudo et obediencia, quibus erga nos et sacrum Romanum imperium semper laudabiliter claruerunt, huiusmodi eorum peticionem reddunt racionabiliter admittendam tanquam meritam et condignam, ipsis predictis civibus ac opido Franckenfůrt omnia et singula eorum privilegia, iura, libertates et gracias ac consuetudines quascumque, prout ipsis a predictis nostris predecessoribus vel a nobis rite et racionabiliter tradita sunt et concessa seu tradite et concesse, approbamus et graciosius confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmacionis [et][c] approbacionis paginam infringere vel ei ausu aliquo temerario contraire. Quod qui presumpserit, indignacionem nostram et penam centum librarum auri puri ponderis legalis, medietatem fisco nostro et reliquam medietatem passis iniuriam solvendam se noverit incursurum. In quorum omnium testimonium et firmitatem presentes conscribi et bulla nostra aurea iussimus conmuniri.

Dat. Papie, vigesima septima die mensis Iunii, indictione duodecima, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

‖Signum domini Ludowici quarti Romanorum (M.) imperatoris invictissimi.‖

Ego[d] frater Heinricus sacre theoloie doctor gerens officium cancellarii domini imperatoris vice archiepiscopi Coloniensis archicancellarii per Italiam recognovi.

**598.** a) *sic A.*

**599.** c) *excidit B.* d) *abhinc manus cancellarii in B.*

## 600. 601. *Confirmatio privilegiorum civitatum Wetteraviae.* *Iun. 26. 27.*

*Formae minoris* A *die 26. m. Iun. datae autographon ibidem. Descripsimus nos. Manu Germanica ut videtur scriptum est eadem ac nr. 598. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei flavique coloris. — Ineditum. Variam lectionem ex* A *notat Böhmer-Lau l. c. II, 266 nr. 359.*

*Quae concordant cum nr. 598, ea typis minoribus excussa sunt.*

*Formae maioris* B *die 27. m. Iun. sub bulla aurea repetitae autographon ibidem. Inspeximus nos. Manu Italica ut videtur scriptum est eadem ac nr. 599. Bulla aurea pendet filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Böhmer-Lau l. c. II, 266 nr. 359 ex* B*; Reimer l. c. II, 2 p. 316 nr. 338.*

*Quae concordant cum nr. 599, ea typis minoribus excussa sunt.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 64 nr. 1041.*

### 600. *Forma minor.*
### *1329. Iun. 26.*
### *A.*

nr. 598. ⁞ Ludowicus ⁞ Dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis et singulis sacri Romani imperii fidelibus graciam suam et omne bonum.

Virtus nostri augustalis culminis girum aule sue specialibus ornamentis et decoribus amplius illuminat et tronum solii sui elevat, cum peticionibus suorum fidelium ac devotorum se per exaudicionis oblectamentum et propiciacionis graciam offert iuxta eorum vota benivolam et paratam. Accedentes igitur nostre maiestatis presenciam prudentes viri cives opidi nostri in Frankenfurt nostri et imperii fideles dilecti nobis cum multa instancia et rogatus conamine humiliter supplicarunt, quatinus ipsis ac opido eorum in Frankenfurt predicto necnon etiam civibus ac opidis Gailenhusen, Wepflaren et Fridberch omnia et singula privilegia, iura sua, libertates, gracias et conswetudines suas tam antiquas quam novas ipsis a divis Romanorum imperatoribus et regibus predecessoribus nostris inclitis necnon a nobis ipsis temporibus retroactis graciosius indulta et concessa seu indultas ac concessas de solita nostra clemencia dignaremur approbare ac etiam benivolencius confirmare. Nos vero considerantes, quod infallibilis fides et devocio, constans obsequiorum promptitudo et obediencia, quibus erga nos et sacrum Romanum imperium semper laudabiliter claruerunt, huiusmodi eorum peticionem reddunt racionabiliter admittendam tamquam meritam et condignam, ipsis pre-

### 601. *Forma maior.*
### *1329. Iun. 27.*
### *B.*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis et singulis, ad quos presentes pervenerint, suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum. nr. 599.

Virtus nostri augustalis culminis girum aule sue specialibus ornamentis et decoribus amplius illuminat et tronum solii sui elevat, cum peticionibus suorum fidelium ac devotorum se per exaudicionis oblectamentum et propiciacionis graciam offert iuxta eorum vota benivolam et paratam. Accedentes igitur nostre maiestatis presenciam prudentes viri cives opidi nostri in Franckenfůrt, nostri et imperii fideles dilecti, nobis cum multa [instancia][a] et rogatus conamine humiliter supplicarunt, quatenus ipsis ac opido eorum in Franckenfůrt predicto necnon opidis Geylenhusen(si), Wetflarien(si) et Fridbergen(si), ipsorum coniuratis omnia et singula privilegia, iura sua, libertates, gracias et consuetudines suas tam antiquas quam novas ipsis a divis Romanorum imperatoribus ac regibus predecessoribus nostris inclitis necnon a nobis ipsis temporibus retroactis graciosius indulta et concessa seu indultas et concessas de solita nostra clemencia dignaremur approbare ac eciam benivolencius confirmare. Nos vero considerantes, quod infallibilis fides et devocio constans, obsequiorum promptitudo et obediencia, quibus erga nos et sacrum Romanum imperium semper laudabiliter claruerunt, huiusmodi eorum peticionem reddunt racionabiliter admittendam

601. a) *excidit B.*

dictis civibus ac opidis Frankenfurt, Gailenhausen, Wepflarn et Fridberch omnia et singula eorum privilegia, iura, libertates et gracias ac consuetudines quascunque, prout ipsis a predictis nostris predecessoribus vel a nobis rite et racionabiliter tradita sunt et concessa seu tradite et concesse, approbamus et presentibus graciosius confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmacionis graciam infrigere[a] vel ei ausu *temerario contraire, sicut indignacionem nostram gravem et penam centum librarum auri puri, quarum medietas fisco nostro, alia vero medietas iniuriam passis applicetur, voluerit studiosius evitare. In quorum testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. Papie, vigesima sexta die mensis Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

tanquam meritam atque condignam, ipsis predictis civibus ac opidis Franckenfurt, Geylenhusen(si), Wetflarien(si) et Fridberck omnia et singula eorum privilegia, iura, libertates et gracias ac consuetudines quascumque, prout ipsis a predictis nostris predecessoribus vel a nobis rite et racionabiliter tradita sunt et concessa seu tradite et concesse, approbamus et graciosius confirmamus. Nulli ergo omni[n]o hominum liceat hanc nostre confirmacionis [et][b] approbacionis paginam infringere vel ei ausu aliquo temerario contraire. Quod qui presumpserit, indignacionem nostram et penam centum librarum auri puri ponderis legalis, medietatem fisco nostro et reliquam medietatem passis iniuriam solvendam se noverit incursurum. In quorum omnium testimonium et firmitatem presentes conscribi et bulla nostra aurea iussimus conmuniri.

Dat. Papie, vigesima septima die mensis Iunii, indictione duodecima, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

⁞ Signum domini Ludowici quarti Romanorum (M.) imperatoris invictissimi. ⁞

Ego[c] frater Heinricus sacre theologie doctor gerens officium cancellarii domini imperatoris vice archiepiscopi Coloniensis archicancellarii per Italiam recongnovi.

## 602—605. PRIVILEGIA PRO CIVITATE CREMONENSI.
### 1329. Iun. 21.

*Cf. ea quae de his documentis et editione apud Böhmer 'Acta imperii selecta' facta notavimus 'Neues Archiv' XXX, 435 sqq. Eadem manu Germanica exarata sunt scripta nr. 602 sub* A, *604 sub* A, *605 sub* A; *eadem Italica vero nr. 602 sub* B, *604 sub* B, *605 sub* B. *Privilegium nr. 603 eadem manu, Italica ut videtur, scriptum est ac Mandatum infra nr. 615. In Böhmeri Regestis documenta nostra non indicantur.*

*Cf. infra nr. 615.*

### 602. *Donatio iurium imperii in flumine Olii et castris Guastallae et Luzzarae. Iun. 21.*

*Originale* A *manu Germanica scriptum in tabulario civitatis Cremonensis 'Caps. Cremon. nr. 799' signatum. Contulimus nos. Sigillum, quod filis sericis pendebat, deest, foraminibus relictis. In dorso legitur:* duplicat(a).

**600.** a) *sic A.*

**601.** b) *excidit B.* c) *abhinc manus cancellarii in or.*

*Originale non confectum vel copia in cancellaria manu Italica exarata* B *ibidem 'Caps. Divers. nr. 338'. Inspeximus nos. Sigillatum non erat. In dorso leguntur:* Exemplum privilegii (bulle auree *post stilo acutiori add.*) fluminis Olii ac castrorum Vastalle et Luzarie.

*Cf. Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 804 nr. 1117.*

⁞Ludowicus⁞[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus.

1. Quoniam imperialis maiestas semper extitit liberalis suis fidelibus et devotis, considerantes fidelitatem et devocionem, quam erga nos et nostros antecessores ac sacrum Romanum imperium Cremonenses hactenus habuerunt, et servicia et honores, que ab ipsis nostri antecessores antiquitus ac nos de presenti recepimus, et specialiter venientibus
1329. Apr. nobis de Tuscia in anno Domini millesimo tecentesimo vigesimo nono, mense Aprilis, ad capiendum dominium civitatis[b] Mediolani in nostro adventu nos honorifice receperunt, Padum transducendo, in civitate eorum reverenter et obedienter suscipiendo et ulterius per Aduam ac alios passus eis possibiles sollicite deducendo, nobiscum semper comitantibus nobili viro Ponzino de Ponzionibus[c] milite consiliario et familiare nostro fideli dilecto[1] ac aliis pluribus nobilibus dicte civitatis Cremone de consensu et mandato ipsius civitatis, et ut merentibus merita tribuamus, nostro proprio motu et ex certa scientia de gratia speciali dictis Cremonensibus et comuni Cremone omne ius et iurisdictionem, quod et quam habemus ac retro principes habuerunt in flumine Olei et in rivis ab utraque parte dicti fluminis, damus et concedimus in privilegium pleno iure, quatenus extenditur territorium Cremonense. Ita quod etiam dicto comuni et dictis nostris fidelibus de Cremona liceat dictam aquam Olei per eorum territorium et districtum ad quascumque partes voluerint in eorum territorium derivare et etiam per alienum districtum et territorium, si oportunitas se obtulerit, in dictum territorium Cremone, in quo casu dictum territorium alienum in ea parte comuni et iurisdictioni Cremone subicimus. Non obstante lege aliqua et maxime illa que lite pendente prohibet supplicare principi[2]. Concessiones et data factas[d] et facta aliquibus personis specialibus, collegio vel universitati et specialiter comuni et hominibus de Brixia vel dicto comuni Brixie vel alicui alii persone eorum nomine per Heinricum olim imperatorem predecessorem nostrum[3] cassantes et auctoritate presentis privilegii penitus irritantes.

2. Concedentes insuper Cremonensibus antedictis et eorum[e] comuni rationibus antedictis[e] omne ius et iurisdictionem, quod et quam habemus[f] ac nostri antecessores pleno iure hactenus habuerunt in castris seu locis Vastalle et Luzarie et eorum et cuiuslibet eorum territoriis, pertinenciis et districtibus, ita et taliter quod dictis Cremonensibus et eorum comuni liceat dictis locis et castris ac eorum et cuiuslibet territoriis utifrui, ut ipsi et eorum antecessores hactenus consueverunt. Non obstantibus aliquibus concessionibus seu datis factis vel concessis per nos vel per prefatum Heinricum imperatorem predecessorem nostrum seu per alios nostros predecessores in aliquas personas, collegia vel universitates et specialiter in Gubertum olim de Corigia de Parma[4] eiusque heredes et successores et Raynaldum quondam dictum Passarinum de Bonacolsis de Mantua[5] et eius heredes et successores. Non obstantibus aliquibus[g] datis et concessionibus etiam factis in predictos Gubertum et Passerinum aliquo tempore per Cremonenses seu comune Cremone, quas omnes concessiones et data auctoritate presentis privilegii cassamus, irritamus et nullius momenti esse decernimus.

602. a) LVdouuicus *B.* b) *deest B.* c) Ponzonibus *B.* d) fce̅ *A. B.* e) et eorum — antedictis *des. B.* f) hactenus *B.* g) *hic in B monogramma imperatoris incipit.*

1) *Cf. Mandatum supra nr. 548.* 2) *Cod. 1, 21, 2.* 3) *Servata non sunt.* 4) *Cf. supra tom. IV, 2 p. 758 l. 41 sqq.* 5) *Cf. ibid. nr. 1223.*

3. Statuentes et imperiali edicto sanctientes, ut neque archiepiscopus aliquis neque episcopus neque dux neque marchio neque comes neque capitaneus neque valvassor neque rector aliquis aut potestas aliqua neque consules aliqui neque civitas aliqua aut comune civitatis aliquod aut aliqua denique persona parva vel magna, secularis vel ecclesiastica huic nostro privilegio obviare aut aliquo temeritatis ausu presumat eum[h] infringere aut sepedictos Cremonenses et eorum comune in omnibus que dicta sunt aliquo lesionis modo perturbare aut molestare attemptet. Quod qui fecerit, indignationem nostram et penam sexaginta librarum auri puri se noverit incursurum, medietatem camere nostre et reliquam medietatem passis iniuriam persolvendam.

*A.*

Ut autem presens privilegium robur obtineat perpetue firmitatis, presens privilegium inde fieri et sigillo nostre maiestatis iussimus communiri.

Dat. Papie, vigesima[k] prima die mensis Iunii, duodecima indicione, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

*B.*

4. Huius autem nostre serenitatis privilegium gratiosum optinere volumus et valere nulla lege nulloque privilegio per nostros predecessores concessis obstantibus ulo modo nec etiam ulis verbis derogatoriis, lege aliqua vel privilegio aliquo positis vel insertis, etiamsi de ipsis lege, privilegio atque verbis mentionem vel appositionem oporteret in hoc fieri specialem, nec etiam ulo huic nostre pagine obstaculo inferrendo, eo quod scriptura purpurea non sit scripta nec cocti muricis et triti cochili ardore signata [1] nec questoris sacri palatii anotatione valata [2] aut aliqua alia solempnitas sit omissa, quia presens privilegium ac singula in eo quomodolibet comprehensa ex certa scientia sic scribi voluimus, ut sunt scripta.

In[i] cuius rei testimonium presentes conscribi ac nostre maiestatis sigillo et signo consueto iussimus communiri.

Datum et actum in civitate Papie, vigesimo primo Iunii, sub anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione duodecima, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

Presentibus Iacobo de Spanahy(m) Novarien(si) episcopo, fratre Gualtero Papiensi episcopo, Friderico brugravio de Nuremberg, Ludovico duce de Tech, Friderico comite de Ottingen, Andrea de Brunech, Anfreono Spinola Ian(uensi) consiliariis et secretariis nostris dilectis et Vanni de Suxinana de Ubaldinis, Ramengo de Casate de Mediolano et Castellino de Becharia de Papia testibus ad hoc rogatis et specialiter convocatis.

**602.** h) *ita A. B.* i) *abhinc artius scripta B.* k) vigesimo *A.*

1) *Cod. 1, 23, 6.* 2) *Ibid. 7.*

## 603. *Donatio eadem in forma maiori.* *Iun. 21.*

*Originale* C *manu ut videtur Italica conscriptum ibidem 'Caps. Oblii nr. 1905'. Contulimus nos. Bulla aurea iuxta servatur, filis deperditis.*

*Quae conveniunt cum nr. 602* A *et* B, *typis minoribus excussa sunt.*

nr. 602 A. Ludowicus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus.

1. Quoniam imperialis maiestas semper extitit liberalis suis fidelibus et devotis, considerantes fidelitatem et devotionem, quam erga nos et nostros antecessores ac sacrum Romanum imperium Cremonenses hactenus habuerunt, et servitia et honores, que ab ipsis nostri antecessores antiquitus ac nos de presenti recepimus, et specialiter venientibus nobis de Tuscia in anno Domini millesimo tre- 1329. Apr. centesimo vigesimo nono, mense Aprilis, ad capiendum dominium civitatis Mediolani in nostro adventu nos honorifice receperunt, Padum transducendo, in civitate eorum reverenter et obedienter suscipiendo et ulterius per Aduam ac alios passus eis possibiles solicite deducendo, nobiscum semper commitantibus nobili viro Ponzino de Ponzonibus milite consiliario et familiari nostro fideli dilecto ac aliis pluribus nobilibus dicte civitatis Cremone de consensu et mandato ipsius civitatis, et ut merentibus merita tribuamus, nostro proprio motu et ex certa scientia de gratia speciali dictis Cremonensibus et comuni Cremone omne ius et iurisdictionem, quod et quam habemus ac retro principes habuerunt in flumine Olei et in rivis ab utraque parte dicti fluminis, damus et concedimus in privilegium pleno iure, quatenus extenditur territorium Cremonense. Ita quod etiam dicto comuni et dictis nostris fidelibus de Cremona liceat dictam aquam Olei per eorum territorium et districtum ad quascumque partes voluerint in eorum territorium derivare et etiam per alienum districtum et territorium, si oportunitas se obtulerit, in dictum territorium Cremone, in quo casu dictum territorium alienum in ea parte comuni et iurisdictioni Cremone subicimus. Non obstante lege aliqua et maxime illa que litte pendente prohibet supplicare principi. Concessiones et data factas et facta de dicto flumine Olei et ripis eius aliquibus personis specialibus, collegio vel universitati et specialiter comuni et hominibus de Brixia vel dicto comuni Brixie vel *alii persone eorum nomine per Heinricum olim imperatorem predecessorem nostrum et alios predecessores nostros cassantes et auctoritate presentis privilegii penitus irritantes.

ibid. 2. Concedentes insuper Cremonensibus antedictis et eorum comuni rationibus antedictis omne ius et iurisdictionem, quod et quam habemus ac nostri antecessores pleno iure hactenus habuerunt in castris seu locis Vastalle et Luzarie et eorum et cuiuslibet eorum territoriis, pertinentiis et districtibus, ita et taliter quod dictis Cremonensibus et eorum comuni liceat dictis locis et castris ac eorum et cuiuslibet eorum territoriis utifrui, ut ipsi et eorum antecessores hactenus consueverunt. Non obstantibus aliquibus concessionibus seu datis factis vel concessis per nos vel per prefatum Heinricum imperatorem predecessorem nostrum seu per alios nostros predecessores in aliquas personas, collegia vel universitates et specialiter in Gubertum olim de Corigia de Parma eiusque heredes et successores et Raynaldum quondam dictum Passerinum de Bonacolsis de Mantua et eius heredes et successores. Non obstantibus aliquibus datis et concessionibus etiam factis in predictos Gubertum et Passerinum aliquo tempore per Cremonenses seu commune Cremone, quas omnes concessiones et data auctoritate presentis privilegii cassamus, irritamus (M.) et nullius momenti esse decernimus.

ibid. 3. Statuentes et imperiali edicto sanctientes, ut neque archiepiscopus aliquis neque episcopus neque dux neque marchio neque comes neque capitaneus neque valvassor neque rector aliquis aut potestas aliqua neque consules aliqui neque civitas aliqua aut comune civitatis aliquod aut aliqua denique persona parva vel magna, secularis vel ecclesiastica huic nostro privilegio obviare aut aliquo temeritatis ausu presumat eum[b] infringere aut sepedictos Cremonenses et eorum comune in omnibus que dicta sunt aliquo lesionis modo perturbare aut molestare attemptet. Quod qui fecerit, indignationem nostram et penam sexaginta librarum auri puri se noverit incursurum, medietatem camere nostre et reliquam medietatem passis iniuriam persolvendam.

603. a) LVdouuicus *C.* b) *ita C.*

4. Huius autem nostre serenitatis privilegium gratiosum optinere volumus et valere, nulla lege nr. 602 B. nulloque privilegio per nostros predecessores concessis obstantibus ulo modo nec etiam ullis verbis derogatoriis, lege aliqua vel privilegio aliquo positis vel insertis, etiamsi de ipsis lege, privilegio atque verbis mentionem vel appositionem opporteret in hoc fieri specialem, nec etiam ullo huic nostre pagine obstaculo inferrendo, eo quod scriptura purpurea non sit scripta nec cocti muricis et triti cochili ardore signata nec questoris sacri pallatii anotatione valata aut aliqua alia solempnitas sit omissa, quia presens privilegium ac singula in eo quomodolibet comprehensa ex certa scientia sic scribi voluimus, ut sunt scripta.

In cuius rei testimonium presens privilegium conscribi iussimus et nostra bulla aurea ac nostro imperiali signo mandavimus communiri.

Datum et actum in civitate Papie, vigesimo primo *mensis Iunii, sub anno Domini millesimo ibid. trecentesimo vigesimo nono, iudictione duodecima, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

Presentibus Iacobo de Spannahy(m) Novariensi episcopo, fratre Gualtero Papiensi episcopo, ibid. Friderico brugravio de Nuremberg, Ludovico duce de Tech, Friderico comite de Ottinghen, Andrea de Brunech, Anfreono Spinola Iannensi consiliariis et secretariis nostris dilectis et Vanni de Suxinana de Ubaldinis, Ramengo de Casate de Mediolano et Castellino de Becharia de Papia testibus ad hoc rogatis specialiter et convocatis.

Ego[c] frater Hanricus sacre teologie doctor fongens officio domini serenisimi inperatoris canzelari[d] vice domini archiepiscopi Collon(iensis) archicanzelari[d] per Ytaliam recognovi.

## 604. *Scriptum super immunitate et tempore iurisdictionis vicarii.* *Iun. 21.*

*Originale* A *manu Germanica scriptum ibidem 'Caps. Cremon. nr. 854'. Contulimus nos. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei flavique coloris.*

*Originale non confectum vel copia in cancellaria manu Italica exarata* B *ibidem 'Caps. Cremon. nr. 853'. Contulimus nos. Sigillatum non erat. Levia orthographiae minutia adnotare supersedimus.*

*Cf. Böhmer l. c. p. 498 nr. 728.*

‖Ludowicus‖[a] Dei gracia Romanorum imperator semper augustus.

1. Salubris quidem imperio illa fuisse[b] provisio conprobatur, qua vacacionum inmunitatumque beneficia sunt inventa. Si enim semper a subditis officia susciperemus et munera, de habilibus ad onera faceremus inhabiles et inpotentes, nunquam et nusquam quod optamus ad potenciam levaremus et sepe velut mulctores improvidi ac seva cupiditate cecati pro dulci lacte sangwinem[c] quod absit potaremus amarum, que res quidem imperio infelici pestifera probaretur exemplo. Volentes igitur sic nostros curare subiectos, ut sicut presumus prosimus, et attendentes obsequiorum exhibicionem immensam, quam Cremonensis civitas nostra specialis alumna[d] in nostris expedicionibus exhibuit prompta fide et maxime hiis diebus, cum nostrum dirigeremus exercitum contra civitatem Mediolani tunc in nos suum dominum[e] dura cervice erigentem[f], dicte civitati Cremone eiusque civibus et communi vacationem et immunitatem munerum conferimus copiosam cum remissione et absolutione plenaria, eosdem usque ad quinquennium facientes immunes ab omnibus muneribus et oneribus personalibus et realibus, predialibus atque mixtis[g] et aliis quibuscumque, quocumque nomine censeantur et qualicumque iuris prerogativa valerent, etiamsi de ipsis oporteret in hoc indulto mentionem fieri specialem.

603. c) *abhinc manus cancellarii in or.* d) canzelarj *or.*

604. a) LVdouuicus *B.* b) *in loco raso A.* c) sangwinum *A;* sanguinum *B.* d) alumpna *B.* e) *corr. ex* dominium *B.* f) eri *in loco raso A.* g) *corr. ex* unictis ? *B.*

Quod nostre serenitatis indultum obtinere volumus et valere, non obstantibus legibus quibus est cautum, rescripta contra ius ellicita[h] non valere[1], neminem ante nostram expeditionem excusare felicem ac talia indulta non valere quominus subditi ad munera teneantur[2], nec qualibet alia lege que huic nostre concessioni in aliquo obviaret. Quibus omnibus in hac parte ex certa scientia derogamus.

2. Insuper cum civitatem Cremone assumpserimus et assummamus in nostram et imperii cameram specialem, presenti pagina declaramus ac eidem civitati concedimus nostro motu, ut quemcumque ad dictam civitatem regendam ex imperiali parte secundario vel directe mitti creari ve contingat, vicarii vel quoquo alio nomine nuncupetur, semper eius iurisdictio et omnis potestas sex mensium curicula finiatur, quacumque forma verborum quavisve temporis laxitate dicte civitati[s] regimen conferatur.

*A.*

In quorum testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. Papie, vigesima prima die Iunii, indiccione duodecima, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

*B.*

3. Huius autem nostre serenitatis privilegium gratiosum obtinere volumus et valere nulla lege nulloque privilegio per nostros predecessores concessis obstantibus ulo modo nec etiam ulis verbis derogatoriis lege aliqua vel privilegio aliquo positis vel insertis, etiamsi de ipsis lege, privilegio atque verbis mentionem vel appositionem oporteret in hoc fieri specialem, nec etiam ulo huic nostre pagine obstaculo inferendo, eo quod scriptura purpurea non sit scripta nec cocti muricis et triti cochili ardore signata nec questoris sacri palatii annotatione valata aut aliqua alia solempnitas sit omissa[3], quia presens privilegium ac singula in eo quomodolibet comprehensa ex certa scientia sic scribi voluimus, ut sunt scripta.

In cuius rei testimonium presentes conscribi ac nostre maiestatis sigillo et signo consueto iussimus conmuniri.

Datum et actum in civitate Papie, vigesimo primo die[i] Iunii, sub anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indict. duodecima, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

Presentibus Iacobo de Spanahy(m) Novar(iensi) episcopo, fratre Gualtero Papien(si) episcopo, Friderico burgravio de Nuremberg, Ludovico duce de Tech, Friderico comite de Ottinghen, Andrea de Brunech, Anfreono Spinola Ian(uensi) consiliariis et secretariis nostris dilectis et Vanni de Suxinana de Ubaldinis, Ramengo de Casate de Mediolano et Castellino de Becharia de Papia testibus ad hoc rogatis et specialiter convocatis.

**604.** h) *hic in B monogramma imperatoris incipit.* i) *abhinc artius scriptum B.*

1) *Cod. 1, 19, 7.* 2) *Ib. 10, 48, 2.* 3) *Cf. pag. 503 not. 1 et 2.*

## 605. *Confirmatio privilegiorum generalis.* *Iun. 21.*

*Originale* A *manu Germanica scriptum ibidem 'Caps. Cremae nr. 2369'. Contulimus nos. Sigillum, quod filis sericis pendebat, desideratur.*

*Originale non confectum vel copia in cancellaria manu Italica exarata* B *ibidem 'Caps. Divers. nr. 316'. Contulimus nos. Sigillatum non erat.*

*Cf. Böhmer l. c. p. 806 nr. 1118.*

Ludowicus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus.

1. Decet imperatoriam celsitudinem investigare cura vigili circa honores et comoda subditorum. Ad cos tamen liberalitatis suc uberiorem munificenciam consuevit et decet ostendere, quos pre aliis purioris fidei ac fervencioris devocionis constancia sibi perpensius[b] et intencius reddidit commendatos. Sane inter ceteros nostros fideles imperii manifeste cognovimus civitatem Cremone et cives ipsius civitatis propter eorum virtutes et merita diversis ac[c] variis privilegiis a multis nostris retro principibus[d] esse dotatos. In quibus privilegiis expressius vidimus contineri omnia infrascripta:

'Primo in privilegio imperatoris Heinrici[e], qualiter renovavit — nomine dicti communis Cremone concessit et stabilitate perpetua confirmavit.'[1]

2. Quapropter considerantes ipsorum Cremonensium fidelium nostrorum veram et rectam constantiam ac etiam eorum fidei puritatem, quam semper sacro imperio et etiam nobis ad imperium procedentibus demonstrarunt ac semper continueque demonstrant ad nos solos suos affectus et effectus totis viribus erigentes, disposuimus nostra clementia eorum honores et iura exigentibus suis meritis scriptis presentibus roborare ac etiam ampliare necnon nova concessione[f] dotare. Noverit igitur universorum fidelium imperii tam presens etas quam successura posteritas, quod nos nostra liberalitate ac proprio nostro motu eis, qui[a][g] in fide constantibus, et comuni eorum predicta omnia et singula privilegia predecessorum nostrorum et omnia alia iura et privilegia per eosdem nostros antccessores seu alios quoscumque Lombardorum reges eis concessa necnon iurisdictiones, honores et usancias, sicut hactenus possiderunt vel quasi seu ius competiit possidendi vel quasi, ex certa scientia concedimus, damus et stabilitate perpetua confirmamus ac innovamus et de novo concedimus, ita quod roboris perpetuo obtineat firmitatem, etiamsi propter vetustatem vel aliam causam ipsa privilegia, concessiones et iura propriis sigillis seu propria bulla careant. Non obstante aliqua cassacione, que facta esse repereretur[h] de privilegiis suprascriptis sub quavis verborum forma per clare memorie Heinricum imperatorem predecessorem nostrum[2], quam volumus nullius esse valoris et perinde esse, acsi nulla cassacio facta foret.

3. Insuper volumus comune Cremone et homines ipsius comunis debere posse habere libere et pacifice possidere totum eorum episcopatum et districtum tam in terra quam in aquis cum omnibus eorum iurisdictionibus, sicuti a triginta annis citra pacifice possiderunt, qualitercumque vel quomodocumque reperiantur ab aliis possideri vel quasi, teneri vel occupari, non obstantibus aliquibus privilegiis seu concessionibus per nostros predecessores vel per nos aliquibus personis factis vel concessis et maxime privilegiis per prefatum Heinricum imperatorem[3] et per nos[4] Reynaldo dicto Passerino de Bonacolsis olim domino Mantue suisque heredibus vel successoribus vel comuni Mantue necnon Guberto de Corigia de Parma eiusque heredibus et successoribus seu aliis personis recipientibus pro predictis, quibus omnibus ex certa scientia per presens privilegium derogamus.

**605.** a) LVdouuicus *B.* b) propensius *B.* c) et *B.* d) predecessoribus *B.* e) Henrici *B.* f) *hic in B monogramma imperatoris incipit.* g) quia *B.* h) reperiretur *B.*

1) *Sequuntur extracta duodecim privilegiorum; cf. Böhmer 'Acta imperii selecta' l. c. et notam.* 2) *Supra tom. IV, 1 p. 591 nr. 631.* 3) *Cf. supra pag. 502 notas 3 et 4.* 4) *Servata non sunt.*

4. Eosdem etiam Cremonenses, collegia, universitates et singulares personas Cremone nunc imperio et comuni Cremone subiectas in omnibus eorum honoribus, bonis et iurisdictionibus atque iuribus, quos et que habent et ab olim habere consueverunt, in integrum restituimus et reponimus pleno iure, non obstantibus aliquibus sententiis olim factis et latis per prefatum clare memorie dominum imperatorem Heinricum predecessorem nostrum[1], quas quidem sentencias ex certa sciencia cassamus et totaliter annullamus.

5. Statuentes ut nulla omnino persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis vel quevis alia persona, quovis nomine ce[n]sseatur, predictos cives et comune Cremone fideles nostros contra huius concessionis et confirmationis nostre tenorem super predictis omnibus perturbare, offendere seu molestare presumat, pretextu eciam alicuius concessionis, promissionis vel contractus generis cuiuscumque facti per comune Cremone vel aliam singularem personam nomine dicti comunis aliquibus personis, universitatibus et comunibus, que concessiones, promissiones et contractus quantum ad predicta nullam volumus obtinere roboris firmitatem, etiamsi privilegio alicuius imperatoris ipse promissiones, contractus et concessiones essent munite, que omnia cassamus et per presens privilegium annullamus. Si quis autem contrafecerit vel contrafacere presumpserit, indignationem nostram et penam mille librarum auri se noverit incursurum, medietatem camere nostre et reliquam medietatem passis iniuriam persolvendam. Huius autem nostre serenitatis privilegium gratiosum et cassacciones et revocaciones predictas obtinere volumus et valere, nulla lege nulloque privilegio per nostros predecessores concessis obstantibus ullo modo nec etiam ullis verbis derogatoris lege[i] aliqua vel privilegio aliquo positis vel insertis, etiamsi de ipsis lege, privilegio atque verbis mencionem vel appositionem oporteret in hoc[k] fieri specialem, nec etiam ullo huic nostre pagine obstaculo inferendo, eo quod scriptura purpurea non sit scripta nec cocti muricis et triti cochili ardore[l] signata nec questores sacri pallacii anotacione vallata aut aliqua alia sollempnitas sit omissa, quia presens privilegium ac singula in eo quomodolibet comprehensa ex certa scientia sic scribi voluimus, ut sunt scripta.

*A.*

In quorum omnium testimonium et robur presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. Papie, vigesima prima die mensis Iunii, duodecima indiccione, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

*B.*

In cuius rei testimonium presentes conscribi ac nostre maiestatis sigillo et signo consueto iussimus communiri.

Datum et actum vigesimo primo die Iunii, in civitate Papie, sub anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione duodecima, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

Presentibus Iacobo de Spannhy(m) Novariensi episcopo, fratre Gualtero Papiensi episcopo, Frederico burgravio de Nuremberg, Ludovico duce de Tech, Friderico comite de Ottingen, Andrea de Brunech, Aufreono Spinola Ianuensi consiliariis et secretariis nostris dilectis et Vanni de Suxinana de Ubaldinis, Ramengo de Casate de Mediolano[m] et Castellino de Becharia de Papia testibus ad hoc rogatis et specialiter convocatis.

605. i) *abhinc artius scriptum in B.* k) hac *A.* l) ardure *A.* m) *sequ.* de *delet. B.*

1) *Cf. supra tom. IV, 1 nr. 631.*

## 606—612. PRIVILEGIA PRO FRIDERICO MARCHIONI MISNENSI ET SCRIPTA VARIA.

1329. Iun. 23.—24.

### 606. *Privilegium super mineris concessum.* *Iun. 23.*

*Originale 1 fere omnino corrosum et clutum, quatuor petiis constans in tabulario regio Dresdensi. Contulimus nos. Manu Italica exaratum est. Bulla aurea desideratur.*

*Quae desunt supplevimus ex 2 copia saec. XV. tabularii Vimariensis, quam contulimus. Uncis inclusa sunt.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 276 nr. 2710 (Addit. I).*

⁞ In nomine sancte et individue Trinitatis amen.

Ludowicus ⁞ quartus Dei gratia Romanorum imperator semper augus[tus. Ad per]petuam rei memoriam. Universis sacri Romani imperii fidelibus presentes intuentibus [gratiam su]am et omne bonum.

Omnis iuris editio [ac] tocius rationis humane diffinitio in hoc concordi[ter reside]nt et quiescunt, quod inter ceteros [nostre] dictioni[a] subiectos personis sublimibus, precipue [tamen p]rincipibus illustribus Alemannie[b], [in quorum] sinceritatis humeris tamquam in columpnis[c] [immobili]bus corona imperialis extitit fir[missime soli]data, semper aliquas speciales et notabi[les prerogati]vas, dignitates, benefitia, hono[res ac gracias lar]gifluas liberaliter impendamus, [ut huiusmodi ex]emplo eorum posteris servien[di ipsi imperio inc]entivum notorium relinquamus. [Considerantes igitur] quod illustris Fride[ricus marchio Missenensis] princeps ac gener [noster et imperii fidelis dilec]tus per fidelitatis sue [constanciam et obsequiorum indesinentem promptitudinem dicto sacratissimo imperio tamquam unum principale menbrum principum multiplex afferre poterit comodum et] profectum, [ipsum, sicut ex debito tenemus, aliquibus specialibus beneficiis prevenire volumus] premissorum om[nium ob respectum, concedentes sibi ac heredibus suis marchionibus Missenensibus[d] in nobile et iustum feodum omnes mineras principatuum suorum ac terrarum suarum quarumcumque, videlicet in landgraviatu Thuringie, in marchionatu Myssenen(si) et terre Orientalis et in dominio Plissenen(si), quas nunc possidet, hinc retro repertas seu cultas ac imposterum imperpetuum reperiendas et colendas, sive sint vel fuerint in specie auri, argenti, cupri, ferri,] plumbi, sta[nni seu cuiuscumque metall]orum generis sint vel fue[rint, a nobis et dicto] imperio tenendum et in [feodum suscipiendum de] plenitudine nostre imperatorie ma[iestatis. Si] quas etiam terras inantea recupera[verit aut sui here]des recuperaverint, in eisdem sim[iliter omnes] mineras omni modo ut supra dictum [est in feodum sibi] concedimus et donamus, invest[ientes eu]m de huiusmodi mineris ac feodis li[tterarum presentium] per tenorem. Nulli ergo omnino hominum, [cui]uscumque condicionis seu dignitatis existat, [sive principa]tus aut alterius preeminentie titulo pre[fu]lgeat altave sit aut humilis persona ecclesia[stica aut sec]ularis, comune aut universitas, liceat hanc nostre infeodationis gratiam infringere v[el ei in ausu] aliquo temerario contraire. Si quis hoc attemptare presumpserit, indignationem nost[ram ac sa]cri no(M.)stri Romani imperii se ipso facto noverit incursurum. In [quorum] testimonium et perpetuam firmitatem predicta fecimus nostre mai[estatis si]gillo sive tippo [au]reo infra filis siricis appenso roborari et nostro i[mperiali cons]ueto[e] signo in[fra proxime] signato insigniri[1].

**606.** a) indicioni 2. b) Alemanie 2. c) colupnis 2. d) Miessenensibus 2. e) consweto 2; *hic in 2 monogramma notatur.*

1) *Eschato collon simile v. supra nr. 558 et infra nr. 614.*

Data Pap[ie, vigesima[f] tertia die] Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo no[no, indictione] duodecima, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

Ego[g] frater Hanricus[h] sacre teologie doctor fongens officio[i] domini serenisimi inperatoris canzelari[k] vice domini archiepiscopi Collon(iensis) archicanzelari[k] per Ytaliam recognovi.

## 607. *Confirmatio obligationum civitatum imperii.* *Iun. 23.*

*Originale ibidem. Descripsimus nos. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei viridisque coloris. Manu Germanica exaratum est.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 358 nr. 3260 (Addit. III).*

*Cf. infra ad a. 1330. Iun. 2.*

||Ludowicus|| Dei gracia Romanorum imperator quartus semper augustus universis nostri et sacri Romani imperii fidelibus presentes inspecturis graciam suam et omne bonum.

Expedit excellencie nostre, ut gesta nostrorum predecessorum Romanorum imperatorum ac regum et nostra scriptis recensemus, ut de eis ratio uberior et tempore oportuno memoria perfeccior habeatur. Nos igitur ea consideratione obligationem seu obligationes factam vel factas illustri quondam Friderico marchioni Missenen(si) ac etiam illustri Friderico filio suo, principi et genero nostro et imperii fideli dilecto per dive memorie Heinricum imperatorem predecessorem nostrum inclitum in certis summis de castro et civitate Altenburch ac de civitatibus Zwiggawe et Kemmenitze[1] necnon eciam aliam seu alias obligacionem seu obligaciones per nos predicto Friderico genero nostro factam vel factas de castro et civitatibus memoratis in certis pecunie quantitatibus[2] omni modo et forma quibus facte sunt hinc inde insimul predicto Friderico genero nostro suisque heredibus approbamus, ratificamus et presentis nostri scripti patrocinio confirmamus. Adicientes quod expensas et dampna, que vel quas in marchia Brandenburgen(si) in nostro et illustris Ludowici filii nostri marchionis Brandenburgen(sis) obsequio se docuerit iusta racione pertulisse, predictis debitorum summis et sub eadem impignoratione valeat integraliter aggregare, sicut et sibi presentibus aggregamus. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. Papie, vicesima tercia die Iunii, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo, anno incarnacionis Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono.

## 608. *Infeudatio burcgraviatus Altenburgensis.* *Iun. 23.*

*Originale deperditum. Copia (c.) recentioris aetatis in tabulario generali regni Bawarici KLS 375. Descripsimus nos. In minutiis correximus. — Ed. E. v. Braun 'Geschichte der Burggrafen von Altenburg' p. 98 nr. 33 ex alia copia, quae ad variam lectionem nihil facit.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 277 nr. 2711 (Addit. I)*[3].

Ludowicus quartus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus illustri Friderico marchioni Missenensi principi ac genero suo karissimo gratiam suam et omne bonum.

606. f) vigesimo 2. g) *abhinc manus cancellarii in 1.* h) Henricus 2. i) offitio 2. k) canzelarj *1.*

1) *supra tom. IV, 2 nr. 1104.* 2) *Supra tom. V nr. 958.* 3) *Quae in Regestis de linea recognitionis ex editionibus notantur, erronea sunt. Signum et recognitio ex privilegio nr. 606 perperam in hanc Infeudationem introducta sunt.*

Imperialis benivolentia erga suos principes et maxime circa sibi federe vinculi connexos multum afficitur, quomodo in recompensam fidei et promptitudinis eorundem ipsorum tanquam bene meritorum semper cura vigili augeat gloriam et honorem. Cum igitur nobis et sacro Romano imperio burchgraviatus in opido nostro regali Altenburch per obitus burchgraviorum, quibus ratione feudi de parte dicti imperii debebatur, vacare dignoscatur et ad nos ac nostram dispositionem devolutus sit pleno iure, exigentibus sinceritatis tue meritis necnon etiam pensantibus nobis, quod ipsi imperio per hoc plus adstrictus efficeris et teneris in fidelitatis obsequio et amore, tibi ac heredibus tuis prefatum burchgraviatum in Altenburch cum universis suis iuribus, dignitatibus, honoribus et prerogativis, emolumentis et pertinentiis quibuscunque in iustum et rectum feudum de plenitudine nostre maiestatis liberaliter concedimus et donamus nostro et imperii nomine [nomine][a] recti et iusti feudi in perpetuum tenendum et liberaliter possidendum, facientes te tuo ac heredum tuorum nomine verum ac legitimum burchgravium de burchgraviatu in Altenburch supradicto. Mandantes universis et singulis vasallis ac hominibus burchgraviatus predicti, ut tibi ac tuis heredibus prefatis tanquam vero et legitimo burchgravio seu burchgraviis per fidelitatis omagia et sicut alias hactenus consuetum fuit, in omnibus fideliter pareant et intendant, sicut indignationem nostram et gravem maiestatis nostre offensam voluerint evitare. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Datum Papie, vigesima tertia die Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione XII, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

## 609. *Infeudatio castri et oppidi Leisnig.* *Iun. 23.*

*Originale* (or.) *in tabulario Vimariensi. Descripsimus nos. Sigillum deest filis sericis rubei flavique coloris relictis. Manu Italica exaratum est. In plica parte dextra legitur:* Kulo r$^{7}$. [1]

*Copiam recentioris aetatis tabularii generalis regni Bawarici KLS nr. 374 ex libro impresso ut videtur sumptam negleximus.*

*Apud Böhmer, Reg. Ludw. desideratur.*

‖Ludowicus‖ quartus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus illustri Frederico marchioni Missenenssi principi et genero suo karissimo graciam suam et omne bonum.

Generossitatis tue sublimittas, sinceritatis tue laudanda legalitas necnon eciam zelus debiti amoris, quo te prosequimur, spes quoque et non modica fiducia, quod nobis et imperio fi[deli]us[a] obsequaris, nostram excellenciam admonent et inducunt, ut te tamquam nostrum et imperii principem fidelem munificenciis nostris imperialibus benivolencius prosequi debeamus. Tibi igitur et tuis heredibus in perpetuum dominium in Lissenegge, castrum et opidum cum universis hominibus, bonis, iuribus et iurisdicionibus suis ac pertinenciis quibuscumque seu cuiuscumque condicionis aut nominis existant nobis et imperio pertinencia in iustum et rectum feodum concedimus et nomine feodi de plenitudine nostre mayestatis tradimus et donamus. Mandantes purchgraviis eiusdem castri et dominii tam presentibus quam futuris et aliis quibuscumque ad dictum dominium

**608.** a) *excidit c.*

**609.** a) *uncis inclusa corrosa sunt or.*

1) *Cf. supra tom. V p. 583 l. 3.*

spectantibus, ut tibi ac tuis heredibus de iuribus et vasallatibus, que a prefacto[b] dominio habere debent, obedienciam faciant inantea tamquam nobis nostrisque successoribus Romanis imperatoribus et regibus debitam et paratam et alias in omnibus consuetis semper fideliter pareant et intendant. In quorum testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Data Papie, vigesima tercia die Iunii, anno Domini millesimo tricentesimo vigesimo nono, indicione duodecima, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

## 610. *Mandatum episcopo Nuemburgensi directum.* *Iun. 23.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Dresdensi. Descripsimus nos. Sigilli maiestatis cerae flavae dorso impressi vestigia apparent. Manu Italica exaratum est. — Ineditum.*

Ludowicus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus venerabili Henrico Nuenburgen(si) episcopo principi suo dilecto gratiam suam et omne bonum.

Cum illustri Frederico[b] marchioni Missenen(si) principi et genero nostro karissimo retenta et neglecta nobis et imperio a tempore coronationis nostre per Iudeos civitatum tuarum Nuenbergen(sis) et Zeyce et solvenda inantea per eosdem nobis et ipsi imperio de liberalitate nostra donaverimus aliis scriptis nostris[1], sinceritatem tuam hattencius[c] requirimus et monemus, nichilominus tibi sub obtentu nostre gratie precipientes firmiter et mandantes, quatenus eundem marchionem in eisdem[d] Iudeis non impediens sibi cooperatione tua assistas, ut ipsi tam de retentis quam de solvendis ei iuxta[e] nostrarum continenciam litterarum satisfaciant et respondeant integre cum effectu. In eo preter quod debitum iusticie facis, nostre maiestati multipliciter complacebis.

Dat. Papie, in vigilia Iohanis batiste, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo[f].

## 611. *Mandatum marchioni super lantgraviatu Thuringiae missum.* *Iun. 23.*

*Originale* (or.) *ibidem. Descripsimus nos. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei flavique coloris. Manu Germanica exaratum est.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 63 nr. 1034.*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus illustri Friderico marchioni Misenen(si) principi ac genero suo karissimo graciam suam et omne bonum.

Licet super specula positi simus ad regendum universum mundum et ad reddendum ius suum unicuique, prout ex professione utriusque iuris tam divini quam humani nos recognoscimus regulatos, ex eodem tamen ordine principaliter nostris heredibus in suis factis et iuribus consulere debemus et indempnitatibus eorum ubilibet salubriter precavere. Intelleximus siquidem quod tu cum illustre Heinr(ico)[a] lantgravio Hassie principe ac sororio nostro et imperii fideli dilecto tractatus quosdam speciales habeas de subiciendo sibi lantgraviatum Turingie per fidelium eiusdem principatus omagia et sue fidelitatis sacramenta. Cum id itaque in preiudicium et manifestum gravamen, dispendium et iacturam illustris Ludowici marchionis Brandenburgen(sis) principis ac nati nostri karissimi apperte vergere dinoscatur, ideo sinceritati tue presentibus iniungimus

**609.** b) *sic or.*

**610.** a) Ludouuicus *or.* b) F *in loco raso atramento fusciori scripta or.* c) *prima* t *corr. ex* c *or.* d) de *in loco raso or.* e) x *corr. ex* f *or.* f) *in loco raso or.*

**611.** a) Heinr̄ *in loco raso or.*

1) *Servata non sunt.*

et mandamus et inhibendo precipimus et vetamus, quatenus predictum lantgraviatum Turingie nec sororio nostro lantgravio Hassie nec alicui alteri quam predicto filio nostro Ludowico marchioni Brandenburgen(si) sororio tuo subicias quoquo modo. Volumus enim quod liga, que inter te et cundem sororium tuum filium nostrum de marchionatu Brandenburgen(si) et marchionatu Misenen(si) facta est et per nos confirmata[1], ad lantgraviatum Turingie sub eisdem punctis et nexibus effectualiter extendatur et quod de eo sicut et de aliis tuis terris et principatibus iidem vestri tractatus plenarie intelligantur.

Dat. Papie, XXIII. die Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

## 612. *Facultas bonorum feudalium recuperandi civibus concessa.* *Iun. 24.*

*Originale* (or.) *ibidem. Descripsimus nos. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei viridisque coloris. Manu Germanica exaratum est. In plicae parte sinistra legitur:* ℞[2].

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 277 nr. 2712 (Addit. I).*

‖Lu‖dowicus quartus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium volumus noticiam presentibus pervenire, cum nos, qui supra legem sumus et possumus velud legis lator iura condere et interpretari, nonnulla que constitucionibus et consuetudinibus generalibus nobis notis obviant, valeamus racionabiliter inmutare et aliud statuere, concedere ac de gracia indulgere, quod ad instantem suplicacionem et peticionem supplicem illustris Friderici marchionis Misenen(sis) principis ac generi[a] nostri karissimi universis civibus ac opidanis per principatus, terras et civitates suas, quas nunc possidet vel possederit[b] in futuro, inhabitantes[c] hanc graciam facimus specialem, quod ipsi bona feodalia, que quiritibus proprie debentur, emere vel quovis alterius contractus tytulo recuperare valeant. Habilitantes prefatos cives ac opidanos universos ad quelibet bona feodalia undecumque vel a quocumque descendencia. Suplentes auctoritate nostra per presentes in eis omnem defectum, quem a iure vel consuetudine possent habere vel pati aliqualiter viderentur, sic quod de eis ac eorum proventibus libere gaudere possint et ea cum omnibus suis iuribus tanquam priores naturales vasalli ex nostra permissione presentibus eis concessa et graciosius indulta queant abhinc inantea liberaliter possidere, lege, statuto aut consuetudine patrie aliqualiter non obstante, quibus omnibus auctoritate et de plenitudine nostre potestatis presentibus penitus derogamus, ecernentes eas omnino inantea quoad hoc abolitas, mortuas et extinctas. In cuius rei testimonium presentes conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus conmuniri.

Dat. Papie, vicesima quarta die mensis Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, duodecima indicione, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

**612.** a) i *corr. ex* er *or.* b) *prima* e *corr. ex* i *or.* c) *ita or.*

1) *Scriptum servatum non est. Cf. W. Lippert 'Wettiner und Wittelsbacher' (1894) p. 24 sq. et ea quae ibi in nota indicantur.* 2) *Cf. ea quae notat W. Lippert 'Mittheilungen des österreich. Instituts' XIII (1892) p. 608 not. 1.*

## 613. 614. SCRIPTA PRO ADVOCATIS.
1329. Iun. 23.—24.

### 613. *Donatio feudi Heinrico Advocato de Plawen facta.* *Iun. 23.*

*Originale* (or.) *in tabulario Greiziano. Contulimus nos. Pendent sigilli fragmenta filis sericis rubei flavique coloris. Manu Italica exaratum est. — Ed. B. Schmidt loco supra ad nr. 122 citato p. 320 nr. 668 ex* or.

*Böhmer Reg. Ludw. p. 64 nr. 1035.*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Heinrico advocato de Plawen dicto Reuzzen suo et imperii fideli dilecto graciam suam et omne bonum.

Multum desideramus, ut benemeritis et hiis, qui personas, res et bona sua quecumque ad honorem nostrum et imperii omni tempore et loco exponere non formidant, fructus mature consolacionis a dextera nostre retribucionis pro condigna mercede affluant et accrescant. Cum itaque tu semper in nostro obsequio ad nutum nostre voluntatis intrepide personali exercicio vigueris, te intendimus non solum in hac parte, sed in aliis amplecti nostris specialibus graciis et favore. Et ea consideracione tibi castrum dictum Drewen, quod a nobis et imperio in feodum descendere dinoscitur, in feodum nobile et iustum de speciali nostra benivolencia conferimus, concedimus et donamus, sic quod alios quoscumque, qui idem castrum a nobis vel imperio in feodum tenebant, de ipso infeodare auctoritate nostra et imperii valeas atque possis. Accedente precipue eorundem imperii vasallorum beneplacito et assensu. In cuius collacionis, concessionis et donacionis testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. Papie, XXIII. die Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

### 614. *Confirmatio privilegiorum generalis Advocatis de Plawen, de Gera, de Wida data.* *Iun. 24.*

*Originale* (or.) *ibidem. Contulimus nos. Pendet bulla aurea filis sericis rubei flavique coloris. Manu Italica exaratum est. — Ed. Schmidt l. c. p. 321 nr. 669 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 64 nr. 1036.*

‖Ludowicus quartus‖ Dei gracia Romanorum imperator semper augustus nobilibus viris Henrico seniori advocato et Henrico iuniori advocato dicto Reuzçe de Plawen necnon Henrico seniori ac Henrico iuniori advocatis de Gera atque eciam Henrico seniori et Henrico iuniori advocatis de Wida ac eorum heredibus, suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

Credimus summe bene agere et procul dubio coronam imperii preciosiorem facimus, cum nobilibus nostris et sacri Romani imperii, quos fide et opere invenimus clariores, de rore pietatis ac clemencie nostre varias graciarum nostrarum dulcedines medullitus[a] impartimur, ut exinde vicissitudinaliter ab ipsis multe fidelitatis et obsequiorum promptitudinem in casibus oportunis ad honorem imperii sine erubescentia exigere valeamus. Cum itaque vos a tempore primeve derivacionis vestre ipsi sacro Romano

614. a) medullínís *scriptum or.*

imperio per constantis fidei ac devocionis zelum et per obsequia multipliciter laudabilia gratanter cumplacueritis[b] tamquam ipsius principales ministeriales et vasalli nobiles atque digni, suplicacionibus vestris instantibus serenitati nostre de parte vestra porrectis de conferendis vobis feodis ac iuribus vestris, quibus ab imperio antiquitus infeodati dinoscimini, pie condescendere volumus et graciose annuere de solito nostre clementissime bonitatis. Vobis igitur universis et singulis omnia et singula vestra iura, regalia seu feoda, que a nobis et sacratissimo Romano imperio prefato habere et percipere consuevistis, cuiuscumque condicionis seu nominis existant sive sint bona feodalia seu vasallatus hominum, iudicia et iurisdiciones, thelonea, monete atque conductus stratarum, ferarum venaciones sive eciam sint piscarie, necnon eciam omnes mineras cuiuscumque metalli[1], quod in vestris bonis reperietur, que iam possidetis vel imposterum recuperabitis vel que aliis collata sunt vel que absolute tenetis, de innata nobis clemencia in feodum concedimus, conferimus et donamus ac eciam de speciali gracia auctoritate (M.) nostra presentibus concedendo innovamus. Investientes vos et quemlibet vestrum de feodis predictis omnibus per presentes more nostro solito et consueto. In cuius nostre concessionis, donacionis, infeodacionis ac innovacionis evidens robur et testimonium presentes conscribi et nostro tippo aureo infra filis syricis appenso fecimus communiri et nostro imperiali consueto signo infra proxime signato insigniri[2].

Dat. Papie, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, duodecima indicione, die vigesima quarta Iunii, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

Ego[c] fr(ater) Hanricus sacre teoligie doctor fungens[d] officio domini serenisimi inperatoris[e] canzelari vicedomini archiepiscopi Collon(iensis) archicanzelari per Ytaliam recognovi.

---

615. *Mandatum super restitutione terrarum civitatis Cremonensis.* *Iun. 24.*

*Originale* (or.) *in tabulario Cremonensi. Contulimus nos. Sigilli secreti cerae rubeae dorso impressi vestigia adsunt. Eadem manu scriptum est ac supra nr. 603. Inscriptio est:* Nobili viro Lodoysio de Gonzago suo et imperii fideli dilecto. — *Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 316 nr. 505 ex* or.

Ludowicus[a] Dei gracia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Lodoyzio de Gonzago, sui et imperii fideli dilecto graciam suam et omne bonum.

Cum homines ac civitatem eiusque territorium de Cremona propter sinceram devotionem, quam erga nos ac sacrum Romanum actenus gesserunt imperium et adhuc fide constantissima gerere comprobantur, in nostros et imperii pecculiares[b] recepimus, homines civitatemque predictam nostre camere specialiter cum suo territorio reservantes, ob quorum obtentum uberius eorum utilitatibus invigilare tenemur. Quare cum idem coram nobis deposuerint, quod tu castra Plactine et Casalis Maioris et multas alias terras in territorio Cremonensi cum iuribus suis et pertinentiis ab antiquo ipsis Cremonensibus pertinentes detineas occupatas, tue fidelitati actentius requirentes eandem districtius sub pena indignationis nostre iniungimus et mandamus, quatinus dicta castra cum omnibus aliis terris et universis ipsorum iuribus ipsis nostris hominibus et civitati

614. b) *ita or.* c) *abhinc manus cancellarii in or.* d) u *corr. ex* o *or.* e) serenisimi inperator *in loco raso or.*

615. a) Ludouuicus *or.* b) *corr. ex* peccuriales *or.*

1) *Cf. supra nr. 358.* 2) *Cf. eschatocollon simile supra nr. 558 et 606.*

nostre predicte procures restituere, contradictione qualibet non obstante. In quo nobis poteris specialissime conplacere.

Dat. Papie, vigesimo quarto mensis Iunii, regni nostri anno quintodecimo imperii vero secundo[c].

### 616. *Mandatum in favorem civitatum Silvanarum.* *Iun. 24.*

*Originale tabularii Altorfensis iam olim exemplavit Iaffé. Sigillum deest filis serieis relictis.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 64 nr. 1038.*

Wir Ludowick von Gotes genaden Romescher chaiser alle zit merer des ryches verjehen offenlich an disem brief, das wir nit wellin das kain unser oder des rychs voget, den wir gesetzet haben oder noch setzin alder von unsern nachkomen Romeschen künigen und kaisern gesetzet wirt uber dů lant der Waltstette zů Switz, zů Ura und zů Underwalden, die lůt derselben stette an lip oder an gůt fürbas drenge in kainem weg, denne eins rychs vogt billich tůn sol und uncz her bi unserre vorfarn ziten Romescher künige und chaiser gedrenget und gehandelt sint. Wan wir wellint und gebieten in ouch vesteclich bi unsern huldin, das man sů las beliben bi allen iren rechten, gewonheiten und freiheiten, so sů bi andern Römeschen künigen und chaisern hant gehebt und herbracht genczlich und gar. Und des zů urkünde und zů stetter sicherheit so han wir in disen brief mit unserm kaiserlichem insigel gegeben besigelt.

Der wart geben ze Pavi, an sant Johans tag zů sůnegichten, do man zalt von Cristes gebůrt driuczehenhundert jar und næunundzwaiczig jar, in dem fünfczehenden jar unsers rychs und in dem andern unsers chaisertůms.

### 617. *Mandatum in favorem magistri curiae imperatricis.* *Iun. 26.*

*Originale* (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 375 ½. Descripsimus nos. Sigilli maiestatis dorso impressi vestigia adsunt. — Ineditum.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 64 nr. 1039.*

Wir Ludowich von Gots gnaden Römischer cheiser ze allen zeiten merer dez reichs enbieten den edeln mannen Friderichen und Johannsen burcgraven ze Nůrenberg, unsern lieben getriwen unser hulde und alles gůt.

Wir haben dem vesten manne[a] Ludowigen von Eybe unser lieben frawen der cheiserinne hofmeister daz vorgraůtt dez waldes ze Nůrenberch umb tausent pfunt Haller versetzet, der wir im und seiner erben schuldig sein umb die dienst, die er uns triwlich und vleizzichlich hie inne ze Welschenlanden getan hat, also daz er und sein erben daz selbe vorgrautt inne sůllen haben, biz wir oder unser nachchomen an dem reiche ez von in umb die tausent pfunt Haller widerlösen. Do von wellen wir und gebieten eẘ ez auch ernstlichen und ewer iglichem besunderlich mit disem brief, daz ir den selben von Eybe und sein erben an unser stat und in unserm namen an der selben satzunge schirmet und in vorseit, daz si nieman dar an irre noch hinder, als wir eẘ dez getriwen.

Der brief ist geben ze Paphy, an dem Montag nach dem Sunbendetag, in dem fumftzehendem jar[b] unsers richs und in dem andern dez cheisertůms.

615. c) *linea dati mutato ductu scripta esse videtur or.*

617. a) mame *or.* b) tag *or.*

## 618. *Recognitio debiti.* *Iun. 28.*

*Originale deperditum. Copia* (c.) *recentioris aetatis ibidem. — Ed. Fr. Weech 'Oberbayerisches Archiv' XXIII, 155 nr. 11 ex* c. *Editionem repetimus.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 277 nr. 2713 (Addit. I).*

*Cf. l. c. p. 358 nr. 3251 (Addit. III) et infra ad a. 1331. Apr. 17.*

Wir Ludwig von Gots gnaden Romischer keyser zu allen zeiten ein merer dez reichs kunden und verjehen offenlich an disem brief, daz wir durch der dangber unde gemeiner dinst willen, die uns und dem reich getan hat der erwirdig und edel Conrat von Slüzzelberg unser liber getrewer, ym und seinen erben, als wir mit rechter rechnung uber ein komen sint, schuldig sint von dez reichs wegen sechstausent guldein. Und dez zu urchund so haben wir im disen brief mit unserm keyserlichem insigel versigelt.

Der wart gegeben zu Papie, an sand Peters und sand Pauls abend, dez jars do man zalt von Crists gepurt drewczehenhundert jar und in dem newnundczwenczigsten jare, in dem funfczehenden jare unsers reichs und dem andern unser keysertums.

---

## 619. LITTERAE CIVITATIS FLORENTINAE AD ROBERTUM REGEM SICILIAE.
### 1329. Iun. 24.

*Copia* (c.) *in Copiario 'Reg. litt. II' signato fol. 64' tabularii regii Florentini. — Dedit Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 137 nr. 278 ex* c. *Editionem repetimus.*

Domino regi pro parte officii et communis. Iun. 23.

Post alias nostras litteras pridie vobis missas[1] effectualiter continentes, quod ad vasta segetum aliaque danna inferenda Pisanis intendebamus indilate procedere et facto iam per dominum Beltramonum de Bautio et nos ordine et apparatu processuum eorundem fructus, quos vos et nos ex ipsis processibus sperabamus futuros, iam in parte non minima sunt secuti, quorum utique post divinam providentiam fuit causa inductiva tractatus non sine ministerio per nos habitus cum Pisanis in civitate Vulterre ipsiusque tractatus dissolutio ad finem successuum predictorum tempore debito per nos facta, die siquidem Sabbati XVII. huius mensis repetentibus propria ambaxatoribus Pisanorum vacuis pacis, Iun. 17. quam Pisanus populus expectabat, suscitato et invalescente rumore cum tumultu atque clamore per hec verba 'Moriatur qui pacem non vult et vivat populus' deventum est, quod die sequenti XVIII. eiusdem mensis Tarlatus de Petramala, qui inibi pro Bavari Iun. 18. vicario existebat, eiectus fuit ex ipsa civitate omnesque actorum suo tempore libri combusti et carceres dissoluti omnesque officiales qui pro Bavaro ibi erant remoti novi-

1) *Servatae non sunt; sed cf. litteras eiusdem civitatis ad pontificem die 20. m. Iun. datas l. c. p. 136 nr. 276, ubi haec narrantur:* quod die Sabbati proxime preterita de sero rumor (*scil.* extitit) in civitate Pisarum, in quo quidam clamabant 'Vivat populus et moriantur proditores et pacem nolentes' et quidam aliter, cuius causa rumoris dannationis ille filius Tarlatinus de Petramala, qui in ipsa civitate pro Bavaro vicariatus officio presidebat, eiectus fuit officio et civitate prefatis. Et quod in eius eiectione de suis famulis quidam capti et quidam mortui remanserunt. Et quod dicti rumoris inceptores fuerunt dominus Marcus Vicecomes, comes Fatius condam comitis Gaddi et dominus Ceus Macchaionis et sequaces eorum. Et dein quod ex hoc secutum est, quod dictus comes Facius tamquam capitaneus in civitate ipsa dominatur.

que antiani creati. Sicque civitatis gubernatio rediit ad illos, qui dictam civitatem in adventu Bavari eidem rebellatam quantum potuerunt pro viribus tenuerunt quique redire velle videntur ad gremium sancte matris ecclesie et domini nostri summi pontificis et ad devotionem regiam et pacem devotorum eiusdem. Propter quod expediret vos a processibus eisdem retrahere. Quare si sic subito, ut vobis rescripsimus, contra Pisanos eosdem non processimus, regia circumspectio non miretur, quia indubitate fuisset subversio eventuum predictorum. Et licet ab apparatibus et processibus ipsis desistere nullatenus intendamus, quia tamen ex ipsa mutatione status civitatis Pisane confestim aliud intentioni vestre nostreque consonum sequi posset et iam oratores solempnes ad eundem dominum nostrum ituros et alios venturos ad vos elegisse feruntur, maiestati regie providimus rescribendum supplicantes, quatenus considerata intentione nostra, que signanter est ad ea omnia que ad ipsius maiestatis exaltationem pertineant, et galeas a partibus portus Pisani nullatenus retrahat et domino Beltramono rescribat, quod equitet et procedat et processui etiam supersedeat, sicut per nos et sapientes nostros secundum contingentia deliberatum fuerit et provisum. Vobis supplicamus attente, quod si dictos Pisanos oratores ad vos venire contingat, inter alia predicatis eisdem, quod non sit vestre nostreque intentionis, quod de factis civitatis Lucane se in aliquo intromittent. Iun. 21. Insuper maiestati vestre ad gaudium nuntiamus, quod die XXI. huius mensis inter nostrum et communium et castrorum provincie Vallis Nebule Lucani districtus sindicos in civitate Pistorii sub vexillo ecclesie pax est et concordia cum magno gaudio celebrata, quare maiora et meliora sequentur Domino concedente. Que quidem provincia decem et septem notabilia castra et communia comprehendit.

Data Florentie, die XXIIII. mensis Iunii, XII. ind.

---

# 620—624. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.

## 1329. Iul. 1.—24.

### 620. 621. SCRIPTA IN FAVOREM FRIDERICI MARCHIONIS MISNENSIS.

#### 1329. Iul. 1.—4.

*Cf. supra nr. 606—612.*

### 620. *Mandatum ad civitates Northusensem et Mulhusensem.* *Iul. 1.*

*Originalia duo* 1 *(exemplar Northusense) et* 2 *(exemplar Mulhusense) eadem manu Germanica exarata in tabulario regio Dresdensi. Contulimus nos. Autographon* 2 *hic illic corrosum est. Pendet utriusque sigillum parum laesum filis sericis rubei viridisque coloris. In plicae parte sinistra legitur:* B(er). — *Ed. Herquet 'Urkundenbuch der Reichsstadt Mühlhausen' p. 396 nr. 830 ex* 2.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 64 nr. 1043 et 1042.*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris . . magistris, . . consulibus, . . scabinis ac universis civibus in Northausen[a], suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

1. Licet pro contemptu, contumacia et[b] apperta inobediencia nostrorum et sacri Romani imperii fidelium iusticia exigente acribus et diris fulminacionibus sentenciarum

620. a) Mûlhusen 2. b) ac 2.

procedere possemus necnon eos corrigere atque arguere fortius reatuum suorum pro commissis, volentes tamen semper in omnibus iuris rigorem misericordia pocius quam censura severitatis temperare, eosdem non solum ordine iuris, sed etiam aliquociens ad instar fraterne ammonicionis, que ewangelicis et positivis constitucionibus viam felicitatis importat, requirimus et monemus, ut se ab erroris sui tramite revocent et convertant. Constat itaque vobis, quod iam dudum vos et civitatem vestram[c] illustri Friderico marchioni Misenensi genero nostro karissimo pro decem milibus marcharum[d] argenti boni et legalis ponderis una[e] cum civitate in Můlhusen[e] sibi in dotem ad inclitam Mehtildim filiam nostram, conthoralem suam constitutis duximus pignori obligandos[1], sicut hoc exemplo divorum predecessorum nostrorum illustrium Romanorum imperatorum ac regum didicimus, qui sicut et nos de conswetudine sacratissimi Romani imperii in Alemania a tempore cuius non extat memoria observata, que quidem conswetudo vim legis obtinet[f] sicut nonnulle alie cerimoniales conswetudines imperii que legibus stringi non oportet, cum supra legem sint, filiis et filiabus suis tante pecunie summam in dotem seu donacionem propter nupcias in bonis imperialibus constituere poterant et valebant. Subiunximus eciam mandando vobis et districte precipiendo, ut eidem marchioni parere, obedire in omnibus tamquam nobis deberetis, quousque sibi[g] nomine pignoris astricti essetis pro pecunia memorata. Vos tamen huiusmodi nostrum[h] iussum ac ordinatum preceptum, vallatum conswetudine auctorizabili premissa et notoria omnibus imperii principibus, contemptibiliter respuentes et per multa tempora usque adhuc refutantes in nullo penitus attendistis nec eisdem paruistis tamquam fideles imperii et devoti, de quo multa ammiracione ducti contra vos movemur indignacione animi nostri multiplici atque gravi.

2. Presumentes tamen, quod equalitas racionis et demonstracio nostre possibilitatis ac conswete auctoritatis imperii premisse, qua presentibus contra vos progredimur, vos a tali pertinacia et inobedienti tumositate debeant tamquam melius informatos penitus revocare, ideo servantes ordinem preallegatum fidelitatem vestram denuo tenore presencium requirimus et monemus, nichilominus vobis sub obtentu omnis gracie nostre et perpetua indignacione nostra iniungimus et mandamus, quatenus adhuc prefato marchioni Misenensi genero nostro iuxta continenciam litterarum suarum sibi per nos de prefata dote concessarum per prestacionem omagiorum vestrorum ac omnis recognicionis paricionem immediate visis presentibus tamquam nobis et quousque per nos vel nostros successores pro prefatis decem milibus marcarum argenti vos[i] et civitas Můlhausen(sis) predicta[i] ab eo vel suis heredibus absoluti fueritis, obedienciam faciatis debitam et condignam. Quod si inantea sicut hucusque in nostrum et imperii vituperium facere spreveritis, contra vos universos et singulos ac civitatem vestram predictam usque ad privationem privilegiorum et iurium vestrorum ac libertatum quarumcumque cum inflictione penarum ultimarum immediate procul dubio procedemus.

3. Et exnunc prefato marchioni genero nostro commisimus et speciali dedimus in commisso, ut una cum omnibus baronibus et complicibus suis vos contingentibus et alias ubicumque, quibus hoc idem iniunximus scriptis nostris[2], ut vos, si presens nostrum mandatum iterum refutaveritis, invadant auctoritate nostra, omnibus modis et viis coactivis vestram audaciam usque ad ulteriores nostros processus ad ordinem debitum compellendo viriliter et potenter.

Actum et datum in civitate Papie, sub anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, prima die Iulii, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

**620.** c) *in loco raso* 1; Northusen(sem) 2. d) marcarum 2. e) una — Můlhusen *des.* 2. f) opt. 2. g) *supra lineam add.* 1. h) nostri 2. i) vos — predicta *des.* 2.

1) *Supra tom. V nr. 744.* 2) *Servatae non sunt.*

## 621. *Confirmatio obligationis civitatum imperii.* *Iul. 4.*

*Cf. supra tom. V nr. 744.*

*Originale* (or.) *ibidem. Descripsimus nos. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei viridisque coloris. Manu Italica exaratum est. In plicae parte sinistra legitur:* B(er).

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 64 nr. 1044.*

⁞ Ludowicus quartus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus ⁞ illustri Friderico marchioni Misenen(si) principi et genero suo karissimo graciam suam et omne bonum.

Soliti sumus ea que hinc retro rite et racionabiliter peregimus, scriptis nostris novis frequencius roborare, ut per hec conveniencia gestorum nostrorum tamquam per çiragroforum[a] demonstracionem cuntis[b] imperpetuum pateat evidenter. Cum itaque tibi iam dudum ad inclitam Mechildym conthoralem tuam filiam nostram karissimam decem milia marcharum argenti puri et boni ac iusti et legalis ponderis in dotem de bonis imperii duxerimus provide constituendum, prout nos sicut ceteri Romanorum imperatores ac reges predecessores nostri dive memorie qui filiis ac filiabus suis in dotem seu donacionem propter nupcias de bonis imperii ordinare consueverant, de consuetudine imperii in Alemania antiquitus et temporibus quorum non extat[c] memoria observata licite facere poteramus, litteris nostris aliis tibi desuper traditis et concessis[1], obligantes tibi nomine pignoris pro eisdem decem milibus marcharum argenti civitates nostras et imperii videlicet Northusen et Mulhusen per te ac heredes tuos tenendas et possidendas pleno iure, quousque per nos vel nostros successores in Romano imperio solute et liberate fuerint pro summa peccunie supradicta. Volentes igitur eamdem comstitutionem seu dotis donacionem imparte aliqualiter non frustrari nec in toto, sed perhennis modo quo facta est obtinere duracionis firmitatem, tibi ac tuis heredibus prefactam dotis constitucionem seu ordinacionem de decem milibus marcharum necnon litteras desuper tibi traditas et indultas sub omni continencia sua et clausulis suis quibuscunque auctoritate nostre plenitudinis approbamus, confirmamus atque eciam innovamus presencium nostrarum litterarum per tenorem. Nulli ergo omnino hominum, cuiuscumque dignitatis et status existat, sive regali vel alterius secularis principatus titulo aut etiam pon(M.)tificali vel quavis alia dignitate prefulgeat sive alia sit persona alta vel humilis, comunitas vel universitas, liceat hanc nostre approbacionis, confirmacionis ac innovacionis paginam infringere vel ei ausu aliquo temerario contraire. Quod qui facere presumpserit, indignacionem nostre imperatorie maiestatis et gravem offensam ac eciam penam mille marcharum auri puri medietatem camere nostre, reliquam vero medietatem tibi[d] ac tuis heredibus persolvendam tamquam iniuriam passis se noverit procul dubio et irremissibiliter incurisse. In cuius nostre approbacionis, confirmacionis ac innovacionis robur et evidens testimonium presentes nostras litteras conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus communiri, subiuncto nostro imperiali signo solito et consueto.

Dat. Papie, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, quarto die menssis Iulii, indicione[e] duodecima, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

---

621. a) *ita or.* b) u *in loco raso or.* c) xt *corr. ex* ſt *or.* d) t *corr. ex* ſ *or.* e) cion *in loco raso or.*

1) *Supra tom. V nr. 744.*

### 622. *Preces primariae Hospitali Ratisponensi porrectae.* *Iul. 15.*

*Originale* (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 376. Descripsimus nos. Pendet sigillum parum lacsum linis sericis viridis flavique coloris. Manu Italica exaratum est. In verso scripta sunt:* ain betbr(if) umb ain closterfrawen, *itemque* vacat.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 64 nr. 1045.*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus religiosis viris . . magistro et conventui Hospitalis Ratispone, devotis suis dilectis graciam suam et omne bonum.

Sic hactenus de iure et approbata conswetudine sacri Romani imperii est servatum, quod Romanorum imperatores, postquam Rome sacras [im]periales[a] infulas receperunt, in singulis ecclesiis et aput personas ecclesiasticas super unius persone ydonee provisione habebant petere et cum promptitudine qualibet exaudiri. Ipsorum igitur predecessorum nostrorum vestigiis inherentes, ex quo divina favente clemencia receptis in Urbe sacris imperialibus infulis solium conscendimus imperatorie dignitatis, devocioni vestre pro honesta puella Cecilia filia quondam Ulrici dicti Riethaimer fidelis nostri dilecti primarias porrigimus preces nostras. Requirentes attencius et monentes, quatenus eandem puellam, cuius promocionem sincere diligimus in sororem collegiatam domus seu monasterii vestri cum assignacione prebende vacantis vel proxime vacature ob iuris nostri et primariarum precum nostrarum reverenciam adeo liberaliter recipere velitis, ut obinde vestris et Hospitalis vestri comoditatibus et profectibus favorabiliter intendere debeamus.

Dat. Papie, XV. die Iulii, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

### 623. *Confirmatio iudiciorum abbati facta.* *Iul. 21.*

*Originale ibidem KLS nr. 377. Descripsimus nos. Sigillum exsectum est. In dorso legitur manu coaeva scriptum:* ·XII· nō ·minus.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 64 nr. 1046.*

Ludowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus honorabili et religioso viro . . abbati in Lancheim Cystersien(sis) ordinis Babembergen. dyoc., suo et imperii fideli devoto gratiam suam et omne bonum.

Iustis supplicantium desideriis facilem et benivolum adhibere consensum decet imperatoriam maiestatem. Eapropter oblata magnificentie nostre tua petitio lucide continebat, videlicet quod tu, antecessores, provisores et rectores monasterii tui predicti iudicio sangwinis in proprietate et foro Teuschitz ab antiqua numquam interrupta consuetudine libere a temporibus sancti Ottonis dicti monasterii fundatoris usi sitis et simili modo iudicio sanguinis in proprietate Lubegast, quam proprietatem et iudicium felicis memorie . . dux Meranye dicto pio pietatis affectu motus donavit monasterio, hactenus quiete et pacifice possedistis, insuper etiam quod in bonis dicti monasterii videlicet Bůnach, Sezlach, Ebern et in Medlytz Herbipolen. dyoc., Weygmeun, Lychtinvels, Woffindorf et in Kunigesvelt Babembergen. dyoc. inpugnamini iudicio consuetudinario quod vulgariter centa dicitur. Et ne tu aut homines monasterii tui predicti huiusmodi consuetudinario iure vexentur denuo, quatuor dumtaxat casibus exceptis iudicium sanguinis tangentibus, quod quidem iudicium a nostra et imperiali magnificentia tenetur et teneri debet tytulo feodali, tibi et monasterio tuo predicto provideri humiliter supplicasti et ipsam provisionem auctoritate imperatoria confirmari. Nos igitur quod iustum est confirmare et quod iniustum est infirmare volentes, prout ex debito clemencie tene-

622. a) *uncis inclusa in fine lineae in loco raso exarata non sunt or.*

mur, volumus et debemus, tibi et monasterio tuo prenotato iudicia sanguinis, [que][a] in locis ut premittitur [in]interrupte[b] hactenus observatis et consuetudine laudabili ab olym manutenetis, impia consuetudine de iudicio cente, que non consuetudo immo dissuetudo potius censeri meretur, penitus infirmata, preterquam in certis quatuor casibus iudicium sanguinis tangentibus preexpressis, ex certa nostra sciencia de imperialis maiestatis plenitudine presentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum liceat huic nostre gratie contravenire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem nostram se noverit graviter incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi maiestatisque nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Papye, vicesima prima die mensis Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

## 624. *Scriptum super clipeo exercituali.* *Iul. 24.*

*Originale in tabulario regio Berolinensi. Contulimus nos. Sigillum parum laesum pendet filis sericis rubei, viridis, violacei coloris. Ad dorsi marginem dextram manu cancellariae imperialis scriptum est:* Sigillet(ur) pend(enti). B(er).[1] s(ub)s(crip)sit[a]; *cf. infra nr. 634, 636, 638—641. In verso eadem manu ac textus scripta sunt:* De clipeo exercituali pari abbatibus imperii secundum consuetudinem Saxonum.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 64 nr. 1047.*

‖Lu‖dowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis et singulis ad perpetuam rei memoriam presentibus et futuris, ad quos presentes devenerint graciam suam et omne bonum.

Imperiali magnificencie nostre per honorabilem et religiosum virum Deo devotum et nobis dilectum fratrem Gebhardum de Bortveld preceptorem generalem domus Hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani per Saxoniam oblata peticio continebat, videlicet ut nos de imperiali clemencia sibi suisque successoribus preceptoribus Saxonie generalibus concedere dignaremur, quod ipse successoresque sui predicti in bonis, que feodali tytulo conferre habent, secundum antiquam Saxonum consuetudinem gaudere possint illo exercituali clypeo, quo secundum dictam Saxonum consuetudinem gaudent abbates et eorum in dicto exercituali clypeo pares nobis ac sacro imperio inmediate subiecti in suis bonis feodaliter conferendis. Nos igitur pensantes peticionem predictam iustam et racioni consonam tamquam illam que nulli preiudicium generat vel iacturam, eidem peticioni de speciali gracia duximus annuendum et consensum benivolum adhibendum, dictum Gebhardum preceptorem Saxonie generalem successoresque suos preceptores dumtaxat Saxonie generales, qui debent insigniti fore karactere militari a potente conferre karacterem predictum secundum Saxonum consuetudinem predictam, in clypeo exercituali predicto quoad bona feodalia et ius feodi exercenda deinceps per eosdem abbatibus nobis et sacro Romano imperio inmediate subiectis et ipsorum in dicto clypeo exercituali paribus in omnibus adequamus de imperialis plenitudine maiestatis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre specialis gracie paginam ausu temerario infringere vel ei modo quolibet contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem nostram se noverit graviter incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi maiestatisque nostre sigillo appenso iussimus communiri.

Dat. Papye, vicesima quarta die mensis Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

---

**623.** a) *excidit or.* b) interrupte *or.*
**624.** a) ſſıı *or.*

1) *Videtur esse Bertholdus de Tuttlingen.*

## 625. QUITATIO ET PROMISSIO COMITUM DE OTTINGEN PRO IMPERATORE.

### 1329. Iul. 20.

*Originale in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Descripsimus nos. Pendent duo sigilla secreta loris membranaceis. Membrana est Italica. — Ineditum.*

Wir Ludowich und Friderich brůder graven von Ötingen verjehen offenlich an disem brief, daz uns unser durchleuhtiger herre cheyser Ludowich von Rome gegeben hat ahttausent pfunt Haller. Umb die selben ahttausent pfunt Haller haben wir im die wil er lebt und sinen chindern nach seinem tode ein gantzes jar geheizzen und gelopt und auch geloben und geheizzen mit disem brief mit gůter triwe ze dienen wider aller mænnechlich, der si in irn landen ze Beyern oder ze Swaben beschedigen und dar inne mit gewalt und veintlich reitten wolt, mit aller unserer maht die wir gehaben můgen ze rozzen und ze fůzzen, als oft des not geschiht, an wider unsern vettern graven Ludowigen von Otingen und unser ôheim die purchgraven von Nůrnberch. Dar zů sullen wir im die wil er lebt und seinen chindern nach seinem tode ein gantzes jar dienen auzzer landes zweintzich mil mit zwaintzich hælmen umb und umbe, als oft des not ist. Aber ze teglichem chrieg sein wir in von den selben ahttausent pfunden niht schuldich ze dienen. Und sullen in und iren landen dehainen schaden lazzen geschehen in unser gebiet und dar durch an alle geverde. Und daz daz stæt beleibe und untzerbrochen, geben wir in disen brief mit unsern insigeln versigelten.

Der geben ist ze Pavie, an dem Pfintztag vôr Iacobi, do man zalt von Christes geburt dreutzehenhundert jar dar nach in dem neunundzwaintzigisten jar.

---

## 626. SENTENTIAE PER MILITES TEUTONICOS LUCANAE CIVITATI PRAESIDENTES LATAE.

### 1329. Iul. 31.—Aug. 9.

*Transsumtum originale* (tr.) *in tabulario regio Lucano*[1]. *Praecedunt haec verba:* Continetur in libro condepnationum et absolutionum maleficiorum factarum per dominos rectores et potestates Lucan(e) civitatis sub annis[a] Domini millesimo trecesimo vigesimo nono et trigesimo. Inter alia sic vidi. — *Ineditum.*

(I)

In Dei nomine amen. Hec est quedam condempnatio pecuniarum et co[r]poralis et condepnationum sententia lata, data et sententialiter pronumptiata per magnificos et potentes milites dominum Raynaldum et dominum Petrum Theotonicos mariscalchos et comuni Lucano presidentes contra infrascriptum Iacobum pro infrascriptis maleficiis, excessibus et debitis per eum conmissis et preparatis sub examine nobilis et sapientis viri domini Deghi de Prato iudicis malleficiorum predictorum marischalcorum et comunis Lucan(i). Et script(a) per Guidonem Masse not(arium) de Assisio et nunc predictorum marischalcorum et comunis Lucan(i) cancellarium ad malleficia deputatum, sub annis Domini millesimo trecesimo vigesimo nono, ind. XII, die infrascripta.

**626.** a) is *corr. ex* o *tr.*

1) *Cf. loco supra pag. 416 not. 1 citato I, 92 not. 1.*

Nos Raynaldus et Petrus milites Theutonicorum marischalci in platea Lucan(i) comunis equester residentes de consilio et consensu dicti iudicis infrascriptas sententias et condepnationes damus et proferimus contra infrascriptos in hunc modum sententialiter in hiis scriptis:

'Iacobum Guictonis de Petrasanta in nostra et comunis Lucani fortia costitutum ad hanc sententiam audiendam, contra quem ex officio dicti nostri iudicis et curie per inquisitionem processum fuit in eo et super eo quod ad aures nostras et notitiam dicti iudicis et sue curie pervenit veridica relatione tam per licteras quam fidedignorum hominum et personarum relatione, quod dictus Iacobus hoc anno de presenti mense Iulii, dum ipse Iacobus staret et esset in terra Petrasante, sciendo et sentiendo Theutonicos et alios homines Lucanos equester et pedester debere accedere ad Massam Lunigiane causa faciendi officium et pecuniam dicto Lucano comuni debitam exigendi, scripxit quandam licteram sua propria manu et eam misit per Bonaisum ad dictam terram Masse Guidoni Guccii de dicta terra Masse et aliis hominibus dicte terre Masse, ut aliis hominibus dicte terre Masse diceretur. In qua quidem lictera continebatur, qualiter ipsi homines deberent se precavere et munire, quia predicti Theutonici cum certa peditum quantitate debebant ire ad terram Masse predictam et illam derobbare et conburere. Que omnia appensate et dolose fecit et scripxit, ut homines dicte terre Masse et ipsam terram removeret ab obedientia Theutonicorum et Luc(ani) comunis et in grave dampnum et periculum Lucan(e) civitatis. Et propter missionem dictarum litterarum comune Masse predictum pervenit ad arma contra ex[e]cutores Lucan(i) comunis et quasi ad rebellionem predictorum Theutonicorum et comunis Lucan(i) et euntium cum eis et se posuerunt contra predictos, prout et sicut in dicta inquisitione plenius continetur. Et costat[b] nobis et curie malleficiorum Luc(ani) comunis confessione dicti Iacobi spontanea voluntate ipsius coram dicto iudice facta, ipsum Iacobum supradictis tempore et loco predicta omnia et singula in dicta inquisittione contenta fecisse et conmisisse, prout in ipsa confessione continetur. Cui Iacobo datus et assignatus fuit terminus perhentorius ad omnem suam de predictis defensionem faciendam et nullam fecit, prout in actis dicte curie plenius continetur. Ad hoc ut in futurum aliqui non actentent talia operari, idcirco ipsum Iacobum propter dictam suam confessionem secundum formam iuris et statutorum Lucani comunis et omni modo et iure quibus melius possumus in sexcentis florenis auri Lucan(o) cam(erario) hinc ad sex dies proxime futuros solvendis et dandis in hiis scriptis sententialiter condempnamus. Et si dictos sexcentos florenos infra dictum terminum sex dierum non solverit camer(ario) supradicto, quod ducatur ipse Iacobus ad locum iustitie et ibi furcis per gulam suspendatur ita et taliter quod moriatur.'

Lata, data et sententialiter pron(untiata) fuit dicta condempnatio et condempnationis sententia per supradictos dominos mariscalcos super equis in platea Sancti Michaelis in foro existentes presente et audiente dicto Iacobo. Et lecta per me dictum cancellarium de eorum mandato et voluntate et domini Deghi iudicis supradicti existentis in balchione Sancti Micaelis in foro coram ser Barth(olome)o de Carmignano et ser Francischo de Assissio Luc(ani) comunis cancellariis malleficiorum, Pighino Benecti Bancutii Lucani comunis et pluribus aliis inmo multis testibus presentibus et audientibus
Iul. 31. supradicta, die ultimo mens. Iulii, XII. ind.

(II)

In Dei nomine amen. Hec est quedam executio personalis et executionis pronumptiatio facta et data per magnificum et potentem militem dominum Raynaldum

626. b) costet *tr.*

Theutonicum mariscalcum et antepositum contra infrascriptum Iacobum Guictonis. Et scripta et lecta per me Guidonem Masse not(arium) de Assissio et nunc Lucan(i) comunis malleficiorum cancellarium mandato supradicti domini Raynaldi, sub anno Domini MCCCXXVIIII, ind. XII, die infrascripta.

'Cum nos Raynaldus predictus Iacobum Guictonis de Petrasanta in nostra et comunis Lucan(i) fortia costitutum, quia ad notitiam domini Deghi de Prato iudicis malleficiorum fidedignorum relatione pervenit, [quod ipse Iacobus, ut p(atet) in inquisitione[c] contra dictum Iacobum facta, scripxit sua propria manu quandam licteram et eam misit per Benaysam[d] ad terram Masse Guidoni Guccii de dicta terra Masse, ut aliis hominibus dicte terre diceret, in qua quidem lictera continebatur, qualiter homines deberent se precavere et munire, quia Teutonici cum certa peditum quantitate debebant ire ad terram Masse predictam et illam derobbare et conburere, que omnia appensate et dolose fecit et scripxit, ut homines dicte terre et ipsa se removeret ab obedientia Teutonicorum et Lucani comunis in grave dampnum et periculum Lucane civitatis, propter que et alia henormia in dicta inquisitione et confessione ipsius Iacobi contenta ipsum Iacobum in floren(is) sexcentis auri infra sex dierum spatium Lucan(o) cam(erario) solvend(is) duxerimus condempnandum et condempnaverimus, quos solvere dicto camerario totaliter neglexit infra terminum supradictum et post ipsum terminum, idcirco volentes dictam condempnationem executioni mandare secundum ipsius sententie formam et seriem mandamus exequendo ipsam sententiam et condempnationem, quod dictus Iacobus ducatur ad locum iustitie et ibidem furcis per gulam suspendatur ita et[e] talimode quod moriatur, cum revera non solverit dictos florenos Lucan(o) cam(erario) infra terminum sibi datum nec post per dies expectatus.'

Lata, data et pronuntiata fuit supradicta executio et executionis pronumptiatio per supradictum dominum Raynaldum eques[f] in platea Sancti Micaelis in foro in generali parlamento existentem, presente supradicto Iacobo et audiente, die nono mens. Aug. 9.
Augusti, presentibus Franchutio Franceschini, Costione Bernardi et Peghino Benecti testibus.

(S. N.) Nicolaus Cagnoli de Luca not(arius) super condempnationibus Lucani comunis predicta omnia, ut in dicto libro continentur, hic scripsi et meis signo et nomine publicavi.

---

# 627. 628. CONVENTIO COMITUM PALATINORUM CUM IMPERATORE.

## 1329. Aug. 2.—4.

### 627. *Comitum Palatinorum ratihabitio concessionum a Ludewico factarum.* *Aug. 2.*

*Originale* (or.) *in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Contulimus nos. Pendent duo sigilla secreta fere illaesa filis sericis rubei viridisque coloris. — Ed. Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' II, 298 nr. 276 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 249 Reichssachen nr. 141. Regesten der Pfalzgrafen nr. 2037.*

**626.** c) *sequ.* contento *del. tr.* d) *ita hic tr.* e) *sequ.* ꝗ *delet. tr.* f) *sic tr.*

Wir Rudolf und Ruprecht von Gots genaden pfalentzgraven bi dem Rein und hertzogen in Bayern verjehen offenlich an disem brief, daz wir geheizzen und gelobt haben und gehaizzen und geloben mit gůten triwen fůr uns und unsern vettern Ruprechten stæt ze haben allez daz daz unser lieber herre und vetter cheiser Ludwig von Rome getan hat gen allen die in sinen dienst untz her chomen sint, ez sein grafen, freyen, dienstman, ritter, chnecht, purger und wie si genant sein, und mit namen gen sinen und unsern vettern Heinrichen, Otten und Heinrichen hertzogen in Bayern mit satzung, mit gabe durch Got, mit lehen und mit andern sachen, in aller weiz als er ez getan hat und di brief sagent, di iederman dar ůber hat. Dar ůber ze urchůnde geben wir disen brief versigelten mit unsern insigeln.

Der gegeben ist ze Pavy, do man zalt von Christs geburt dreuzehenhundert jar darnach in dem neundenundzwaintzigistem jar, an der Mittichen vor Oswaldi.

## 628. *Ludewici scriptum super divisione terrae Bawaricae.* *Aug. 4.*

*Originale* (or.) *ibidem. Descripsimus nos. Pendet sigillum parum laesum filis sericis rubei flavique coloris. Alterum autographon ibidem servatum conferre supersedimus.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 64 nr. 1048. Regesten der Pfalzgrafen nr. 2038.*

*Reversales comitum Palatinorum mutatis mutandis fere omnino*[1] *concordantes, quas in editionem nostram recipere longum est, servantur autographae ibidem (exemplaria duo), itemque in tabulario generali regni Bawarici. Hoc quidem exemplar publici iuris fecit Wittmann l. c. II, 298 nr. 277, ad cuius editionem lectores volumus semel relegatos.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 249 Reichssachen nr. 142.*

*Cf. Regesten der Pfalzgrafen nr. 2038. 2062. 2406.*

1. Wir Ludowig von Gots genaden Rômischer cheiser ze allen zeiten merer dez richs verjehen fůr uns, fůr unser erben Ludwigen marchgraven von Brandenburch, pfalentzgraven ze Rein und hertzogen in Baiern und Stephan pfalentzgraven bi Rein und hertzogen in Baiern und ir erben offenlich an disem brief, daz wir mit verdahtem můt, mit gůtem willen und mit rat unser lant bi dem Rein, ze Baiern, ze Swaben und ze Ôsterrich freuntlich und lieplich getailt haben mit unsern lieben vettern Růdolfen, Ruprechten und Ruprehten pfalentzgraven bi dem Rein und hertzogen in Baiern und ir erben, als hernach geschriben stet:

2. Daz in ist ze irem tail angevallen di gůt, di zů der Pfalentz gehôrent und gehôren sůln, půrg, stet, mærcht, graven, freyen, dienstmanne, ritter, chnecht, land und leut und di veste Chub burch und stat, der Pfalentzgravenstein, Stalberch di burch, Stalek di burch, Brunshorn di burch, Bachrach, Diepach, Stegen, Mannheim, Heinbach, Trechtershusen di teler, Rinbůll der marcht, Fůrstenberch di burch, Richenstein di burch, Stronburch di burch, Altzey burch und stat, Winheim burch und stat, Wachenheim di burch, Wintzingen di burch, Wolfsperch di burch, Elbstein di burch, Erpach di burch, Lindenvels di burch, Rinhusen di burch, Heydelberch di obern und nidern burch und di stat, Wizzenloch burch und stat, Harpfenberch di burch, Obercheim di burg, Landesere di burg, Turon di burch und di pfalentz und swaz dazů gehôrt, Stainsperch di burch, Welersow di burch, Neunstat di stat, Hilerspach di stat und Agersheim di stat und swaz zů den vorgnanten bůrgen, steten und mærchten gehôrt. Und dar zů ist in gevallen zů irem tail uz dem vitztumambt ze Lengenvelt Hilpoltstein di burch,

1) *Capita 14—16. in Reversalibus comitum Palatinorum aliquantulum discrepant.*

Louff der marcht, Hohenstein di burch, Hærspruk der marcht, Hertenstein di burch, Pægnitz, Velden und Plech di mærcht, Franchenberch di burch, Waldeck di burg, Pressat, Chemnaten und Ærndorf di mærcht, Turndorf di burch, Eschenbach der marcht, Aurbach der marcht, Neitstein di burch, Werdenstein di burch, Neunmarcht di stat mit der hofmarch ze Perngŏw, Heunspurch di burch, Perg di burch, Mekenhusen di burch halb, Pfaffenhoven di burch, Lauterhoven der marcht, Grůnsperch di burch, Sultzbach burch und stat, Rosenberch di burch, Hirzow der marcht, Amberch di stat, Napurch di stat, Neunstat di stat, Stŏrnstein di burch, Můrach di burch, Viechtach der marcht, Neunburch di stat, Wetternvelt di burch, Rotigen, Nitnow di mærcht, Dræzwitz di burch, Peilstein di burch, Segensperch di burch, Waldow di burch halb, Stevening di burch, Swartzenekk di burch, und swaz die pŭrg stent und di mærcht von dem rich, Vlozz burch und marcht, Pargstein di burch, Weiden, Vohendræzz und Lů di mærcht, und swaz zů den vorgenanten pŭrgen, steten und mærchten gehŏrt.

3. So ist uns, unser chind Ludwigen marchgraven ze Brandenburch, pfalentzgraven bi dem Rin und hertzogen in Baiern und Stephan pfalentzgraven bi Rein und hertzogen in Baiern und ir erben zů unserm tail angevallen Můnchen di stat, Vohburch burch und marcht, Sigenburch burch und marcht, Mainberch burch und marcht, Gerolvingen di purch, Chesching burch und marcht, Neunburch burch und stat, Fridberch burch und marcht, Můlhusen di purch, Snaitpach di purch, Schiltperch di purch, Aychach und Schrovenhusen di mærcht, Mŏringen di burch, Swabek di burch, Landsperch burch und stat, Lechsperch di burch, Wolfrathusen burch und marcht, Tŏlnz burch und marcht, Grůnwalt di burch, Ayblingen burch und marcht, Valey di burch, Swaben burch und marcht, Wazzerburch burch und stat, Chlingenberch di burch, Hadmarsperch di burch, Chůfstein burch und stat, Aurburch di burch, Ratenberch burch und marcht, Werberch di burch, Chitzpůhel di stat, Ebs di burch, Valchenstein di burch, Dachow burch und mart, Heimhusen di burch, Pæwl di burch, Widersperch di burch, Murnow burch und marcht, Rotenekke di burch, Reikershoven di burch, Hŏhsteten burch und stat, Hagel di burch, Donrsperch di burch, Peitengow di burch, Schongŏw di stat, Treusheim di burch, und swaz Arensperch burch und marcht stet, Neunstat di stat, Ingolstat di stat, Altenneunburch di burch, Rayn di stat, Gamersheim der marcht, Geisenvelt der marcht, Ebenhusen der marcht, Pfaffenhoven der marcht, Weilheim di stat, Werd di stat, Lougingen di stat, Gundolfingen burch und stat Mænchingen di burch und swaz zu dem vitztumambt ze Můnchen gehŏrt und gehŏren sol. Und zů dem selben tail gevellet auch auz dem vitztumambt ze Lengenvelt di burch ze Lengenvelt und der mart, Chalmůntz burch und marcht, Smidmůln der marcht, Regenstouff burch und mart, di vorstat ze Regenspurch, Weichs di burch, Velburch burch und marcht, Leutzmanstein di burch, Hembaur di stat, Rietenburch burch und stat und alle di recht ze Regenspurch in der stat di zů der purgrafschafft zů Rietenburch gehŏrent und der werd in der Tůnaw ze Regenspurch, Tahenstein di burch, Egersperch di burch, Altmanstein di purch und mart, Holnstein di burch, Viehusen di burch und Swainkendorf der margt und swaz zů den vorgnanten bŭrgen, steten und mærgten gehŏrt.

4. Und sůln wir, unsereu chint Ludwig und Stephan und ir erben den unsern und unser vorgenanten vettern und ir erben den iren tail inne haben mit alle dem daz zů den selben vesten und gůten gehŏrt an leuten, an gůt, an gerichten, dŏrfern, weilern, wælden, vŏrsten, hŏltzern, wazzern, vischrein, wiltpan, strazzen, gelaiten, chirchensætzen, manlehen, herschofften und lantgerichten und anders swaz da zů gehŏrt, besůchts und unbesůchts, erbawens und unerpawens, als ez von unsern vodern her chomen ist. Ez sůln auch unser vettern und ir erben leihen alle di lehen di zů irem tail gehŏrent, also sůln wir auch leihen alle di lehen di zů unserm tail gehŏrent. Und mit namen sůln si leihen Cholberch di burch und als der strich get von Cholberch gen Weizzen-

burch und uf gen Franchen und gen Bŏhaimer wald. So sůln wir mit[a] namen leihen alle di lehen als der strich get von Weizzenburch auf gen dem gepirg gen Swaben und gen Obernbayern und di vesten und gůt Wazzertrůhendingen, Chræulsheim, Hohenart, Lor, Stopfenheim und Lerpawr sůln wir und si mit einander eingewinnen und mit einander tailen, als vil wir ir gewinnen můgen. Auch sůln wir und si die Wachow in Österreich und swaz dazů gehŏrt mit einander lŏsen und gelich haben und niezzen.

5. Wir sůln auch, unsereu chint Ludwig und Stephan und ir erben unsern vettern und iren erben mit leib und mit gůt mit gantzen triwen zůlegen und beholfen sein gen allermænchlich swie er genant sei iedem manne ze sinem rechten, also sůln si uns herwider tůn. Wir sůln auch unser herschafft, vesten und gůt nieman geben noch verchauffen und swaz wir ir verchauffen můzzen, di sůln wir in ze chauffen geben und anders nieman, daz sůln si uns herwider tůn. Wir sůln auch unser veste und gůt swie di genant sint nicht versetzen dheinem chůng noch fůrsten, er sei pfaff oder lay, also sůln si auch tůn. Wir sůln auch unser herschafft, půrg, stet und gůt nieman leihen, versetzen und verwechseln mit geværd auf iren schaden, daz selb sůln si uns herwider tůn.

6. Und ob der herren, dienstmanne, ritter oder chnecht einer oder mer di zů unsern landen gehŏrent von uns und von dem land cheren wolten, so sůln wir beidenthalben uf den oder uf si an einander geholfen sein, als lang untz daz wir ez dazů bringen, daz si bei der herschaft und bi dem land beleiben. Wir sůln auch ir diener di in mit dem tail gevallen sint oder di in iren landen gesezzen sint wider si nicht versprechen noch si di unsern wider uns.

7. Auch sůln si den ersten Rŏmischen chůng welen fůr sich und fůr iren tail. So sůln unsereu chint Ludwig und Stephan oder ir erben den andern Rŏmischen chůng welen und also sol di wechslung der wal dez richs zwischen in und iren erben und unsern chinden und iren erben fůrbaz ewichlich beleiben. Und swenn ez da zů chumt daz si den Rŏmischen chůng welen sůln, so sůln si und ir erben unsereu chint und ir erben bewaren und besorgen gen dem Rŏmischem chůng als sich selben, daz in widervar umb lehen, umb satzung und umb andereu recht, di si haben sůln von dem rich und di zů iren landen gehŏrent, di unser baider vodern gehabt haben und an uns und an si bracht haben, daz selb sůln unsereu chint und ir erben in und iren erben hin wider tůn, als oft di wal dez richs an si chůmt. Und ob unsereu chint oder ir erben si oder ir erben irreten oder ůberfůren an der wal dez richs und si nicht wolten lazzen welen, als si billichen solten als vorgeschriben stet, so sůln unsereu chint und ir erben di wal dez richs verlorn haben und sol danne di wal dez richs an si und ir erben gevallen und ewichlichen an in beleiben. Ze gelicher weiz sol di wal dez richs an unsereu chint und ir erben gevallen und ewichlichen an in beleiben, ob si oder ir erben si irreten oder ůberfůren an der wal, so si welen solten.

8. Und ob wir oder unser chind ân erben vervaren, so sůln unser land, leut und herschaft und di wal dez richs uf si und ir erben gevallen und erben, also sůln herwider ir lant, leut, herschaft und di wal dez richs uf uns und unsereu chint erben und gevallen, ob si âne erben vervarent.

9. Und swaz chrieg, mizzhellung und auflæuff geschæhen zwischen herren, dienstmannen, rittern und chnechten die in unsern landen beidenthalb gesezzen sint, dar umb sůln unser vitztům bedenthalben tæg gen anander sůchen uf ein recht uf siben man und sol ieder vitztum von sinem untertan ein recht tůn, also daz der hintz dem man chlagt sol vier man haben und der chlager sol drei man haben. Und swaz di siben ertailend auf ir aid, daz sol dar umb geschehen, als untz her sitlich und gewonlich ist

628. a) *supra lineam add. or.*

gewesen zwischen dem Obern und dem Nidern land ze Bayern vor dem Wald. Und swaz grozzer auflæuf geschæh, di di vitztům nicht verrichten mŏchten, dar umb sůln di herren selb tæg sůchen gen einander uf siben oder auf neun man, di si under iren leuten bedenthalben dazů nemen, und di sůln ein recht dar umb sprechen in der bescheidenheit als vorgeschriben stet. Und swelher under den herren di vorgeschriben sache ůberfůr und dez nicht widertæt, swenne er dez ze red wurd gesetzet, dar nach in einem mânod, so sol dez herren lant und leut der ůbervaren hat dem andern der ůbervaren ist beholfen sein, als lang untz daz aufgericht und widertan wirt.

10. Unser vorgenanten vettern und ir erben sůln di lantgericht alleu besitzen, di zů dem lantgericht gehŏrent daz von dem lantgraven vom Leutenberg gechauft wart, âne swaz zů den gůten gehŏrt ze Lengenvelt und zů dem tail der nu zů Můnchen gelegt ist, daz sůln wir, unsereu chint Ludwig und Stephan und ir erben selb richten und di lantgericht und alle ander gericht selb in unserm tail besitzen und richten oder unser amptleut. Wir sůln auch alle di lantgericht besitzen di zů der grafschaft ze Hirzperch gehŏrent und da mit sůln unser vettern und ir erben nicht ze schaffen haben. Doch sůln si und ir erben alleu andereu gericht in irem tail richten oder ir amptleut.

11. Auch sůln wir, unsereu chint und ir erben in unserm tail lŏsen, swaz dar inne versetzet oder verchummert ist, also sůln si und ir erben tůn in irem tail.

12. Wir sůln auch, unser chint und ir erben in unserm tail gelten grafen, freyen, dienstmannen, rittern, chnechten, purgern, richen und armen allez daz man in gelten sol untz auf disen heutigen tag gar und gæntzlich, als ir brief sagent, also suln si und ir erben tůn in irem tail. Auch sůln wir, unser chind Ludwig und Stephan und ir erben gelten gen Auspurch, gen Ulme und in daz Nider lant ze Bayern und damit sůln unser vettern und ir erben nicht ze schaffen haben.

13. Ist auch daz wir ander erben gewinnen, mit den sůln unser vettern und ir erben leben und gen in in den tædingen, gedingen, gelůbden und ordenung sein in aller weiz als gen uns, unsern chinden Ludwigen und Stephan und iren erben, also sůln di selben erben gen unsern vettern und iren erben hin wider sein.

14. Und daz wir, unsereu chint Ludwig und Stephan und ir erben di vorgeschriben tailung [und][b] tæding in allen iren stukchen, artikeln und půnden stæt und gantz haben und halten, daz haben wir gehaizzen und gelobt fůr uns und si bi dem ayd, den wir dem rich gesworen haben. Und ob wir, unser chind oder ir erben daz ůberfůren, so sůln unser lant und leut unsern vettern und iren erben warten, gehorsam und beholfen sein, als lang untz daz widergetan wirt daz ůbervaren ist, alsam sol uns auch geschehen, ob si uns ůberfůren. Und dez sůln auch land und læüt beidenthalben sweren ze den heyligen.

15. Und dar ůber ze urchůnd geben wir disen brief mit unserm chaiserlichem insigel versigelten und mit den gezeugen di hernach geschriben stent: der wolgeporn Polk hertzog von Polan unser lieber fůrst und swager, Ludwig hertzog von Tek, Gerloch von Nazzow, Berchtolt von Graizpach von Marsteten genant von Neiffen und Fridrich von Ŏtingen grafen, Marquart von Sevelt, Heinrich von Eysoltzried, Heinrich von Ettenstat und Heinrich von der Wizen ritter, Heinrich probst von Ilnmůnster, Iohans Sax custer ze Spalt, Merbot von Můnchen und Symon Noderndorfer unser schreiber, Heinrich chorherre ze Ilnmůnster und Albrecht Snelstorfer chirchherre ze Půch unserr vettern schreiber.

Der brief ist geben ze Pavie, an dem Freytag vor Oswaldi, do man zalt von Christs geburt dreuzehenhundert jar dar nach in dem[c] neunundzwaintzigistem jar, in dem fůmftzehenden jar unsers richs und in dem andern dez chaisertůms.

---

628. b) *excidit or.* c) in dem *in corr. or.*

## 629. PROVISIO CIVITATIS FLORENTINAE PRO MARCO VICECOMITI.
### 1329. Aug. 2.

*Servatur in Libro Provisionum a. 1329* (c.) *B nr. 26 tabularii regii Florentini. — Ed. Ficker 'Urkunden zur Gesch. des Roemerzuges' p. 140 nr. 289 ex* c. *Editionem repetimus* [1].

Cum magnificus miles dominus Marchus de Vicecomitibus de Mediolano hiis temporibus multa fuerit operatus pro exaltatione sancte matris ecclesie et prospero statu suorum devotorum et fidelium et pro confusione damnati Bavari suorumque complicum et fautorum, et maxime in procurando civitatem Mediolani rebellari dicto Bavaro et reduci ad obedientiam sancte Romane ecclesie et domini Iohannis divina providentia summi pontificis et in procurando et faciendo civitatem Lucanam rebellari Bavaro predicto et in procurando ipsam civitatem Lucanam ex toto reduci ad devotionem et obedientiam sancte Romane ecclesie et dicti domini summi pontificis et pacem et unionem devotorum suorum et maxime Florentinorum et in operando expulsionem vicarii dicti Bavari de civitate Pisarum et rebellionem ipsius civitatis dicto Bavaro, et multa alia operatus fuerit circa reductionem Pistoriensium et illorum de Valle Nebule ad devotionem sancte Romane ecclesie et ad pacem et concordiam cum Florentinis ac recuperationem castri Montismurli communi predicto et tandem venerit ad civitatem Florentie pro mediando et proficiendo tractatum inter commune Florentie et Theotonicos detinentes

1) *In adnotatione subiungere liceat Pacis inter Guelfas et Pisanam civitates a. 1329. Aug. 12 ictae, quam in editionem nostram recipere longum est (ed. in forma integra Dal Borgo 'Raccolta di scelti Diplomi Pisani' (1765) p. 361—389 'Ex Arch. Secret. Civit. Vulater. B. num. 18. Anno 1329'; extr. apud Ficker l. c. p. 141 sqq. ex Copiario 'Capitoli XXII' f. 204—209 tabularii regii Florentini; Böhmer, Reg. Ludw. p. 244 Reichssachen nr. 99 (sine dato); cf. Davidsohn 'Gesch. von Florenz' III, 878 not. 1), caput imperatorem tangens (Ficker l. c. p. 142):*

[De Bavaro non receptando etc.]

Item quod commue Pisarum non receptabit in civitate Pisarum vel districtu Lodvicum olim ducem Bavarie vel eius stipendiarios nec aliquos alios, qui venirent sub nomine imperatoris vel regis contra mandatum ecclesie et summi pontificis, nec pro eis vel aliquo eorum mittet nec eis vel alicui eorum prestabit vel dabit auxilium, consilium vel favorem, sed erit, stabit et perseverabit dictum commune Pisarum iu rebellione ipsius Lodvici olim ducis Bavarie et stipendiariorum eius et aliorum, qui venirent sub nomine regis vel imperatoris contra mandatum sancte matris ecclesie et summi pontificis. Commune vero Florentie teneatur, si dictus Baverus vel alius, qui veniret sub nomine imperatoris vel regis coutra mandatum ecclesie et summi pontificis, guerram faceret vel veniret contra commune Pisarum, dare ipsi communi Pisarum auxilium et favorem cum suo posse de gente et pecunia vel altero eorum ad petitionem communis Pisarum coutra dictum Baverum et eius stipendiarios et contra quemcunque alium, qui veniret sub nomine imperatoris vel regis contra mandatum ecclesie et summi pontificis, in defensionem civitatis et districtus Pisarum et Pisanorum et offeusionem dicti Baveri et suorum stipendiariorum et offensionem etiam predictorum, qui venirent sub nomine imperatoris vel regis contra mandatum sancte matris ecclesie et summi pontificis, ut dictum est, et stipeudiariorum ipsorum. Et e converso dictum commune Pisarum teneatur, si dictus Baverus vel alius, qui veniret sub nomine imperatoris vel regis contra mandatum ecclesie et summi pontificis, guerram faceret vel veniret contra commune Florentie vel contra dictam civitatem Lucanam, in quantum ipsa civitas Luce veuiret in gubernationem predictam vel amicitiam communis Florentie, dare ipsi communi Florentie et communi Luce in casu predicto auxilium et favorem cum suo posse de gente et pecunia vel altero eorum ad petitionem dicti communis Florentie contra dictum Baverum et eius stipendiarios et quemcunque alium, qui veniret sub nomiue imperatoris vel regis contra mandatum ecclesie et summi pontificis, in defensionem civitatis et districtus Florentie et Florentinorum et dicte civitatis Luce et Lucanorum in casu predicto et offensionem dicti Baveri et suorum stipendiariorum et offensionem etiam predictorum, qui venirent sub nomine imperatoris vel regis contra maudatum ecclesie et summi pontificis, ut dictum est, et stipendiariorum ipsorum.

civitatem Lucanam pro reducendo ipsam civitatem Lucanam ad devotionem et obedientiam suprascriptas et ad pacem et tranquillitatem cum devotis ipsius ecclesie et domini nostri summi pontificis et gubernationem et dispositionem dictorum devotorum et etiam venerit in ipsam civitatem Florentie pro eundo et se in totum subiiciendo reverentie ac obedientie sancte matris ecclesie et domini nostri summi pontificis, prout publice dixit et asseruit in presentia dominorum episcopi Florentini et episcopi Fesulani et inquisitoris heretice pravitatis in provintia Tuscie et reverendi viri fratris Guillelmi procuratoris generalis ordinis Predicatorum et nuntii sedis apostolice et aliorum prelatorum, clericorum et laycorum in multitudine copiosa, et ad requisitionem Florentinorum moram traxerit in civitate Florentie precipue pro perfectione suprascripta tractatus civitatis Lucane et sumptus non parvos fecerit in dicta civitate tum propter decentiam sui status tum propter magnam carestiam, quam secum habebat, et tum propter carestiam, que erat in civitate Florentie, et propterea expedierit quod pro parte communis Florentie dicto domino Marcho subventum fuerit tam propter sumptus factos occasione more predicte quam etiam pro subsidio eidem impendendo pro eundo et se presentando ad pedes dicti summi pontificis ad se subiiciendum obedientie dicti summi pontificis et humiliter veniam postulandum de commissis, sine quo subsidio ire non poterat, propter que domini priores artium et vexillifer iustitie presentialiter in officio residentes habito colloquio et tractatu cum offitio duodecim bonorum virorum et thesaurariorum et cum gonfalonieribus societatum et capitaneo guerre necnon cum paciariis et multis aliis sapientibus et bonis viris civitatis Florentie fecerunt eidem domino Marcho vice et nomine communis Florentie donari causis suprascriptis mille florenos auri etc.

---

# 630—642. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.

## 1329. Aug. 6.—27.

### 630. *Infeudatio Ottorini Vicecomitis.* *Aug. 6.*

*Copiae 1 saec. XVI. in tabulario regio Mediolanensi; contulimus nos;*

*2 partim corrosa saec. XIV. in tabulario communis Papiensis; descripsit iam olim J. Ficker lacunis indicatis;*

*Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 317 nr. 506 ex* 2.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 277 nr. 2715 (Addit. II).*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis sacri imperii fidelibus, ad quos presentes pervenerint gratiam suam et omne bonum.

Hanc legem imperialis celsitudo solempniter profitetur, ut illos qui semper ferventi promptitudine et obsequiosa voluntate ipsi sacro Romano imperio necnon imperatoribus et regibus Romanorum benivolentius paruerunt et fideliter servierunt iuxta officium caritatis respiciant privilegio amoris et gratie specialis. Cum igitur nobilis ac strennuus vir Ottorinus Vicecomes filius quondam Uberti Pichi Vicecomitis de Castelleto, noster et sacri imperii Romani fidelis dilectus, suis successivis obsequiis et fidelitatibus prompta et grativa voluntate semper erga nos et dictum sacrum imperium benivolus apparuerit et existat, ipsius iustis supplicationibus favorabiliter et gratioxe annuere cupientes, sibi possessionem seu quaxi meri et misti imperii et simplicis iurisdictionis castri et terre de Castelleto dioc. Novarien. et territorium eorum et hominum seu in homines eorundem et omnium pedagiorum seu toloneorum hactenus ibi coligi, exigi et percipi solito-

rum et piscariarum fluminis Ticini infra ipsum territorium et ipsa[a] merum et mistum imperium et simplicem iurisdictionem per se et eius vicar(ios) exercendi et omne ius ipsi Ottorino competens in predictis approbamus et ratificamus et presenti[s] scripti patrocinio confirmamus necnon etiam innovamus et ex certa scientia sibi suisque successoribus per se vel per alios exercenda, exigenda et habenda concedimus. Ex certa scientia revocantes omne privilegium omnemque confirmationem, concessionem vel dationem qualescunque comuni vel hominibus de Castelleto vel alii singulari persone vel comunitati per personam quamcunque, cuiuscunque status existat, vel aliquem nostrum predecessorem imperatorem Romanorum vel regem de predictis vel aliquo predictorum, si qua vel si que facta vel facte appareant, cuiuscunque forme vel tenoris exista[n]t, omneque ius cuiuslibet persone singularis, cui diceretur competere in predictis vel ratione possesionis alicuius vel aliter quocunque modo, volentes hanc nostre confirmationis et concessionis paginam perpetuam firmitatem obtinere, predictis et iuribus aliis quibuscunque, etiamsi de eis oporteret mentionem fieri specialem, non obstantibus ipsis omnibus privilegiis, confirmationibus, concessionibus et iuribus quibuscunque, ex certa scientia derogantes. Mandantes comunitati seu comuni predictorum castri et terre de Castelleto, quatenus predicto Ottorino nostro et imperii fideli dilecto eiusque successoribus et vicariis in omnibus ut suis rectoribus et nulli allii pareant fideliter et intendant. Alioquin penas et banna, quos et que ipse suique successores contra inobedientes, delinquentes, contumaces aut transgressores quoslibet tulerint, exnunc auctoritate imperiali approbamus et volumus inviolabiliter observari, volentes ut easdem penas et banna possint per se suosque vicarios et nuntios, quandocunque voluerint, exigere et habere. Iubemus etiam firmiter et districte, ne ulla persona alta vel humilis, cuiuscunque condictionis existat, nec ulla universitas nec comune aliquod predictum Ottorinum eiusque successores et vicarios suos in suprascriptis possessionibus, confirmatione et concessione, mero et misto imperio, simplici iurisdictione et pischariis et pedagiis impediant aliqualiter vel perturbent, maxime occaxione vel racione alicuius confirmationis vel privilegii hactenus facte vel facti seu concessi, si indignationem imperialis maiestatis vel gravem eius offensam voluerint evitare. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Papie, sexto mensis Augusti, sub anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione duodecima, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

### 631. *Facultas monetae cudendae Gerlaco comiti de Nassow concessa.* *Aug. 8.*

*Originale in tabulario regio Wisbadensi. Contulimus nos. Sigillum parum laesum pendet filis sericis rubei flavique coloris. In plicae parte dextra legitur:* ℞. — *Ed. Böhmer, 'Acta imperii selecta' p. 499 nr. 729 ex apogr.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 64 nr. 1050.*

*Cf. infra nr. 636.*

*Concessionis Iudaeos tangentis eidem eodem die factae originale valde corrosum ibidem servatur (ed. Böhmer-Lau 'Codex diplomaticus' II, 269 nr. 363 ex* or.; *Böhmer, Reg. Ludw. p. 359 nr. 3262 (Addit. III)). In cuius plicae parte dextra item legitur eadem manu exaratum:* ℞.

Wir Ludwig von Gots genaden Rômischer cheiser ze allen ziten merer dez richs verjehen offenbar mit disem brief, daz wir unserm lieben swager Gerlachen grafen von

**630.** a) ipsi 1.

Nazzow di besundern genaden getan haben von unserr cheiserlicher milt und gewalt umb sin getriwe dienst, die er uns getan hat und noch tůn sol, erloubet haben und verlihen im und sinen erben und erlouben und verlihen mit disem brief, daz si gewalt haben můgen und sůln ewichlich Haller můnz ze schlahen ze Wysbaden an gůt, an gewigt, loͦtigheit, gebræch, werd gewonlicher můnz und an aller wize und gestalt und gewonheit, als man si schlahen sol und machet ze Franchenfurt, ze Spire, ze Nůrenberch und in andern unsern und dez richs steten. Und da von wellen wir und gebieten allen unsern und dez richs getriwen bi unsern hulden, daz si den vorgenanten Gerloch graven von Nazzow und sin erben daran mit dheinerlay sachen irren noch engen. Dar ůber ze urchůnd geben wir disen brief versigelten mit unserem cheiserlichem insigel.

Der brief ist geben ze Pavie, an dem Dinstag vor sand Laurentii tag, do man zalt von Christs geburt dreuzehenhundert jar darnach in dem neunundzwaintzigstem jar und in dem fůmftzehenden jar unsers richs und in dem andern dez cheisertums.

## 632. *Recognitio debiti.* *Aug. 8.*

*Originale* (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 378. Descripsimus nos. Sigillum, quod filis sericis pendebat, desideratur.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 277 nr. 2716 (Addit. I).*

Wir Ludowick von Gotes genaden Roͦmescher chaiser ze allen ziten an merer des rychs chůnden und verjehen offenlich an disem brief, das wir dem vestem manne Renharden von Westernburch unserm triuwen diener von der dienst wegen, so er ůns[a] getan hat ze Lamparten, ze Tuscan und anderswa, schuldick sien und gelten sůlen tusent neunhundert und achzig guldin und von der die[n]st[b] wegen, so ůns und dem rich Hans getan hat von Westernburg sellig, soͦl wir dem vorgesriben Renharden von Westerburch neunhundert und achtzig guldin gůtes gewigtes und gebes. Und dar ůber ze urchunt geben wir im disen brief mit unserm cheiserlichem insigel versigelt.

Der brief ist geben an dem achtoten tag in dem Augzt, do man zalt von Cristes gebůrt driutzehenhundert jar und in dem neunundzwaitzigisten jar, in dem funftzehenden jar unsers richs und in dem andern unsers cheisertůms.

## 633. *Legitimatio filii naturalis.* *Aug. 11.*

*Originale* (or.) *Hagae comitum in tabulario regni Neerlandici. Contulimus ad imaginem photographicam benivolenter transmissam. Sigillum desideratur filis sericis viridis et albi (olim violacei?) coloris relictis. Manu ut videtur Italica scriptum est. In dorso forsitan scriptum erat stilo acutissimo exaratum:* [pen]de[nti]*; litterae tantum* de *adhuc legi possunt; cf. nr. 636.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 319 nr. 2969 (Addit. II).*

*Cf. infra nr. 653. 654.*

‖Lu‖dowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Wilhelmo de Duvenvorde militi, suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

Licet primevus tue nativitatis ortus, qui non est de legittimo matrimonio procreatus, a quibuslibet actibus legittimis et civilibus honoribus te excludat, quia tamen bone conversationis habes testimonium et virtutis, ut erga te clementia clareat augustalis, cum nasci ex illicito coitu non sit culpa geniti, sed pocius generantis, venia quoque digni sunt, qui vicio elaborant alieno, te legittimamus, habilitamus et restituimus

**632.** a) er ůns *in loco raso artius scripta or.* b) der diest *in loco raso or.*

ad omnes singulos et singulas honestates et honores, dignitates et actus legittimos et civiles. Tollentes et auferentes a te quamlibet illegitimitatis maculam atque notam, tecum in hiis et omnibus aliis super dicto defectu ex certa nostra sciencia dispensantes. Ita quod succedere valeas et heres ex testamento et ab intestato existere parentibus tuis aut quibuscumque aliis seu alio quocumque relicti tytulo recipere vel habere et omnia alia exercere et ad ea assumi ut legittimus et que rite cadere possent, si ab origine fuisses legittime procreatus. Non obstante aliqua lege iuris vel statuti, generali vel speciali et specialiter illa lege que spurios [et][a] manzires nisi ex certa sciencia legittimari probibet[1] et quibuscumque aliis, quorum in premissis fieri deberet mentio specialis, quibus omnibus quoad premissa de plenitudine imperatorie potestatis ex certa sciencia derogamus, omnique erga te excepcione et obieccione prolis legittime quiescente. In quorum testimonium presentes conscribi maiestatisque nostre sigillo iussimus conmuniri.

Dat. Papye, undecima die mensis Augusti, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

### 634. *Collatio marchionatus Landisbergensis.* *Aug. 11.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Berolinensi. Contulimus nos. Sigillum laesum pendet filis sericis viridis et violacei coloris. Manu ut videtur Italica exaratum est. In dorso scripta sunt:* Sigillet(ur) pendenti. B(er). s(ub)s(crips)it.*; cf. supra nr. 624; itemque alia manu* Collacio marchionatus Landisberg.*; itemque tertia manu in margine inferiori* Copietur[2]*; demum manu saec. XV.* inutilis.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 65 nr. 1052.*

¦Lu¦dowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus illustri Ludowico marchioni Brandeburgensi archicamerario sacri imperii, primogenito nostro dilecto graciam suam et omne bonum.

Amor naturalis et probitatis tue merita maiestatem nostram excitant, ut te, qui columpna principalis sacri imperii de marchionatu Brandeburgensi fieri meruisti, prerogativis et gratiis specialibus honoremus. Eapropter maiestati nostre oblata tua peticio continebat, quod marchionatus Landesbergensis cum omnibus iuribus, membris et pertinenciis ipsius spiritualibus et temporalibus, corporalibus et incorporalibus necnon cum civitate et castro Sagerhusen et aliis civitatibus, castris, villis et vasallis ad eundem marchionatum acquisitis et comparatis olim ad marchiam Brandeburgensem pertinuit, sicut felicis memorie illustres Henricus et sui fratres quondam marchiones Brandeborgenses ipsum marchionatum Landesbergensem cum predictis tenuerunt et corporaliter possederunt. Nunc vero quia tibi marchiam Brandeborgensem cum integritate omnium iurium suorum, sicut eam antecessores tui marchiones Brandenburgenses quondam tenuerunt et possederunt, ad nos et sacrum imperium per mortem dictorum marchionum libere devolutam tytulo contulimus pheodali, supplicas ut dictam marchiam Landesbergensem cum civitate et castro Sagerhusen necnon cum aliis acquisitis et comparatis per marchiones predictos ad predicta tamquam de corpore marchie Brandeburgensis existencia dignemur marchie Brand(eburgensi) predicte reunire. Nos igitur, qui unicuique quod est suum imperiali providentia tribuere tenemur, tibi, heredibus aut successoribus tuis in marchia Brandeborgensi et ipsi marchie Brand(eburgensi) tamquam verum membrum suo vero corpori dictam marchiam Landesbergensem cum civitate castroque Sagerhusen, cum acquisitis et comparatis per marchiones predictos ad pre-

633. a) *excidit in fine lineae or.*

1) *Nov. 89, 15.* 2) *Cf. supra nr. 388.*

dicta, cum omnibus iuribus, membris et pertinenciis ipsorum spiritualibus et temporalibus, corporalibus et incorporalibus reassignamus, reincorporamus, reannectimus simpliciter et unimus de imperialis plenitudine maiestatis. Salvis tamen in omnibus et per omnia iuribus illustribus Mechildi sorori nostre in donacione propter nuptias per illustrem Henricum marchionem quondam Brandeb(urgensem) et dilecto nostro swagero Magno duci Bruneswicensi habente[a] filiam dicte sororis nostre in uxorem per maiestatem nostram[b] pro dote vel nomine dotis in dicta marchia Landesbergensi factis vel alias legitime constitutis[1], quibus ob predicta nullum preiudicium volumus aliqualiter generari. Mandamus igitur universis et singulis dicti marchionatus Landesbergensis, civitatis et castri Sagerhusen necnon civitatum, castrorum, villarum aut aliorum quoruncunque comparatorum vel acquisitorum ad predicta incolis, comitibus, nobilibus, baronibus, militibus, militaribus, vasallis, civibus et plebeis, quatinus tibi, heredibus aut successoribus tuis in marchia Brandeburgensi debitam fidelitatem faciant et homayum[c] tamquam suo vero domino per nostram maiestatem eisdem legittime constituto. In cuius rei testimonium presentes conscribi maiestatisque nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Papye, XI. die mensis Augusti, anno ab incarnacione Domini MCCCXXIX, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

## 635. *Privilegium pro Iacobo episcopo cardinali Ostiensi et Fenzio de Prato fratribus. Aug. 14.*

*Originale in tabulario regio Mantuano*[2]. *Descripsimus nos. Pendet sigillum laesum filis sericis viridis flavique coloris. In dorso legitur manu saec. XV. scriptum:* pri(vilegium) de bonis imperii. — *Ineditum.*

‖Lu‖dovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus reverendo in Christo Iacobo Ostien(si) et Velletren(si) episcopo[3] principi nostro dilecto ac nobili viro Fençio condam Albertini de Prato eiusdem germano familiari nostro dilecto, nepotibus recolende memorie olim venerabilis in Christo fratris Nicolai Ostien(sis) et Velletren(sis) episcopi cardinalis, nostri sacri Lateranen(sis) palatii comitibus, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Imperialem celsitudinem decet et merito ad illos aciem pie considerationis convertere necnon manum adiutricem porrigere, qui ob defensionem sacri imperii personarum discrimina atque suarum amissionem rerum subire voluntate spontanea non cessarunt, ut adversitatum multitudinem copiose gratie recompensent. Hinc est quod nos attendentes vos Iacobum et Fençium ac predecessores vestros extitisse ac esse conditionis huiusmodi, dignum valde reputandum duximus specialibus vos munificentiis decorandos et variis attollendos beneficiis imperiali celsitudini tanquam gratos. Eapropter cupientes vos tanquam benemeritos favoribus prosequi gratiosiś, omnia bona corporalia et incorporalia ad nos et Romanum imperium pertinentia fiscali vel patrimoniali iure vel quoquo alio pertinere noscantur, que vulgariter in castro nostro de Prato Pistorien. diocc. bona imperii nuncupantur sita in locis et villis infrascriptis, quorum quidem bonorum et possessionum una pars est sita in loco dicto Pacciana, alia est in loco seu comuni Ville Sancti Martini, altera vero in loco seu villa de Coiano, alia autem pars in villa seu comuni Pedemontis et alibi in toto territorio predicti castri de Prato extra tamen muralem ambitum dicti castri et omnia iura pro predictis nobis

**634.** a) *ita or.* b) *signo posito scriptum post* dotis *or.* c) homay|um *or.*

1) *De his rebus scripta servata non sunt.* 2) *Cf. 'Archivio storico Lombardo III. Serie' XVII, 335.* 3) *Iacobus ep. Castellanus a Nicolao V. antipapa die 15. m. Mai. a. 1328. in cardinalem promotus.*

ac Romano imperio pertinentia quoquo modo usque ad valorem redditus annualis florenorum trecentorum auri, superfluo si quod est in suo presenti statu mansuro, tibi Iacobo ac tibi Fençio vestrisque heredibus ex agnationis tamen linea venientibus cum omnibus iuribus, redditibus, fructibus et pertinentiis suis ac aquis, agris, pascuis, vineis, nemoribus, campis tam cultis quam incultis sive colendis ex certa scientia motu proprio ac de plenitudine imperatorie potestatis concedimus, conferimus et donamus in nobile feudum a nobis ac sacro imperio tenenda in perpetuum pleno iure feudali. Non obstante aliqua concessione vel gratia de predictis facta per nostros predecessores alicui persone vel loco, collegio vel universitati, cuiuscunque conditionis vel dignitatis existant, sub quacunque verborum forma concessa generaliter vel specialiter ac etiam non obstante qualibet possessione, occupatione vel prescriptione per quoscunque homines vel personas, comune vel universitatem inde secutis vel habitis de eisdem et non obstante quod per rebelles et inimicos imperii possessiones iam dicte occupate ac in eorum forcia presentialiter teneantur. Et non obstantibus aliquibus legibus, contrarietatibus, consu[e]tudinibus vel statutis aut iuribus generalibus vel specialibus, que in predictis vel predictorum aliquo quomodolibet obviarent. Que omnia ex certa scientia tollimus, cassamus ac etiam revocamus et de potestatis plenitudine eisdem per presentes volumus derogari, ut perinde habeatur omnino, acsi de eis in presenti concessione expressa mentio haberetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis, donationis, revocationis et gratie paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, gravem indignationem nostram necnon penam centum marcharum puri auri pro dimidia nostre fiscali camere et pro reliqua dimidia parti lese applicandam se noverit incursurum. Salvis tamen et firmis permanentibus semper omnibus supradictis. In cuius rei testimonium presentes literas conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Papie, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, indictione duodecima, die quartodecimo mensis Augusti, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

## 636. *Facultas monetae cudendae Iohanni comiti de Sayn concessa. Aug. 17.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Wisbadensi. Descripsimus nos. Sigilli fragmentum parvum pendet filis sericis rubei viridisque coloris. In dorso leguntur stilo acutissimo scripta, vix legibilia:* Sigillet(ur) p(en)d(en)ti. B(er). s(ub)s(crips)it.; *cf. supra nr. 624.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 65 nr. 1053.*

*Cf. supra nr. 631.*

Wir Ludowig von Gotz gnaden Romischer kayser zu allen ziten merer des ryches verjehen offenbar mit disem brieve, daz wir dem edelin manne Johanne graven von Seyne die besunderen gnade getan haben von unserre kayserlichen milte und gewalt umb sine getrůwe dinste, die er uns getan hat und noch tůn sol, erlauben und verlihen ime und sinen erben und han erlaubet und verlihen mit disem gegenwŏrtigen brieve, daz si gewalt haben mŏgen und sůln ewechlich Haller můnze ze schlahene zu Seyne an gůte, an gewiht, an lŏtikeit, gebreche und gewŏnlicher můnze und an aller wise gestalt und gewonheit, als man si schlahen sol und machet zu Frankenvort, ze Spire, zu Nuremberg und in anderen unsern und des ryches steten. Und da von wellen wir und gebieten allen unsern und des ryches getrůwen bi unsern hůlden, daz si den vorgenanten Johanne graven von Seyne und sine erben dar an mit kayner hande sachen

irren noch hinderen. Dar uber zu urkunde geben wir disen brief versigelten mit unserme kayserlichen insigele.

Der brief ist gegeben zu Pavye, an dem nehsten Dunresdage nach unser Frawen tage assumpcionis, do man zalte von Cristes gebůrte dreuzehenhundert jare dar nach in dem nuneundzwenzigosten jare, in dem funfzehenden jare unsers ryches und in dem anderen des kaysertůms.

### 637. *Mandatum super infeudatione castri Altstede.* *Aug. 21.*

*Copia* (c.) *in Copiario Marchico R. 78a. 1 saec. XIV. fol. 9. tabularii regii Berolinensis. Contulimus nos. Est rubrum:* Remissio feodi castri Altstede ad dn̄m marchionem Brand.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 65 nr. 1055.*

Ludowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro dilecto sibi ac fideli Burch(ardo) comiti de Mannisveld gratiam.

Illustris Ludowicus marchio Brand(enburgensis) primogenitus noster dilectus maiestati nostre insinuavit ac etiam supplicavit diligenter, quatinus te ad ipsum tamquam vasallum suum de castro Altstede et pertinentiis ipsius remittere dignaretur[a] nostra imperialis celsitudo, quia ab antecessore suo marchione Wold(emaro) Brand(enburgensi) felicis memorie dictum castrum cum pertinentiis suis tenuisti tytulo feodali, insuper quia dicto nostro primogenito totam marchiam Brand(enburgensem) cum integritate iurium omnium et membrorum ipsius, sicut plenius pre ceteris tibi constat, eidem contulimus tytulo feodali et per ipsam marchiam Brand(enburgensem) ipsum sacri imperii archicamer(arium) fecimus et in columpnam ereximus principalem, et ob id te debere pocius suum inmediatum quam nostrum aut sacri imperii vasallum existere de predictis. Nos igitur, qui ex imperiali debito maiestatis unumquemque in suo iure tenemur conservare, si est ita quod castrum et pertinencia ipsius predicta ab antecessore primogeniti nostri predicti feodaliter tenuisti, te ad eumdem primogenitum nostrum tamquam vasallum ad suum verum dominum quoad dictum castrum et pertinentias ipsius remittimus in hiis scriptis ac de sacramento fidelitatis debite nobis ac sacro imperio facto per te de premissis absolutum te reddimus in hiis scriptis. In cuius rei testimonium presentes conscribi nostreque maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Papye, XXI. die mensis Augusti, regni nostri anno XV, imperii vero II.

## 638—641. SCRIPTA SUPER OBLIGATIONE CIVITATUM IMPERII COMITIBUS PALATINIS FACTA.

1329. Aug. 23.—26.

### 638. *Obligatio civitatum Mosbach et Sinsheim.* *Aug. 23.*

*Originale* (or.) *in tabulario generali Karlsruhano. Contulimus nos. Sigillum fere illaesum pendet filis sericis rubei viridisque coloris. In medio plicae scriptum est:* S. *In dorso leguntur:* R̷, *itemque:* Sigillet(ur) pend(enti). B(er). s(ub)s(crips)it.; *cf. supra nr. 624.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 65 nr. 1056. Regesten der Pfalzgrafen nr. 2064.*

Wir Ludewig von Gotes gnadin Romischer kayser zu allin zeitin ein merer des reiches vorjehen und tun kunt allin den die disin brief lesint oder horent lesin, daz wir

637. a) *punctis suppositis corr. ex* dignaremur *c.*

dem edelin furstin herzogin Rudolfe von Paiern unserm liebin vetern durch den willigin und nutzberin dienst, den er uns williclichin getan hat, und fur den schadin, den er in unserm dienste gegin Rome, do wir zu unser chrônunge dar furin, in Tuschanie, in Lampartin und anderswa in Welischin landin genumin und entphangin hat, im und siniu erblichin erbin in gegebin und vorsatzet habin unser und des reiches stete Mospach und Sůnsheim fur sechstausint march lôtiges silbers mit allim nutze, recht, gewonheit und zůgehordin innin und auzzen, die von recht oder von alter gewonheit dazu gehoret habin und gehorin und als wir si und unser vorvarn an dem reiche inne gehabt habin. Die selbin stete habin wir im vorsatzit und in gegebin also bescheidinlichin, daz wir oder unser nachchumin an dem reiche sullin des vollin und vrien gewalt habin, wenne wir mugin und wellin, sie zů losin umb sechstausint march silbers als vor beschribin ist umb in oder umb seine erbin an alle hindernisse und widerrede. Wir wellin und gebietin auch allin unsern amptleutin, richterin, schultheizen und gemeinlichin allin den die durch uns tůn und lazzin wellin bei unsern huldin, daz in oder wen er von seinir[a] wegin dar zu pflegern setzit, nieman haimlichin noch offenlichin hindern sol, sundern daz ir im oder seinin pflegern an seinir stat getreuwlichen mit rate, mit hilfe, ob sie unserm gebote ungehorsam sein wellin, gentzlichin beholfin seit, sie dazu zu bringen und zu haltin, daz si im an unser und des reiches stat huldin, swerin und gehorsam sein, also lange wenne daz wir oder unser nachchumin an dem reiche sie umb sechstausint march als vor geschribin ist erlosin. Und dar uber so gebin wir disin brief zu ainim sichtigin urchunde und zu ainim waren gezeuge diser sache vorsigelt mit unserm kayserlichim insigel.

Diser brief ist gebin zu Paveie, an sand Bartholomeus abend, nach Gots gebůrt dreutzehinhundert jar darnach in dem neunundzweintzigestin jare, in dem funfzehindin jare unsers reiches und in dem andern unsers kaysertumis.

## 639. *Mandatum Kraftoni de Hohenloch missum.* *Aug. 24.*

*Originale* (or.) *ibidem. Contulimus nos. Sigilli maiestatis dorso impressi vestigia adsunt. In verso leguntur:* . Sigillet(ur) a t(er)go. B(er). s(ub)s(crips)it.; *cf. supra nr. 624. — Ed. Weller 'Hohenlohisches Urkundenbuch' II, 288 nr. 345 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 359 nr. 3261 (Addit. III) male ad Iun. 24. Regesten der Pfalzgrafen nr. 2065.*

*Cf. infra nr. 709—713.*

Wir Ludwig von Gots genaden[a] Römischer cheiser ze allen zeiten merer dez richs enbieten unserm lieben getriwen dem edeln manne Chraft von Hohenloch lantvogt[b] unser huld und allez gůt.

Wir tůn diner bescheidenheit ze wizzen, daz wir von unserm cheiserlichem gewalt und durch besunder lieb, die wir haben zů unserm lieben vettern und fůrsten Růdolfen pfalntzgraven bi dem Reyn und hertzogen in Baiern, im di genad getan haben umb sin getriwe dienst, die er uns getan hat ze Lamparten ze unsrer chrônung[c] und anderswa von dez richs wegen, und haben im und sinen erben versetzet in pfantz namen Mosbach und Sůnsheim di[d] stet unser und dez richs umb sechstausent march silbers, der er schaden bi uns genomen hat und di dar gelegt hat, mit der bescheidenheit daz er di selben stet als lang inne haben sol, untz daz wir oder unser nachchomen si von im lôsen und gůtlich ledigen mit dem vorgeschriben gůt, als er unser brief darumb inne

638. a) seimir *or.*

639. a) *sequ.* genaden *cancellat. or* b) *supra lineam post add. or.* c) u *corr. ex* ů *or.* d) *per rasuram corr. ex* unser *or.*

hat[1]. Da von wellen wir und gebieten dir vestichlich bi unsern hulden, daz du unsern vorgenanten vettern da zů fůderst mit gantzem vlizz, daz im daz widervar daz im dar umb verschriben ist, und in nit nichteu dar an irrest, als du unser ungenad und grozzen zorn welst vermeiden.

Der brief ist geben ze Pavie, an sand Bartholomei tag, do man zalt von Christs geburt dreuzehenhundert jar dar nach in dem neunundzwaintzigstem[e] jar. in dem fůmftzehenden jar unsers richs und in dem andern dez cheisertums.

## 640. *Mandatum Engelberto de Weinsberg directum.* *Aug. 24.*

*Originale in tabulario secreto reipublicae Bawaricae. Descripsimus nos. Sigilli maiestatis dorso impressi vestigia adsunt. In verso leguntur:* . Sigillet(ur) a t(er)go. B(er). s(ub)s(crips)it.; *cf. supra nr. 624. — Ineditum.*

*Regesten der Pfalzgrafen nr. 2066.*

Wir Ludwig von Gots gnaden Rômischer cheiser ze allen zeiten ein merer dez richs enbieten unserm und dez richs lieben getriwen Engelhart von Winsperch unser huld und allez gůt.

Wir tůn dir chunt, daz wir den edeln fůrsten unsern lieben vettern Růdolfen und Ruprechten pfalentzgraven bi dem Rein und hertzogen in Bayern unser gunst und lieb erzaiget haben von unsern cheiserlichen gnaden und wellen und haben in vollen und vreyen gewalt gegeben von dir ze lôsen an unserr stat di burch und stat ze Gemůnden und cent dez richs, umb als vil si dir stend ze pfand und du si bewisen machst mit rechter zitlicher raitung und mit unsern und unserr vorvaren dez richs briefen. Si sůln auch nicht lôsen umb dheinen schaden, du můgst si denne dez recht und redlich bewisen. Da von wellen und gebieten wir dir vestichlich bi unsern hulden, daz du dez allez gehorsam seist an alle widerred und si dar an nicht irrest und tůst, swaz unser brief sag, den si dar ûber inne habend[2].

Der brief ist gegeben ze Pavie, an sand Bartholomeus tag, do man zalt von Christs geburt dreuzehenhundert jar dar nach in dem neunundzwaintzigstem jar, in dem fůmftzehenden jar unsers richs und in dem andern dez cheisertůms.

## 641. *Facultas civitatem Gamundensem redimendi.* *Aug. 26.*

*Originale ibidem. Contulimus nos. Sigillum fere illaesum pendet filis sericis rubei viridisque coloris. In medio plicae legitur:* S. *In dorso scripta sunt:* . Sigillet(ur) pend(enti). B(er). s(ub)s(crips)it.; *cf. supra nr. 624.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 65 nr. 1057. Regesten der Pfalzgrafen nr. 2067.*

Wir Ludwig von Gots genaden Rômischer cheiser ze allen ziten merer dez richs verjehen und tůn chunt offenlich an disem brief allen den di in sehen, lesen oder hôrent lesen, daz wir durch gunst und durch besunderlich lieb und triw, di wir von unsern chaiserlichen genaden haben zů den edeln fůrsten Rudolfe und Ruprechte brůdern pfalentzgraven an dem Rein und hertzogen in Baiern unsern lieben vettern, in vollen und vrien gewalt gegeben haben und geben ze lôsen unser und dez richs burch und stat ze Gemůnden und cent, di daz rich angehôrent mit allem recht, nůtzen, zůgehôrden, di da zů von recht oder von alter gewonheit gehôren, umb Engelharten von Winsperch unsern und dez richs lieben getriwen umb also vil gelts, als er an unsern und mit unserr vor-

**639.** e) neun *corr. ex* acht *or.*

1) *Supra nr. 639.* 2) *Infra nr. 641.*

varen an dem riche briefen und chuntschaft bewisen mag, und sůln si nicht lôsen umb dheinen schaden, er mûg in denne recht und redlich bewisen. Auch wellen wir und gebieten allen unsern und dez richs amptleuten, voyten, richtern, schultheizzen und amptman, daz si ieman dar an nicht hinder, besunder in bi unsern hulden getriwichlichen mit rate und mit hilf beholfen seit, wenne si ez an euch vodern, diselben burch und stat und cent da zů ze bringen und ze halten, daz si in an unserr stat hulden und gehorsam sein, also lang untz daz wir oder unser nachkomen an dem riche von in glôsen. Und dar ůber so geben wir disen brief ze einem sichtigen urchůnde diser sache versigelt mit unserm cheiserlichem insigel.

Der brief ist geben zu Pavie, do man zalt von Christs geburt dreuzehenhundert jar dar nach in dem neunundzwaintzigstem jar, an dem Samstag nach sand Bartholomeus tag, in dem fumftzehenden jare unsers richs und in dem andern unsers cheisertůms.

---

642. *Scriptum super tutela Friderici marchionis Misnensis.* *Aug. 27.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Dresdensi. Contulimus nos. Sigillum secretum pendet loro membranaeco. — Ed. B. Schmidt loco supra ad nr. 122 citato p. 325 nr. 676 ex* or.

Wir Ludowich von Gotes gnaden Romischer cheyser ze allen zeiten merer des reiches enbieten dem edeln manne Heinrichen dem jûngern vogt von Plawen gnant dem Reuzzen unser hulde und alles gut.

Wir haben daz wol vernomen, daz unser lieber aydem und fûrst Friderich marchgraf von Myssen dir gûtlich getan habe und dir deiner dienst, die du im biz her lange zeit getriwelich getan hast, ettewie vil gedanchet habe. Solt du wizzen, daz er uns gar liep dar an getan hat. Dar uber pit wir dich vleizzichlich, daz du fûrbaz des selben unsers aydem vormunt und pfleger seist, als du biz her gewesen pist, als lang untz wir dir ander botschaft dar umb enpieten. Da tůst du uns besunder liebe und dienst an. Und wellen auch churtzlich unserm aydem und dir unser potschaft senden. Doch wær daz daz du fûrbaz sein pfleger und sein vormunt niht gesein môhtest von chranchait wegen oder von andern sachen, wollen wir dir gûnnen und ist unser gût wille, daz du dich dar von nemest und ziehest, swanne du wilt. Und solt auch des von uns unverdaht sin ze allen zeiten. Ze urchůnde ditz briefs.

Der gebn ist ze Pavie, an dem Suntag nach sande Bartholomes tag, in dem fünftzehenden jar unsers reiches und in dem andern des cheysertůms.

---

## 643. UNIO DUCUM AUSTRIAE CUM EPISCOPO ARGENTINENSI. 1329. Aug. 8.

*Originale* (or.) *in tabulario caesareo Vindobonensi. Descripsimus ad imaginem photographicam a socio nostro H. Hirsch paratam. Pendent tria sigilla plus minusve laesa loris membranaceis. — Ineditum.*

*Reg. Lichnowsky 'Gesch. des Hauses Habsburg' III p. CCCCII nr. 780.*

Wir Albreht und Otto von Gottes gnaden herzogen zů Ôsterrich und zů Styre und wir Berthold von Gotz und des stůles von Rome gnaden erwelt und bestetiget bischof zů Strazburg tůnt kunt allen den die disen brief ansehent, lesent ôder hôrent

lesen, daz wir die vorgenanten gebrůdere mit unserz herren und brůderz von Gottes gnaden des Rômeschen kúng Frideriches rate, willen und gunst zů eime teile und wir der vorgenante . . erwelte bestetiget bischof zů dem andern teile durch gemeines friden willen und notdurft[a] unserre lúte und lender und bisunder durch der steten truwen willen so wir biz her zů einander[a] gehebet hant und von dis hin haben súllent, einre gantzen geweren frúntschaft úberein komen sint, also daz wir zů einander gesworn hant mit gestabeten eiden einander mit allen unsern herscheften, lúten, vesten und gůtern zů ratende und zů helfende mit unserre maht, also unsern eren gezimet, die wile wir lebent ôder deheinre under uns ane alle geverde gegen mengelicheme ane alleine gegen unserme heilgen vattere dem . . babeste und gegen dem riche. Und ôch also daz die verbúntnisse, die wir der vorgenante erwelte bestetigeter bischof mit unsern getruwen burgern von Strazburg getan hant[1], in irre kraft bliben sol uf die zit alse sú geschehen ist, und ôch nach deme zile so môgen wir mit in leben in iren eyginen sachen, alse wir wenen unserme gotzhuse nútze und gůt sin. Wir hant ôch bedenthalb den erwirdigen herren von Gotz gnaden abbet Cůnrate von Můrbach in dise frúntschaft zů uns genommen, also daz ôch er uns mit sinen vestenen, lúten und gůte beholfen sol sin gegen aller mengelicheme ane alle geverde. Und dez zů eime urkúnde so han wir die vorgenanten herzogen und erwelter bischof zů Strazburg unsere ingesigele an disen brief gehenket.

Der wart geben an deme Zistage vor sante Laurentien tage, dez jares da men zalte von Gottes gebúrte drúzehenhundertundnúnundzwenzig jar.

---

## 644. SENTENTIA CONSERVATORUM PACIS GENERALIS.
## 1329. Aug. 23.

*Originale* (or.) *in tabulario Darmstadiensi. Contulimus nos. Sigilli pacis parva fragmenta pendent loro membranacco. — Ed. W. Franck 'Gesch. der Reichsstadt Oppenheim' p. 290 nr. 67 ex* or.

*Cf. aliam sententiam eorundem pacis conservatorum a. 1329. Oct. 12 latam apud Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 2 p. 324 nr. 344.*

Ich Bertold voit von Ursele obirman des lantfriden[a] und die geswarn dar ubir bekennen uffinliche an disem briebe aln den die in sehin adir horn lesin, daz die bescheidin lude die burgere von Oppinheim von der gemeind der stad wene zu Oppinheim vor uns quamen zu[b] Frankenvord an daz lantgerichte uf sante Bartholometz abint und brachtin da zu vor uns rethliche und redeliche, alz sie mit dem urteile gewiesit worden, daz sie wedir vor einen byschof von Mentze adir vor den[c] stift[d] von Mentze nicht pantber wern und unbilche phantber sin. Zu urkunde und festir stedikeit alr dir vorscribin dinge hahin[e] wir unsir lantfridiz ingesigil an[e] dism brieb.

Der wart gegebin du man zalte noch Cristiz geburt druzenhůndirt jar in dem nůnundzwenzigistin jare, an sante Bartholometz abint des aposteln.

---

**643.** a) a *in corr. or.*

**644.** a) lantfir|den? *or.* b) . . *add. or.* c) n *in loco raso or.* d) ft *in loco raso or.* e) *in loco raso or.*

1) *Scripta servata non sunt.*

## 645. DECLARATIO CIVITATIS NORDLINGENSIS SUPER STURIS COMITIBUS DE OTTINGEN DEBITIS.

### 1329. Sept. 5.

*Originale* (or.) *in tabulario Wallersteinensi. Contulimus nos. Pendet sigilli fragmentum loro ex ipsa membrana exsecto. — Ed. J. P. Lang in 'Neue histor. Abhandlungen der baier. Akademie' I (1779) p. 531 nr. 7 ex* or.

Wir . . der amman, . . der rat und die burger gemainlichen der stat ze Noerdelingen verjehen offenlich an disem brief allen den die in lesent oder hoerent lesen: Wan unser gnedigen herren graf Ludwig und graf Fridrich von Oetingen die jungen sich beid mit irn aiden, die si uns ze den heilgen gesworn hant, und mit irn briefen und insigeln hant verzigen alles rehten und aller vorderunge, die si gen uns und gen unser stat von unsers herren wegen kaiser Ludwiges von Rom heten, und auch daz si nihtz nit in unser stat ze schaffen noch ze gebieten sûlnt haben weder si noch die irn denne mit der burger gemainlichen willen von Noerdelingen, ân allain daz si uz hant genomen swaz in verschriben ist von dez kaisers und von dez riches wegen ûber Juden, ûber Kawertzin, ûber daz kerngelt und ûber diu driuhundert pfunt, die si und ir veter graf Lud(wig) von Oetingen der alt lange in hant gnomen, verjehen wir auch daz wir si dar an daz in verschriben ist ûber Juden und ûber Kawertzin umb ir gewoenlich stiur und nach der gwonheit, als si vor hêr gestiurt hant, und ûber daz kerngelt und auch ûber diu driuhundert pfunt Haller, auch dar nach als ez in verschriben ist, nihtes sûln irren diu nehsten zehen jar. Und dez ze ainem urkûnd geben wir in disen brief versigelten und gefestent mit unser stet insigel daz dar an hanget.

Diser brief ist geben do man zalt von Cristes gebûrt driuzehenhundert jar dar nach in dem neunundzwainzigostem jar, an dem nehsten Aftermentak vor unser Frawen tak als si geborn wart.

---

## 646. IOHANNIS XXII. PAPAE MANDATUM SUPER ABSOLUTIONE CIVITATIS PISANAE.

### 1329. Sept. 15.

*Transsumtum* (c.) *in Instrumento super absolutione a. 1330. Ian. 19 confecto partim corroso, quod servatur in tabulario Vaticano 'Instrumenta miscellanea caps. XXVI nr. 2' signatum. Descripsimus nos.*

*Instrumentum a. 1330. regestratur apud Riezler 'Vatikan. Akten' p. 438 nr. 1254 (cf. p. 441 nr. 1267), itemque apud Preger loco supra ad nr. 2 citato p. 291 nr. 519.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 223 Päbste nr. 98.*

Iohannes episcopus servus servorum Dei dil. fil. communi, universitati et populo civitatis Pisane salutem et apostolicam benedictionem.

1. Nuper ad nostram presentiam venientes dil. fil. nobiles viri Guillelmus de Sexmundis, Nicolaus de Gualandis et Guido Mascha vestri ambaxiatores et nuncii ad infrascripta omnia sufficiens a vobis mandatum habentes coram nobis et fratribus nostris in consistorio presente ibidem prelatorum et aliorum fidelium multitudine copiosa proponere curaverunt, quod cum Ludovicus olim dux Bavarie excomunicatus, hereticus et scis-

maticus vobis dudum velle ad civitatem vestram accedere intimasset, vos tamquam devoti et fideles sancte matris ecclesie filii eum recipere minime intendentes, ut ad eandem civitatem venire nisi de voluntate ac assensu et cum concordia ecclesie nullatenus presumeret, eidem per vestros ambaxiatores et nuncios missos ad eius presentiam diversis vicibus propter hoc intimare curastis. Ac postmodum eodem Ludovico ad civitatem eandem [accedere][a] hiis non obstantibus satagente, vos eidem realiter ac viriliter opponentes per mensem et ultra restitistis eidem, donec per potentiam suam portu aque et maris perdito et omni destituti succursu vos contra eundem defendere ulterius nequivistis. Tunc vero Ludovicus predictus vobis coactis et viol[entatis] ac omni auxilio et spe auxilii destitutis necnon castris, villis et locis comitatus et districtus vestrorum per gentes et sequaces ipsius Lodovici occupatis et expositis vastitati, stipatus magna multitudine armatorum equitum et peditum civitatem intravit [eandem], quondam Castrucium hostem vestrum et emulum ac Guidonem qui se intitulebat episcopum Aretin(um) aliosque multos rebelles sancte matris ecclesie secum ducens, qui civitatis iam dicte ac comitatus et districtus eiusdem regimen per aliqua tempora tenuit usurp[atum multaque] detestanda ac execranda verbo, scripto et facto fecit ibidem et exercuit et per alios fieri et exerceri vobis resistere seu prohibere nequeuntibus fecit, voluit et permisit.

2. Subsequenter vero Ludovicus prefatus inde recedens et versus Urbem infelices dirigens gressus suos, nonnullos de civitate Pis(ana) clericos et laicos, ne aliquid posset interim immutari[b] circa ipsius civitatis regimen, secum duxit sub manu potenti civitatem eandem munitam dimittendo nichilominus et eandem dicto Castrucio commendando ac a vobis invitis magnas pecuniarum summas exigendo et etiam per suam tirannidem extorquendo. Rursus post certi temporis spacium memoratus Ludovicus de dicta Urbe ad prefatam civitatem rediens et existens in ea cum potentia gentis sue virum perfidum Petrum de Corbario apostaticum et scismaticum cum suis nequam officialibus et ministris in civitatem introduxit prefatam eique fecit tanquam pape honorem in divine magestatis contumeliam et cunctorum iacturam fidelium exhiberi, quem honorem tam regimina que ibi erant quam nonnulli ex vobis et forenses Petro exhibuerunt eidem et aliqui tam de civitate quam comitatu et districtu predictis ab eo beneficia et officia receperunt ipsisque Ludovico et Petro eorumque dampnatis sequacibus in eadem civitate manentibus homines ipsius civitatis eiusque comitatus [et districtus] tam clerici quam laici interdictum seu interdicta, cui[c] vel quibus propter premissa civitas ipsa cum eiusdem comitatu et districtu subiacebant, minime servaverunt, quin ymo pocius violarunt coacti sicque ibidem divina celebrata seu pocius profanata fuerunt, [quamvis vos predicta per eosdem Lu]dovicum et Petrum eorumque sequaces, ministros et complices presumpta, facta et attemptata esse ac fuisse abhominabilia et horrenda catholicis ac inania et nulla de iure nosque verum papam et sacrosancte Romane ac universalis [ecclesie summum pontificem esse et fuisse] a tempore promotionis nostre ad apostolice dignitatis apicem crederetis et teneretis firmiter, sicut adhuc creditis indubitabiliter et tenetis, nec a fide catholica, quam nos et ipsa ecclesia predicamus et docemus, [recedere nec alicui] contra ipsam favere intende[retis quoquo modo, quamquam non fueritis au]si premissis detestandis resistere ut prefertur.

3. Postmodum autem dicto Ludovico de civitate, comitatu et districtu predictis recedente, vos memoratum Petrum de Corbario suosque dampnatos offici[ales et minist]ros cum sua licentiantes [ignominia de civitate predicta] expellere curavistis, eundem Petrum de Corbario arrestare tunc pre timore vicarii dicti Ludovici et gentis armigere, quos ibidem dimiserat, non audentes, licet postea resumptis tractu temporis viribus eosdem vicarium et gentem et quoscumque dicti Ludovici officiales ac ecclesie nostrosque rebelles

646. a) *excidit c.* b) im̄itari *c.* c) qui *c.*

et hostes inibi existentes potenter et viriliter eiecistis de civitate predicta et ad observationem interdicti et interdictorum predictorum inviolabilem humiliter rediistis ac parere reverenter vicario et officialibus venerabilis fratris nostri Symonis archiepiscopi Pisani et ad carissimum in Christo filium nostrum Robertum regem Sicilie illustrem pro ipsius gratia et pace habenda vestros nuncios transmittere curavistis et insuper cum dilectis filiis communi et civibus Florentin(is) ecclesie Romane devotis pacem, unitatem et concordiam, adiectis in concordia ipsa certis articulis devotionem, reverentiam et honorem nostrum et sancte matris ecclesie tangentibus, reformastis [1].

4. Quare prefati ambaxiatores et nuncii nobis in eodem consistorio supplicarunt humiliter et devote, ut vestris non attentis excessibus, set sequentes pocius divine miseracionis exemplum vobis aperire dignaremur sinum pietatis et misericordie, vos ad nostram et eiusdem ecclesie gratiam admittendo ac interdictum seu interdicta predicta tollendo de civitate, comitatu et districtu predictis vobisque necnon personis singularibus civitatis, comitatus et districtus predictorum, clericis et laicis, religiosis et secularibus ab interdicti, suspensionis, excommunicationis et aliis penis et sententiis, quas propter predicta vel aliquod predictorum quomodolibet incurristis, de absolutionis et relaxationis beneficio providendo ac dispensando misericorditer cum personis ecclesiasticis, religiosis et secularibus civitatis, comitatus et districtus predictorum, que occasione premissorum fuerunt irregularitatis macula irretite, ac abolendo a vobis et ipsis omnem infamie maculam sive notam ex premissis abortam et in eo statu restituendo, quo eratis ante adventum dicti Ludovici de Bavaria ad civitatem iam dictam, offerentes dicti ambaxiatores et nuncii vestro nomine vos nostris et ecclesie in omnibus stare et parere mandatis omnemque subire penitentiam et emendam complere, quas vobis iniungendas duxerimus pro premissis.[2]

Dat. Avinion(e), XVII. Kalendas Octobr., pontificatus nostri anno quartodecimo.

---

# 647—648a. PACTUM FINALE INTER IMPERATOREM ET AZONEM VICECOMITEM ICTUM.

1329. (Sine dato). Sept. 23.—25.

*Cf. supra nr. 587.*

## 647. *Forma constitutionis vicariatus. (Sine dato).*

*Servatur in solis Declarationibus imperatoris infra nr. 648, ubi vide.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili militi Azoni de Vicecomitibus suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

De fidelitate et probitate tua plenam gerentes fiduciam ac etiam sperantes indubie, quod civitas Mediolani eiusque comitatus et districtus per tue circumspectionis industriam ad nostrum et imperii honorem et laudem gubernabitur salubriter eiusque inhabitantes adiuvabuntur in pace et Deo propitio preservabitur a noxiis et adversis, te vicarium nostrum et imperii civitatis Mediolani eiusque comitatus et districtus auctoritate presentium facimus et constituimus, tibi in predicta civitate eiusque comitatu et districtu merum et mixtum imperium et omnem iurisdictionem et exercitium per te et per potestatem exercendum, quem etiam duxeris eligendum, tenore presentium concedentes, ut possis

1) *Cf. supra nr. 619 et p. 530 not. 1.* 2) *Formam absolutionis fiendae, quam hic ponere supersedimus, v. apud Riezler l. c. p. 443 sqq.*

et valeas civitatem predictam eiusque comitatum et districtum ad nostrum et imperii honorem regere et gubernare ac in plena iustitia conservare, omnes habitantes ibidem in equitate et equalitate tractare. Dantes et concedentes tibi pro tuis tueque familie expensis annuatim nomine salarii ipsius vicariatus decem milia florenorum auri percipiendorum et habendorum de havere dicti comunis. Omnibus et singulis hominibus et personis civitatis et comitatus et districtus predictorum tenore presentium districte precipiendo mandantes, quatenus tibi tanquam vicario nostro intendere debeant et in omnibus obedire. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre constitutionis gratiam infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, gravem indignationem nostram se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi iussimus ac nostre maiestatis sigillo fecimus communiri.

## 648. *Declarationes imperatoris.* *Sept. 23.*

*Originale vel copiae deperdita. Supersunt nonnisi in Bernardi Corii 'Patria Historia' (Mediolani 1503). Editionem repetimus in minutiis correctam.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 65 nr. 1058.*

1. Nos Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus volumus, dicimus et profitemur ad noticiam omnium et singulorum qui presentes inspexerint, quod dilectum et fidelem nostrum Azonem de Vicecomitibus constituimus, facimus et ordinamus in nostrum vicarium et imperii civitatis Mediolani, comitatus et eius districtus iuxta formam inferius contentam[a]. Cuius tenor talis est:

'Ludovicus Dei gratia — sigillo fecimus communiri.' *supra nr. 647.*

2. Item revocabimus et annullabimus et irritabimus ac exnunc de nostre plenitudine potestatis et ex certa scientia revocamus, annullamus et irritamus omnia et singula privilegia, gratias et libertates, si quas fecimus sive concessimus per nos aut alium quemvis vices nostras gerentem alicui vel aliquibus comunibus, universitatibus, nobilibus aut quibuscunque singularibus personis, per quas concessiones seu privilegia iuri[b] seu iurisditioni[c] dicti Azonis Vicecomitis seu comunis Mediolani in aliquo derogetur, ab eo tempore citra quo in civitate Pisana ordinavimus et instituimus ipsum Azonem de Vicecomitibus in vicariatu civitatis Mediolani, comitatus et districtus[1].

3. Item firmabimus, ratificabimus et approbabimus et exnunc firmamus, ratificamus et approbamus, innovamus et de novo facimus omnia et singula capitula pactorum habitorum inter nos et dictum Azonem de Vicecomitibus tempore quo eramus iuxta dictam civitatem Mediolani[2], hiis exceptis que iam completa sunt et mandata exequutioni erga nos per dictum Azonem. Quorum capitulorum tenor talis est:

'1. Primo quod nos — fideli nostro dilecto.' *supra nr. 587.*

In cuius rei testimonium presentes litteras et ea omnia que in ipsis continentur fieri iussimus et nostre maiestatis sigillo fecimus communiri.

Data Papie, die Sabati vigesimo tertio mensis Septembris, anno Domini MCCCXXVIIII, tertiadecima inditione, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

**648.** a) continentem *ed.* b) iura *ed.* c) iurisditiones *ed.*

1) *A. 1329. Ian. 15; cf. supra nr. 542. 543. 587; itemque documentum apud Kopp 'Gesch. der eidgenössischen Bünde' V, 1 p. 452 not. 7 laudatum, quod in Supplementis tomi VII. nos propositūros esse speramus.* 2) *A. 1329. inter Mai. 19. et Iun. 14.*

## 648a. *Reversales Azonis Vicecomitis.* *Sept. 25.*

*Originale* (or.) *in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Pendet sigillum illaesum filis sericis rubei coloris. — Iam edidimus 'Neues Archiv' XXIII, 342 nr. 57 ex* or. *Editionem nostram hic repetimus.*

*Quae conveniunt cum Scriptis supra nr. 647. 648. 587., ea typis minoribus excudenda curavimus.*

1. Ego Azo Viccomes imperiali gratia civitatis et comitatus Mediolani vicarius generalis dico et confiteor habuisse et recepisse cum omni fidelitate et devotione qua decuit litteras speciales serenissimi domini nostri Ludovici Dei gratia Romanorum imperatoris semper augusti, quarum tenor cum omnibus infrascriptis sic incipit:

nr. 647. 2. Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili militi Azoni de Vicecomittibus suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

De fidelitate et probitate tua plenam gerentes fiduciam ac etiam sperantes indubie, quod civitas Mediolani eiusque comitatus et districtus per tue circumspectionis industriam ad nostrum et imperii honorem et laudem gubernabitur salubriter eiusque* habitantes fovebuntur in pace et Deo propitio preservabitur a noxiis et adversis, te vicarium nostrum et imperii civitatis Mediolani eiusque comitatus et districtus auctoritate presentium facimus et constituimus ad beneplacitum nostre mayestatis, tibi in predicta civitate eiusque comitatu et districtu merum et mixtum imperium et omnem iurisdictionem et exercitium per te et* potestatem exercendum, quem etiam duxeris eligendum, tenore presentium concedentes, ut possis et valeas civitatem predictam eiusque comitatum et districtum ad nostrum et imperii honorem regere et gubernare ac in plena iustitia conservare, omnes habitantes ibidem in equitate et equalitate tractare. Dantes et concedentes tibi pro tuis tueque familie expensis annuatim nomine salarii ipsius vicariatus decem millia florenorum auri percipiend(a) et habend(a) de avere dicti comunis. Omnibus et singulis hominibus et personis civitatis et comitatus et districtus predictorum tenore presentium districte precipiendo mandantes, quatenus tibi tamquam vicario nostro intendere debeant et in omnibus obedire. Nuli ergo hominum liceat hanc nostre constitutionis gratiam infringere vel ei ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, gravem indignationem nostram se noverit incursurum*.

nr. 648 cap. 2. 3. Item revocabimus*, anullabimus et irritabimus et exnunc de nostre plenitudine potestatis* revocamus, anullamus et irritamus omnia et singula privilegia, gratias et libertates, si quas fecimus seu concessimus per nos vel alium* vices nostras gerentem alicui vel aliquibus comunibus, universitatibus, nobilibus aut quibuscumque singularibus personis, per quas concessiones seu privilegia iuri seu iurisdictioni dicti Azonis Viccomitis seu comunis Mediolani in aliquo derogetur, ab eo tempore citra quo in civitate Pisana ordinavimus et creavimus ipsum Azonem* in vicarium civitatis Mediolani, comitatus et districtus[1].

cap. 3. 4. Item firmabimus et approbabimus et ratificabimus et exnunc firmamus, ratificamus*, approbamus, innovamus et de novo facimus omnia et singula capitula pactorum habitorum inter nos et dictum Azonem de Vicecomitibus tempore quo eramus iuxta dictam civitatem Mediolani[1], hiis exceptis que iam completa sunt et mandata executioni erga nos per dictum Azonem. Quorum capitulorum tenor talis est:

nr. 587 cap. 1. (I) Primo quod nos debemus et debebimus omnia privilegia, iura, libertates et gratias factas quibuscumque vicariis, capitaneis, officialibus, universitatibus, comunitatibus seu sing[u]laribus personis, qui vel que in hoc presenti facto ei Azoni fautores extiterant, renovare in eo tenore sicut prius concessa sunt, revocando omnes processus, sententias et pronuntiationes, si

1) *Cf. notas supra pag. 545.*

qui vel* que facti seu facte sunt contra premissos*, exnunc* de nostri plenitudine potestatis decernentes eos vel eas penitus irritos et irritas atque cassos et cassas.

cap. 2. (II) Secundo quod post recessum nostrum, quem fecimus a civitate et comitatu Mediolani, venire non debebimus nec gentes armatas mittere in ipsum comitatum, nisi de voluntate et beneplacito dicti Azonis hoc procedat.

cap. 3. (III) Item* contra civitatem Pergami aut singulares personas ipsius per nos aut submissam personam non fatiemus nec permittemus fieri aliquam novitatem pro aliquibus hinc retro occursis. Et quod dictam civitatem Pergami et regentes eam* permittemus in eo statu, in quo erant ante ipsas novitates, ipsis existentibus inantea fidelibus sacri imperii et nobis obedientibus fideliter et devote.

cap. 4. (IV) Item quod debebimus confirmare et de novo concedere Ribaldono et Calcino de Torniellis omnia privilegia hinc retro per nos eis concessa, hoc addito quod in civitate et episcopatu Novarie non debebimus facere aliquam novitatem pro aliquibus hinc retro occursis, ipsis remanentibus fidelibus imperii et nobis, sicut ante istas novitates erant.

Econtra predictus Azo de Vicecomitibus tenetur nobis in capitulis infrascriptis:

cap. 5. (I) Primo** quolibet mense, quam diu* ad partes Alamanie non pervenerimus, tenetur nobis dare mille florenos auri generaliter, in quibuscumque partibus aliis preterquam in partibus Alamanie fuerimus constituti**.

cap. 6. (II) Secondo a nobis quando fuerit requisitus nobis existentibus extra Alamaniam, tenetur et debet nobis in subsidium mittere ducentos armatos Theotonicos equites suis expensis et comunis Mediolani. Qui stipendiarii nostris mandatis stare debebunt et nobis sub expensis predictorum in omnibus obedire.

cap. 7. (III) Item ipse Azo debet et debebit omnes et quoscumque Theoto[n]icos et Ytalicos sibi amicos habere*, colere et promovere et prosequi bono zelo, qui contra eum fuerant et nobis astabunt. Item idem debent et debebunt gaudere bonis, possessionibus et privilegiis suis, prout hactenus consueverunt, quibus per predicta non extitit derogatum.

cap. 8. (IV) Item dictus Azo debet et tenetur contra quamcumque personam nobis rebellare volentem et rebellantem cum toto suo posse in omnibus fideliter adiuvare.

cap. 9. (V) Item nobis prestare debet ydoneam cautionem, prout de nostra processerit voluntate, quod contra illos, qui contra ipsum et patrem suum condam fuerunt, nullam faciat ulcionem nec eis aliqualiter adversetur nec impedimentum ipsis aliquod inferet vel gravamen pro iniuriis, seu molestationibus sibi vel patri suo factis vel illatis**.

5. In cuius rei testimonium ego Azo sepedictus iuro ad sancta Dei evangelia predicta omnia attendere et observare, atendi et observari facere ac rata habere fideliter et devote. Volens et iubens presentes conscribi et mei sigilli munimine roborari.

Data Mediolani, die vigesimo quinto mensis Septembris, anno curr. MCCCXXVIIII, tertiedecime indiccionis.

---

## 649. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD CIVITATES LIGAE GUELFAE.

### 1329. Sept. 30.

*Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115$^{II}$ fol. 38 nr. 1187. Contulimus nos. — Ed. Theiner 'Codex diplom. dominii temporalis sanctae sedis' I, 561 nr. 733 ex* c.

Dil. fil. communi civitatis Bononiensis ecclesie Romane fidelibus et devotis.

Ad nostram nuper dil. fil. . . ambaxiatores vestri et nuncii venientes presenciam nobis devotionis vestre litteras presentarunt, quos benigne mittentium consideratione ipsorumque missorum probitatis obtentu recepimus et que pro parte vestra curaverunt proponere dicteque continebant littere, intelleximus diligenter. Ipsi namque ambaxiatores et nuncii sinceritate devotionis et fidei, quas vos et progenitores vestri ad sanctam Romanam matrem vestram ecclesiam gessistis hactenus et continue gerere tanquam filii benedictionis et gratie non cessatis, delectabiliter recensita vestraque et civitatis Bononiensis devota et humili recommendatione premissa, suam ambaxiatam eleganter et facunde proposuerunt verbotenus et in scriptis etiam tradiderunt, per quam venerabilem fratrem Bertrandum episcopum Ostiensem apostolice sedis legatum ac carissimum in Christo filium nostros Robertum regem Sicilie illustrem et vos et dil. fil. Florentine, Senensis et Perusine civitatum communia cum terris eis adiacentibus colligationes, ligas et societates invicem pro tuenda libertate patrie ac hoste illo nefandissimo Ludovico de Bavaria heretico et scismatico manifesto suisque complicibus, sequacibus et valitoribus, ne virus suarum nequiciarum conceptum in predictos eorumque subditos et alios partium earum fideles et devotos ecclesie possint evomere, de partium earundem finibus propulsandis ac etiam persequendis inisse ac fecisse iuramentoque firmasse necnon talliam quinque milium militum, de quibus per vos sexcenti ac per Florentinum mille, Senense trecenti viginti quinque et Perusinum communia predicta trecenti septuaginta quinque, per alias vero civitates lige predicte ducenti necnon et per ecclesiam mille quingenti et per regem predictum mille dictorum equitum habeantur, pro premissis complendis totaliter percepimus ordinasse[1]. Quibus plenius intellectis attendentes fructus tranquillitatis et pacis uberes, quos speramus ex ordinatione huiusmodi probabiliter proventuros, ipsam gratam admodum habuimus et acceptam, Actori pacis, a quo predictam ordinationem processisse credimus, cernui supplicantes, ut ipse qui omnia fecit que voluit ad sui honorem et gloriam ac exaltationem orthodoxe fidei et suorum fidelium illarum et per consequens aliarum multarum tranquillitatem parcium eandem ad optatum perducere dignetur effectum. Sane quia de capitaneo prefate milicie ipsiusque stipendiis nichil fuerat ordinatum, nos considerantes attente, quantum nostra et vestra interest, ut tanto exercitui presit vir strenuus et fidelis, nec per ambaxiatores predictos nobis vestra intentio, cum illius ignaros se super hoc assererent, panderetur, aliud quantum ad factum capitanei noluimus attemptare, licet super hoc diversos conceptus habuerimus, quos quia perplexi sumus super hiis, vobis non curavimus nunciare. Curate itaque tam super persona capitanei seu domo de qua assumi debeat quam super eius stipendiis intentionem vestram nobis quantocius poteritis intimare, ut sic Domino annuente, ymo pocius fatiente 1330. sequenti vere ad premissa prompta sint omnia ad Dei gloriam exequenda. Miramur tamen nec sufficimus admirari, quomodo sic tepide sicque remisse nonnulli ex vobis prefatum duxeritis negocium assumendum. Promiseratis enim, quod ubicunque presentem Bavarum in Italia adesse contingeret, illic tota predicta milicia presto esset, quod qualiter compleveritis, advertatis. Et quia ex isto defectu periculoso nimium potest de simili probabiliter imposterum formidari, videtur expediens quod cautela super observatione ordinationis huiusmodi debeat efficatior et plenior adhiberi. Ceterum super mora tam diu per eosdem ambaxiatores contracta in curia, quos licet pro expeditione sua sepius apud nos oportune institerint et etiam importune, propter occupationes tamen multiplices et quia ut prefertur conceptus de capitaneo predicto diversos habuimus, cicius nequivimus expedire, nos et ipsos habeat vestra circumspectio quesumus excusatos.

Dat. Avinion(e), II. Kal. Octobr., pontificatus nostri anno quartodecimo.

1) *Supra nr. 557.*

Item in e. m. communi Perusino verbis competenter mutatis, specialiter ubi agitur de numero militum, ibi dicatur: per vos trecenti septuaginta quinque etc.

Dat. ut supra.

Item in e. m. communi Florentino mutatis similiter et dicatur: per vos mille etc.

Dat. ut supra.

Item in e. m. communi Senensi mutatis similiter et dicatur: per vos trecenti viginti quinque.

Dat. ut supra.

---

# 650—657. LUDEWICI SCRIPTA DIVERSA.

## 1329. Oct. 1.—27.

### 650. *Mandatum super teloneo in Fluelen.* *Oct. 1.*

*Originale* (or.) *Altorfi in tabulario Urano. Iam olim descripserunt tam Bethmann quam Iaffé socii nostri. Sigillum laesum pendet filis sericis rubei flavique coloris.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 65 nr. 1059.*

Wir Ludovick von Gots genaden Romischer cheiser ze allen ziten ein merer des richs enbitin den bescheidin und wisen lůten . . den lantammannen, . . den burgern . . und den gemainden gemainchlich zu Switz, zu Ura und zu Underwalden, unsern liebin getriwen unser huld und alles gůt.

Daz ir ze allen ziten unserm gebot und bet so gehorsam und berait sint, des danchin wir euch vlizichlichen und bevelhen ew, als wir dich getan haben, unsern liebin marschalk Winanten den Boch und sin erben besunderlich an dem zolle zů Fleula, den wir ime und sinen erben, als ir wol wizzent, umb tausent march versetzet han. Den sůlt ir im und sinen erben bey unsern hulden antwurten und nieman anders, wan er uns und dem riche von des edeln graf Wernhers von Hohenberch todes wegen, der leiplich erben nicht enlie, ze lehen an erstorben. Und wær auch daz das er noch lebte, so het er doch so verre wider uns und daz riche missetan, daz ůns und daz riche derselb zol zů lihen an gevallen billich ist von rechtes wegen. Davon wellen wir und gebietin eẘ auch bei unsern hulden, ob ir mit iemant chainen vrid habent, davon er oder sin erben gehindert mocht werden in deheinem wege, daz ir su den nicht lazzent hindern. Dez wellen wir nicht enbern, wan ir chein gedinge, gelubde noch fride getůn noch gemachen můgt, davon uns und dem riche chein schade aufstande oder cheiserlich gyft oder saczunge gehindert sulle werden in cheinim wege. Und wær auch ob euch iemant daruber icht ansprechen můgen oder dringen wolt, da sullen und wellen wir eu beholffen sin, so wir verrist chůnnin und můgin. Und daruber ze urchund geben wir eu disen[a] brief mit unserm cheiserlichem insigel versigelten.

Der gebn ist zů Pavie, do man zalt von Christes geburt driuczehenhundert jar darnach in dem neunundzweinczigistem jare, des Suntages nach Mychahelis, in dem funfczehenden jare unsers riches und in dem andern des cheisertums.

**650.** a) disen *bis scriptum or.*

1) *Cf. supra tom. IV, 2 nr. 908, tom. V nr. 292 et 329.*

651. *Confirmatio acquisitionis iurium in episcopatu Vercellensi.* *Oct. 23.*

*Transsumtum* (tr.) *a. 1329. Nov. 10. confectum, a sex notariis authenticatum in tabulario civitatis Vercellensis. Contulimus nos. — Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 318 nr. 507 ex* tr.

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus potestati et communi civitatis Vercellarum, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Benemeritis cesarem providere fidelibus etsi gracie plenitudo suadeat, serviciorum quodammodo[a] gratitudo conpellit, ut dum grata fidelium remunerentur obsequia, fiant quasi per debitum gratiora. Vestra siquidem devotio et sincere puritatis affectus, quibus tam vos quam predecessores vestri ab antiquo erga imperium et nos ferventius intendistis, sudores quin imo et labores infinitos, quos pro nobis et Romano imperio substinuistis, dignis meritis promerentur, ut ad vestra et vestrorum comoda intendamus et debita sufragia preparemus et prosequamur favoribus gratiosis, ut per honorem nobis exibitum alii ad benemerendum fortius animentur. Nos itaque horum obtemptu imperiali actoritate causa cognita precedente ex certa scientia merum et mistum imperium et simplicem iurisdictionem et ius fodrendi[b] et omne ius in causis civilibus et criminalibus cum fodris, bannis, cavalcatis, prestitis, exercitibus, que civitas et comune Vercellarum emit olim a quondam[c] reverendo in Christo Gregorio de Montelongo tunc appostolice sedis legato nomine Romane ecclesie et eclesie Vercellensis vendente[1], terrarum et locorum existencium in episcopatu Vercellarum Bugelle, Audurni, Crevacorii, Mescrani, Bedulii, Sante Agathe et reliquarum in ipsa venditione plenius contentorum et quorumcunque aliorum locorum et terrarum, que et quas ipsa civitas et comune Vercellarum tenebat seu possidebat, tenuit et possedit ab antiquo per tempus, cuius in contrarium[b] memoria non existit, tam ultra Padum quam citra Padum de novo concedimus ac eciam dictam venditionem tenore presentium confirmamus, rattificamus ac etiam approbamus. Si que vero terrarum predictarum occupentur per aliquos seu detinentur vel occupabuntur de cetero, eidem comuni et civitati Vercellarum propria actoritate intrare, capere, detinere et predicta exercere inpune liberam concedimus facultatem, dum tamen nobis et imperio fideliter obediant et devote. Non obstantibus iuribus et prescriptione, per que nostrum posset quomodolibet indultum infringi vel differri in alico cassuum premissorum, etiamsi secunda non emanaverit iusio seu mandatum et etiamsi longissimis temporibus preteritis vel aliquibus per civitatem et comune Vercellarum non fuerunt aliqua ex predictis possessa vel detempta in toto vel in parte. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre concessionis et privillegii paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem contra hoc attemptare presumpserit, indignationem nostram et imperii penamque mille librarum auri se noverit incursurum, cuius pene medietas fisco, reliqua passis iniuram sine spe rellaxationis [de]cernimus[d] applicari[e]. In quorum testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Cremone, vigeximo tercio die mensis Octubr., [anno Domini][f] milleximo trecenteximo vigeximo nono, inditione terciadecima, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

**651.** a) quodem modo *tr.* b) *ita tr.* c) quōdem *tr.* d) de *deest in initio linea tr.* e) amplicari *tr.* f) *excidit tr.*

1) *A. 1243. Apr. 22. Reg. imp. V, 13454.*

## 652. *Mandatum super protectione ecclesiae Augustanae. Oct. 23.*

*Originale in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 381. Contulit H. Herre. Sigilli maiestatis dorso impressi vestigia adsunt.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 65 nr. 1060.*

Wir Ludowick von Gots genaden Romischer cheiser ze allen ziten merer des riches enb(iete)n den edeln mannen Ludowigen und Friderich(en) grafen von Öttingen unsern lieben getriwen unser huld und allez gůt.

Von grozzer besunderer getrawnusse, die wir zů eẘ haben, bepfelhen wir eẘ beyden daz gotshaus ze Auspurch und daz capitel, also daz wir wellen daz ir daz gotshaus und daz capitel und alleu ireu gůt versprechent und schirment von unsern wegen und in unserm namen vor allermænlichen untz an u[n]ser wolgevalnusse. Und daz gebiet wir eẘ mit disem brief.

Der geben ist ze Cremon, des Montages nach Galli, in dem funftzehenden jare unsers richs und in dem andern des cheisertůms.

## 653. 654. LEGITIMATIO CONRADI DE GREISPACH.

1329. Oct. 23.—24.

*De ratione, quae intercedit inter Scripta nostra nr. 653. 654, fusius egit F. Kogler 'Die legitimatio per rescriptum' p. 115 sqq.*

*Cf. supra tom. V nr. 857. 896, tom. VI nr. 633.*

## 653. *Scriptum prius. Oct. 23.*

*Originale* (or.) *iam in tabulario civitatis Ulmensis. Contulimus nos. Manu Germanica scriptum est. Sigillum laesum pendet filis sericis viridis, flavi, rubei, caerulei colorum. In parvo petio membranaceo huic documento adnexo scriptum est:* dispensaciones papales et inperiales domini mei. — *Ed. Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 499 nr. 730 ex* or.; *'Ulmisches Urkundenbuch' II, 1 p. 90 nr. 77 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 359 nr. 3263 (Addit. III).*

[L]udowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Chůnrado filio nobilis viri Bertholdi comitis de Grayspach et Marsteten dicti[a] de Neyffen secretarii nostri, fideli suo dilecto graciam suam et omne bonum.

Licet primevus tue nativitatis ortus, qui non es de legittimo matrimonio procreatus, sed ex patre tuo predicto Bertholdo et Angnete matre tua ambobus solutis existentibus genitus sis, te ab omnibus actibus legittimis et civilibus ac dignitatibus excludat, tamen quia bone conversacionis habes testimonium et virtutis, quibus redimire diceris et poteris, quod ortus tue nativitatis predicte tibi contulit et donavit, ad instantem peticionem patris tui predicti ex benivolencia nostra speciali gracioso abolucionis remedio tibi auctoritate nostra imperiali providemus et presentibus duximus providendum et te legittimamus, habilitamus ac restituimus in integrum ad omnes et singulos actus legittimos et civiles, dignitates et honores. Tollentes et aufferentes a te quamlibet illegitimitatis maculam atque notam tecumque in hiis et omnibus aliis super dicto tuo deffectu natalium ex certa sciencia dispensantes, ita quod in bonis paternis, in quantum tibi pater tuus predictus de ipsis disposuerit vel legaverit, succedere valeas et heres ex

653. a) dicto *or.*

testamento vel ab intestato existere parentibus tuis agnatis vel cognatis aut quibuscumque aliis seu alio quocumque relicti titulo recipere vel habere et omnia alia exercere et ad ea assumi ut legittimus, que in te cadere possent, acsi ab origine fuisses legittime procreatus. Non obstante aliqua lege, iure vel statuto et specialiter illa lege, que spurios nisi ex certa sciencia legittimari prohibet[1], et quibuscumque aliis, quorum in premissis fieri deberet mencio specialis, omnique excepcione et obieccione prolis legittime erga te quiescente. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre legittimacionis graciam infringere vel ei ausu temerario contraire, sicut indignacionem nostram et penam mille librarum auri, cuius pene medietatem camere nostre, aliam vero medietatem ipsi passo applicandam, voluerint studiosius evitare. In quorum omnium testimonium presentes conscribi et sigillo nostre maiestatis iussimus communiri.

Datum in Cremona, proxima feria secunda ante festum beatorum Symonis et Iude, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

## 654. *Scriptum alterum.* *Oct. 24.*

*Originale* (or.) *ibidem. Contulimus nos. Manu Italica scriptum est. Sigilli fragmentum pendet filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Böhmer l. c. p. 500 nr. 731 ex* or.; *'Ulmisches Urkundenbuch' II, 1 p. 92 nr. 78 ex* or.

*Quae cum Scripto priori concordant, ea typis minoribus excussa sunt.*

*Cf. Böhmer l. c.*

‖Lu‖dowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus discreto viro Chunrado filio nobilis viri Berhtoldi comitis de Graispach et Marsteten dicti de Neyffen secretarii nostri, fideli* dilecto graciam suam et omne bonum.

Licet primevus tue nativitatis ortus, qui non es de legitimo matrimonio procreatus*, a quibuslibet actibus legitimis et civilibus, honoribus et dignitatibus te excludat, tamen quia bone conversacionis habes testimonium et virtutis*, venia quoque digni sint, qui vicio elaborant alieno, consideracione igitur premissorum te ad peticionem patris tui predicti auctoritate imperiali legitimamus, habilitamus et restituimus ad omnes et singulos honores, dignitates et actus legitimos et civiles. Tollentes et aufferentes a te quamlibet illegitimitatis maculam atque notam tecumque in hiis et omnibus aliis super dicto* defectu natalium ex certa sciencia dispensantes, ita quod* hereditario nomine succedere valeas et heres ex testamento vel ab intestato existere parentibus tuis* aut quibuscumque aliis seu alio quocumque relicti tytulo recipere vel habere, et omnia alia exercere et ad ea assumi ut legitimus et que in te cadere possent*, si* fuisses legitime procreatus. Non obstante aliqua lege, iure vel statuto generali vel speciali et maxime illa lege, que spurios nisi ex certa sciencia legitimari prohibet[1], et quibuscumque aliis, quorum in premissis fieri deberet mencio specialis, quibus omnibus quoad premissa de plenitudine imperatorie potestatis ex certa sciencia derogamus, omnique excepcione et obiectione prolis legitime erga te quiescente*. In quorum* testimonium et robur presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. Cremone, vicesima quarta die Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

1) *Nov. 89, 15.*

## 655. *Confirmatio privilegii pro civitate Augustana.* *Oct. 24.*

*Originale* (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 382. Contulimus nos. Bulla desideratur filis sericis rubei flavique coloris relictis. 'Quae conveniunt cum Privilegio supra tom. V nr. 341, ea typis minoribus excussa sunt.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 65 nr. 1061.*

‖Ludowicus‖ Dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus inperpetuum.

(1) Si fidei merita et devota fidelium obsequia, qui pro honoribus imperii se et sua exponere V nr. 631 cap. 1. et labores sufferre sedulos non formidant, largifluis nostre benificencie premiis conpensamus, ex hoc non solum ceteri ad nos et sacrum imperium devocionis et fidei suscipiunt incrementum, sed etiam status noster et imperii ad meliora sublimatur et dirigitur salubriter ad maiora. Cum enim omnis gloria seu potencia principis in subditorum consistat solidata fortunis, expediens arbitramur et congruum. ut simus subiectis* in iusticia faciles et in gracia liberales. Noverit igitur presens etas et futuri temporis successura posteritas, quod nos integre fidei puritatem et devocionis constanciam, qua viri prudentes consules et universitas civium fidelium nostrorum dilectorum in Augusta erga nos et sacrum imperium hactenus claruerunt, graciosius attendentes, considerantes quoque obsequia grata, expensas multiplices et dampna gravia, que pro defensione honoris nostri hiis diebus subierunt et quod obsequia graciora nobis exhibere poterunt in futurum, ipsis de imperiali liberalitate ad conservationem iurium et libertatum a dive recordacionis regibus et Romanis imperatoribus predecessoribus nostris illustribus traditas et concessas necnon in augmentum ipsarum gracias infrascriptas duximus faciendas: (2) Primo cap. 2. quod** predicti cives perpetuo nobis et successoribus nostris nomine imperii nichil inpendant vel inpendere debeant nomine stiure nisi annis singulis quadringentas libras denariorum Augustensium. Quibus solutis ab omni alia exaccione seu steura liberos esse volumus et immunes. (3) Item cum cap. 3. prefata civitas Augusten(sis) una de honorabilioribus et principalioribus imperii civitatibus esse dinoscatur, volumus quod predicta civitas sub dominio imperii perpetuo teneatur, ita quod vendicione, permutacione, infeodacione vel quovis alio alienacionis modo ab imperii potestate et dominio nullatenus subtrahatur. (4) Item cum secundum sancciones legitimas a iuris exercicio et prosecucione cap. 4. quedam tamquam indigne et inhabiles tantummodo excludantur, volumus ut prefati cives Augusten(ses), qui discreti probantur et ydonei, tamquam alii fideles et ministeriales imperii in quovis consistorio iurisdiccionis temporalis valeant sentencias sive ius dicere cum aliis nobilibus et vasallis, contradiccione quorumlibet non obstante. (5) Ad hec volumus et statuimus, quod nullus, cuiuscumque* con- cap. 5. dicionis vel status fuerit, res ipsorum naufragas vel [de] incendio seu ruina evasas invadere, rapere vel aliter sibi usurpare presumat, sicut infamie perpetue notam et proscripcionis imperialis mucronem voluerit evitare, consuetudine que gruntrůr dicitur vel quacumque alia non obstante. (6) Premissis insuper ad ipsorum libertates ampliandas et dispendia precavenda, cum in eorum quiete quiescamus et gravaminibus agravemur, addicimus ac eisdem de gracia et benivolencia concedimus speciali, quod ad aliena iudicia trahi non debeant nec ab aliquo evocari et quod vocati comparere et respondere non teneantur, quam diu parati fuerint coram advocato eorum provinciali vel advocato civitatis Augusten(sis) predicte qui pro tempore fuerint de se querulantibus exhibere iusticie complementum. (7) Addentes ad hec cap. 6. graciam graciis supradictis, omnia privilegia, iura seu libertates et gracias a divis imperatoribus et regibus Romanis predecessoribus nostris illustribus sub quacumque forma verborum ipsis concessas, acsi de verbo ad verbum presentibus essent incluse, et consuetudines laudabiles ipsus civitatis pro communi utilitate hactenus observatas auctoritate imperiali* ex certa sciencia confirmamus. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc nostre concessionis, donacionis, approbacionis et confirmacionis paginam infringere vel ei in aliquo ausu temerario contraire. Si quis autem

hoc attemptare presumpserit, indignationem imperialis maiestatis se* noverit incursurum. In quorum omnium testimonium et robur presentes conscribi et nostre maiestatis bulla aurea fecimus communiri.

Dat. Cremone, vigesima quarta die Octobr., anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

‖ Signum domini Ludovici quarti Dei gra(M.)cia Romanorum imperatoris invictissimi. ‖

Ego[a] fra(ter) Heinricus sacre theologie doctor gerens officium cancellarii aule imperialis vice et nomine archiepiscopi Colon(iensis) archicancellarii per Italiam recognovi.

## 656. 657. *Mandata super processibus pontificis non publicandis.* *Oct. 27.*

*Exemplar* 1 *civitati Spirensi missum autographum in tabulario huius civitatis. Contulimus nos. Sigillum, quod filis sericis pendebat, desideratur. In verso inter sigilli foramina legitur:* Sig̃. — *Ed. Hilgard 'Urkunden' p. 310 nr. 383 ex* or.

*Exemplar* 2 *civitati Wormatiensi directum autographum in tabulario illius civitatis. Contulimus nos. Sigillum laesum pendet filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Boos 'Urkundenbuch' II, 162 nr. 231 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 65 nr. 1063 et 1062.*

656. *Exemplar Spirense.* 1. — 657. *Exemplar Wormatiense.* 2.

‖Lu‖dowicus[a] Dei gracia Romanorum imperator semper augustus . . prudentibus viris magistro civium, sculteto, scabinis, consulibus ceterisque civibus universis civitatis Spirensis[b], suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

1. De summis[c] celorum ad yma mundi descendens unigenitus Dei filius, ut hominem de laqueo servitutis eriperet, in quem ipsum inpegerat suggestio serpentina, vestem nostre mortalitatis induit, volens proprii aspersione sangwinis[d] incendia perpetui cruciatus extinguere ac suos eterna morte possessos vite perhennis efficere possessores, sue peregrinacionis cursu expleto salubri cum regrederetur[e] ad patriam, suis discipulis pacem inter se[f] et habendam cum proximis testamento reliquid dicens: 'Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis'[1], sue pietatis exemplo ostendens omni humane creature pacem tamquam bonum optimum et desiderabile cunctis gentibus amplectendam. Sane inter cetera desiderabilia cordis nostri Salvatoris evestigio eiusque cuius bella gerimus suffragio incitati pacem et tranquillitatem cunctis Christi fidelibus affectamus, ob quod sedula vigilamus solercia et quod possumus diligencie studium adhibemus, ut possint laudabiliter toti mundo sublatis impedimentis quibuslibet iuxta desiderii nostri plenitudinem pax et tranquillitas auctore Domino provenire.

2. Hec quamquam continuatis desideriis affectatim brachiis petentibus desideremus amplexari, sedens tamen in cathedra perversi dogmatis phariseus[g], unctus oleo nequicie

655. a) *abhinc manus cancellarii in or.*

656. 657. a) LVdouuicus 1. 2. b) Wurmacensis 2. c) *prima* m *corr. super* p̄ 1. d) sanguinis 2. e) *in loco raso* 2. f) *excidit* 1. g) pharyseus 2.

1) *Ioh. 14, 27.*

pro participibus suis[1], Iacobus videlicet de Cathurco qui se papam Iohannem XXII. indigne intytulat, quod de celestis ordinis emulacione descendit evacuare nititur, credens cum superioribus convenire, que natura non voluntate ducuntur, nostre maiestatis iubar intendit mittere in eclypsim, dum veritate in fabulam plenam mendaciis comutata adversus mundi partes nonnullos processus, si processus dici valeant, et epistolas nostre celsitudinis famam quantum in eo est denigrantes transmittere non veretur.

3. Verum quoniam prebentis auditum cum effectu non minor est culpa quam obloquentis, faciens et consenciens eiusdem note macula resperguntur, caram fidelitatem vestram, qui per facti experientiam[h] favorem nostrum inter alios fideles imperii et graciam meruistis, attente frequentatis conatibus requirimus et rogamus, auctoritate nostri culminis iniungentes eidem, quatinus si nostre celsitudini unquam intenditis conplacere, de cetero nullos processus, qui verius excessus debent nuncupari, litteras, sentencias seu rescripta sub quocunque tenore vel nomine scripta vel nuncupata illius heresyarche pessimi primum Dei deinde cunctis gentibus odiosi, Iacobi prenotati dicimus, contra nostram imperialem clemenciam vel per que nostre detrahitur maiestati aut nostris sequacibus aliquod posset preiudicium generari, in vestra civitate aut locis aliis circumiacentibus vobis subiectis divulgari seu publicari paciamini quoquomodo. Ex quo semper grati nostre imperiali clementie poteritis fieri graciores. Pro firmo tenentes, immo firma fiducia pollicetur, quod imperatorie claritatis serenitas vos veluti hos, quorum sollicitudinem et curam gerit specialem, vestramque civitatem et posteros in sue pietatis gremio perpetuo gubernabit.

2.

Vestre etiam civitatis electum episcopum Gerlacum Pincernam videlicet principem nostrum fidelem et dilectum, qui strennue et viriliter ad exaltationem status imperii in suis factis se tenuit atque tenet, fidelitati vestre ex intimis recommendamus affectuosissime rogitantes, quatinus eundem contra omnem hominem sibi contrariari volentem, prout de vobis imperialis confidit benignitas, viriliter defendatis et manuteneatis posse toto, facientes ut ex hoc ulterius, licet adiectione non egeat plenitudo, graciam nostram mereamini et favorem.

In testimonium quoque premissorum presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus comuniri.

Dat. Cremone[i], in vigilia Symonis et Iude apostolorum, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo nono, indictione terciadecima, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

---

**656. 657.** h) *sequ.* et 1; *sequ.* et *earsum* 2. i) C *corr. ex* G 1.

1) *Cf. Ebr. 1, 9.*

## 658. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE REGI FRANCIAE MISSAE.

### 1329. Oct. 28.

*Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115 II fol. 111 nr. 1611. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 429 nr. 1218 ex* c.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 223 Päbste nr. 99.*

*Cf. infra nr. 670.*

Eidem regi.

Ut regalis circumspectio nova que hic narrantur ad presens de partibus Italie non ignoret, ea sibi providimus ut sequitur intimare. Fertur siquidem quod Bavarus die Oct. 4. IIII. huius mensis Octobris discessit de Papia versus civitatem Cremonensem, quam die Oct. 10. X. mensis eiusdem intrasse dicitur infelices dirigens gressus suos, quibusdam quod inde Parmam et aliis quod immo prius Tridentum disponit accedere referentibus, habiturus ibidem colloquium cum Australi, missa Parmam interim parte aliqua gentis sue. Asseritur insuper quod Reginensis civitas, que cum Parma confederata contra ecclesiam dicebatur, nunc saniori usa consilio obedire firmavit ecclesie, prefatum Bavarum aut gentes et sequaces ipsius nullatenus admissura. Preterea de partibus Romanis narratur, quod Sciarra de Columna obiit hiis diebus[1] et est certum quendam tirannum pessimum Silvestrum nomine[2], qui civitatem Viterbien(sem) sua detinebat seva tyrannide[a] contra ecclesiam occupatam, interfectum fuisse per quendam alium Gebellinum quodque civitas postmodum ad obedientiam ecclesie, receptis eius gentibus cum honore notabili, est reversa. Rursus narratur et creditur etiam ex verisimilibus coniecturis, quod Tudertin(a) civitas ad eiusdem obedientiam ecclesie, nisi iam redierit, breviter revertatur. Qua reducta nulla civitas rebellis ecclesie in eis partibus procul dubio remanebit.

Dat. Avinion(e), V. Kal. Novembris, anno quartodecimo.

In e. m o. Iohanne regine Francie illustri.

In e. m o. Roberto de Atrabato comiti Bellimontis.

---

## 659—664. LUDEWICI SCRIPTA DIVERSA.

### 1329. Nov. 6.—24.

### 659—661. SCRIPTA PRO NOBILIBUS DE GONZAGA.

### 1329. Nov. 6.—11.

### 659. *Facultas super vicariatu Mantuano et aliis tractandi.* *Nov. 6.*

*Originale olim in tabulario Mantuano, a. 1710. Febr. 1. Viennam missum ibique deperditum*[3]. *Copiae servatae non sunt. — Ed. A. Possevinus 'Gonzaga' (1629) p. 263. Editionem* (ed.) *repetimus in minutiis correctam.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 320 nr. 2970 (Addit. II).*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Aloysio de Gonzaga civitatis Mantuane capitaneo, nostro et imperii dilecto gratiam [suam] et omne bonum.

658. a) tyr. seva *signo posito c.*

1) *De tempore obitus non constat.* 2) *Est Silvester Gattus.* 3) *Cf. J. Ficker in 'Mittheilungen des Instituts' I, 433.*

De fide et legalitate nobilium virorum Friderici comitis de Otingen[a] et Amphredi de Ianua secretariorum nostrorum fidelium dilectorum, quos ad te mittimus, plene confisi, eisdem damus et concedimus auctoritatem plenam nomine et vice nostri tecum super vicariatu Mantue et aliis tractandi, finiendi et determinandi. Gratum et ratum habere promittentes[b], quidquid per eosdem tecum fuerit determinatum, tractatum in premissis et finitum. In quorum testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Datum in castris apud Pomponescum[c], sexto die Novembris, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, regni nostri anno decimoquinto, imperii vero secundo.

## 660. *Commissio vicariatus Mantuae.* *Nov. 11.*

*Originale item deperditum. Transsumta* 1 *et* 2 *coaeva in tabulario regio Mantuano. Contulimus nos. — Ed. Possevinus l. c. p. 264.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 320 nr. 2971 (Addit. II).*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Loysio de Gonçaga[a] suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

1. Imperialis liberalitatis clemencia in suis fidelibus gratiarum dona multiplicans illis consuevit manu assurgere largiori, qui potioribus sue devotionis meritis et sacro imperio exibitis obsequiis nomen laudabile sunt sortiti. Sane cum in partibus Ytalie[b] pre ceteris fidelibus sacro imperio et Romanis imperatoribus et regibus te obsequiosum reddideris et devotum et multos de hostibus et deviis infidelibus ad devotionem fidelitatis reduxeris et adhuc reducere valeas ut speramus tua diligencia et animi puritate, ut vera te testimonia recommendant, volentes premissorum obtentu extollere nomen tuum te Loysium imperiali auctoritate facimus et constituimus nostrum et sacri imperii vicarium[c] generalem civitatis Mantue et districtus cum omnibus et singulis iuribus, iurisditionibus[d], honoribus ac pertinenciis ac ipsius civitatis ac districtus vicariatum[e] cum premissis ad tuam personam ad nostre vite terminum conferimus per presentes et ultra usque ad successoris seu successorum nostrorum in Romano regno vel imperio beneplacitum voluntatis.

2. Concedentes tibi in eisdem administrationem et plenam iurisditionem inquirendi et puniendi et iudicium sanguinis exercendi et merum et mixtum imperium et iurisditionem in genere et in specie per te vel per alium aut alios, cui vel quibus predicta vel aliquid predictorum commiseris, exercenda, recepto a te fidelitatis primitus[f] iuramento et quod predictam administrationem solicite geras et iurisditionem fideliter exequaris nulli contra iusticiam parcendo vel quemquam iniuriose ledendo, set ius suum unicuique tribuendo. Per hanc quoque concessionem nostram omnia et singula tibi esse concessa volumus in premissis, quorum specialem com[m]issionem fieri oporteret et que in generali commissione non venirent, nisi de ipsis fieret mentio spetialis. Ex certa sciencia revocantes omnem aliam concessionem, dationem et privilegium factam vel factum per nos seu predecessores nostros in quamvis aliam personam, collegium vel universitatem de premissis vel aliquo premissorum.

3. Tu quoque nobis[g] de tempore in tempus dicti vicariatus occasione subvenire debes et conveniens subsidium iuxta possibilitatem tuam impertiri.

**659.** a) Otinis *ed.* b) promittimus *ed.* c) castro Pomponesco *ed.*

**660.** a) Gonzaga 2. b) Italie 2. c) vicariatum (at *superscr.)* 2. d) iurisdictionibus *similiter semper* 2. e) vicarium 2. f) prim. fid. 2. g) *in marg. add.* 2.

4. Ceterum concedimus[h] ut post decessum tui Loysii, si te ante quam nos mori contingerit, ad filios tuos vice unius dictus vicariatus simul tenendus et regendus omnibus superstitibus et defficiente[i] aliquo ipsorum successive in alium vel alios, qui supererit vel supererint, vice unius ut prediximus usque ad nostrum vel successoris aut successorum nostrorum in Roman(o) regno vel imperio dumtaxat beneplacitum simili modo et forma ut describitur devolvatur.

In cuius rei testimonium presentes litteras conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus communiri.

Dat. in castris apud Pomponescum, undecima die Novembris, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, inditione terciadecima, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

## 661. *Concessio bonorum imperii.* *Nov. 11.*

*Originale servatur ibidem. Contulimus nos. Sigillum parum laesum pendet filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 501 nr. 732 ex or.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 277 nr. 2718 (Addit. I).*

*Cf. Scripta infra ad a. 1331. Mai. 20. edenda.*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus nobilibus viris Loysio de Gonzago suo et imperii civitatis Mantue et districtus vicario generali, Gwidoni, Pfillippino et Feltrino filiis suis, suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

1. Imperatorie celsitudinis consueta benignitas in distribuendis beneficiis uberiori favore illos prosequitur, quos sue voluntatis ad beneplacita invenerit prompciores. Inspectis itaque vestre probitatis meritis et pensatis diligenter exhibicionibus obsequiorum gratuitis, quibus erga nos et sacrum imperium diebus vestris multipliciter claruistis, nostro favore vos dignos agnoscimus nostrisque beneficiis vos censemus specialiter attollendos. Ut igitur nostrum evidenter agnoscatis affectum nostramque benivolenciam vobis aliquatenus senciatis fructuosam, vobis ac vestrum cuilibet in solidum gwardiam, custodiam et conservationem terrarum, locorum seu castrorum Razoli et Luzarie necnon eius partis districtus seu comitatus Cremone, quam in presenti nunc tenetis seu possidetis, excepto tamen castro Casalismaioris, quod nobis retinere volumus, restituendum tamen vobis nostre cum placuerit mayestati, cum omnibus et singulis districtibus, iuribus, iurisdictionibus, honoribus, redditibus, terris, aquis, molendinis, piscariis ceterisque ad dictas terras seu loca quoquo modo pertinentibus tenore presencium concedimus usque ad nostre beneplacitum voluntatis, constituentes vos vestrumque quemlibet officiales nostros in predictis.

2. Concedentes vobis et vestrum cuilibet liberam in eisdem administracionem et plenam iurisdictionem inquirendi et puniendi et iudicium sagwinis ac merum et mixtum imperium et iurisdictionem exercendi in genere et in specie per vos vel alium aut alios, cui vel quibus ipsam iurisdictionem et omnia et singula supradicta commiseritis exercenda, recepto a vobis primitus fidelitatis iuramento et quod predictam administrationem sollicite geratis et iurisdictionem fideliter exequamini nulli contra iusticiam parcendo vel quemquam iniuriose ledendo, sed ius suum unicuique tribuendo. Per hanc quoque concessionem nostram omnia et singula vobis esse concessa volumus in premissis, quorum specialem commissionem fieri oporteret et que in generali commissione non venirent, nisi de ipsis fieret mencio specialis. Ex certa sciencia revocantes omnem aliam concessionem, dationem

660. h) tibi *sequ. delet.* 1. i) deficiente 2.

et privilegium factum vel factum per nos seu predecessores nostros in quamvis aliam personam, vel universitatem de premissis vel aliquo premissorum.

In quorum omnium testimonium presentes conscribi et sigillo mayestatis nostre iussimus communiri.

Dat. in castris apud Pomponescum, undecima die Novembris, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione terciadecima, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

---

### 662. *Litterae capitaneo de Monteviridi directae.* *Nov. 23.*

*Originale* (or.) *in tabulario civitatis Firmanae. Iam olim exemplavit Bethmann. Inscriptio est:* Nobili viro Mercenario capitaneo de Monteviridi, nostro et imperii fideli dilecto. — *Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 318 nr. 508 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 359 nr. 3264 (Addit. III).*

Ludowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobili viro Mercenario capitaneo de Monteviridi suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

Puram fidelitatem tuam latere non credimus, qualiter fideles Marchie cum infidelibus et imperii rebellibus pacem tenendam tractaverunt et habendam. De quo non immerito conturbamur. Gerentes tamen de te sicuti de illo, qui tamquam propugil imperii ipsum imperium diebus tuis viriliter tenuisti, fiduciam specialem confidimus, quod ope et opere ipsis fidelibus persuadeas et inducas, ne recta semita discedentes hoc erroris in devio aliquatenus perseverent. Intueris[a] erga et considera, quantam tu ceterique fideles Marchie fidem et constantiam erga sacrum Romanum imperium servavisti, in ea sollicite perseverans nostrum et imperii statum et honorem disponas extollere posse toto, ex quo nostram consequi poteris uberem gratiam et favorem. Sciens pro firmo quod sic in brevi tibi ceterisque fidelibus Marchie auxilium nostrum impertiemus salubre, quod merito vestra debet fidelitas contentari, quia firmissime ad te primum, cum Puliam intrare volumus, quod tamen cito facere intendimus Domino annuente, veniemus. Unde constanter te teneas, imperialis benignitas de te plenissime ut confidit. Virum magnificum Iohannem comitem de Claramonte tibi recommendamus supra modum rogantes ex affectu, quatenus per civitatem Firmi sibi de competenti salario fatias provideri. Et miramur quod nundum eandem civitatem intravit nec sibi obedientiam fecerunt ut debebant. Quod summa diligentia, si nundum factum sit, procures fieri nostre contemplationis intuitu et amore. De premissis tue fidelitatis responsum nobis celeriter transcribere non omittas.

Datum Parme, die Iovis XXIII.[b] mensis Novembris, regni nostri anno quintodecimo, imperii vero secundo.

## 663. 664. CONCESSIONES ITERATAE PRO EMICHONE COMITE DE NASSOW. 1329. Nov. 24.

### 663. *Concessio prior.* *Nov. 24.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Wisbadensi. Contulimus nos. Sigillum parum laesum pendet filis sericis viridis flavique coloris.* — *Ed. Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 501 nr. 733 ex* or., *ut videtur.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 65 nr. 1064.*

*Cf. supra nr. 577.*

662. a) *sic or.* b) XXIIII. *or.*

Wir Ludowig von Gotes genaden Romischer cheiser zu allen ziten merer des richs tûn kunt allen den die disen brief an sehent oder horent lesen, das wir angeschen han di genemen und nutzbern dienst, di uns und dem riche der edel man Gotfrid graf von Dietse untz her getan hat und noch wol getûn mag, und haben dem vorgenantem graven und sinen erben gefriet purg und stat datz Dietse. Und sullent die vorgenanten pûrg und stat und all ir purger alle di friheit, reht und gewonheit habn und niezen, die Fra[n]chenfurt unser und des riches stat und ir purger untz her gehabt hat und noch hat. Des ze urkunde so geben wir in disen brief mit unserme cheiserlichem insigel versigelten.

Der geben ist zu Parme, des nehsten Fritages nah sant Cecilie tag, da man zalt von Christes geburd triutzehenhundert niunundzweinzick jare darnah, in dem funfzehendem jar unsers riches, in dem anderm des cheisertumes.

## 664. *Concessio altera.* *Nov. 24.*

*Originale* (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 384. Descripsit H. Herre. Sigillum parum laesum pendet filis sericis viridis flavique coloris. In verso inter sigilli foramina legitur:* S.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 66 nr. 1065.*

*Cf. supra nr. 578.*

Wir Ludowich von Gotes genaden Romischer cheiser zu allen ziten merer des riches chundin und verjehin offenlich an diseme briefe, das wir durch der danchbern dienst willen, so uns getan het und noch tûn sol der edel man Emich graf von Nassaw, ime, siner êlichen frawen und sinen erben versetzet habn diu purch zu Chamerstein und den hofmarckt daselben, di hofmerckt zu Swabbach, zu Altdarf und zu Heroldsperch mit allen iren rehten, nutzen, zugehôrden, begriffen und gebûwnden, die er ŏch vor von uns und dem rich ze phande het, furbas umb zwelfhundert guldin, also das er, sin elich frowe und sin erben die vorbenempten gûter inne haben und niessen und nützen von eins richs wegen sont, untz wir oder unser nachkomen an dem riche du gûter von in erlôsen umb alles das, das su in von dem rich iezant stant, und fûrbas umb zwelf hundert guldin, die wir inen nu dar ûfslahen. Und des zu urkunde so geben wir in disen brief versigelten mit unserm cheiserlichem insigel.

Der geben ist zu Parme, des nehsten Fritages nach sant Cecilie tag, da man zalt von Christes geburde triutzehenhundert niunundzweinzich jare darnach, in dem funfzehendem jar unsers riches und in dem anderm des cheisertumes.

---

## 665. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE IOHANNI REGI BOHEMIAE MISSAE.

## 1329. Nov. 14.

*Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115 II fol. 160 nr. 1904. Contulimus nos. — Ed. Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 284 nr. 1801 ex* c.; *extr. apud Riezler 'Vatikan. Akten' p. 431 nr. 1225 ex* c.

Iohanni regi Boemie illustri.

Regie celsitudinis litteras nobis per dil. fil. Guillelmum Pinchon[a] archidiaconum Abrincensem regium nuncium presentatas solita benignitate recepimus earumque seriem

665. a) Pinchoti *c.*

et que dictus nuncius nobis circa hec curavit exponere, intelleximus diligenter. Que utinam talia essent, fili carissime, que nos possemus secundum Deum et apostolice sedis decentiam ad exauditionis gratiam admisisse, super quibus nos procul dubio regalis serenitas propicios reperiet. Sed quia talia sine fratrum nostrorum consensu expediri non debent nec ab ipsis consensum huiusmodi[b] cum in aliis quasi similibus, licet etiam longe magis rationi et equitati propinquis, alias nequiverimus obtinere, habeat nos super hiis regia providentia quesumus excusatos.

Dat. Avinion(e), XVIII. Kal. Decembris, anno XIIII.

---

## 666. CREATIO NOTARII.
## 1329. Nov. 24.

*Ex Protocollis notarii Benvenuti quondam Corradi in archivo notariorum Utinensi edidit a. 1845. Bianchi 'Documenti per la storia del Friuli' II, 368 nr. 601. Editionem repetimus in minutiis correctam.*

*Cf. supra nr. 235.*

Die XXIV. intrante Novembri, in Burgo Sancti Petri in domo Principis Hosterii, presentibus ipso Principe, magistro Balisio Cirolago Civitatensi, Hendrico filio Hendree de Zina, Guillielmo filio olim Vilani de Romanza commorante in Burgo Sancti Petri, Zambello Menelotii de Mediolano commorante cum domino patriarcha Pagano, Manfredino de la Turre de Mediolano testibus et aliis ad hoc specialiter vocatis et rogatis.

Nos Guido Dei gratia comes palatinus filius quondam nobilis viri domini Guidioli comitis de Lomello districtus Papie per presentes notum facimus universis imperii Romani fidelibus tam presentibus quam futuris, quod nos confidentes de fide atque prudentia Mauri olim Malfatti de Torgiano nunc Civitatis Austrie Aquilegen. dioc., qui corporaliter ad sancta Dei euangelia nobis iuravit facere instruere filium suum Iacobum litteraliter, ut scientiam aut artem et officium tabellionatus possit per totum Romanum imperium legaliter exercere, auctoritate nobis nostrisque predecessoribus ab imperiali maiestate concessa, prout in nostris privilegiis continetur, Iacobum filium prefati Mauri de arte et officio notarie cum penna et pugillari investimus, publicum tabellionem et notarium constituentes eundem licet minorem duodecim annorum, sed maiorem septem annorum, receptis tamen prius ab eo vice et nomine excellentissimi Ludovici imperatoris iuramento ac promissione. Qui iuravit et promisit nunquam esse contrarius Romano imperio neque nobis et si sentiet aut audiet aliquod, propter quod possemus aut deberemus perdere vitam vel membrum, nobis statim quam potuerit manifestabit. Cartam aut scriptum aliquod ad officium notarie pertinens nunquam falsum faciet. Cartam, testamentum autenticum et omnia que autenticari debebunt non autenticabit in cartis abrasis bombicis aut papiri. Contractus vero, acta, cartas, testamenta, donationes, protocolla et omnia que ad artem et officium spectant cum nomine suo et signo manu propria scribet et autenticabit. Dicta quoque testium bona fide sine fraude scribet et recipiet. Scripta vero et omnia, que sibi in credentia relata fuerint ad artem et officium notarie spectantia, private tenebit, donec publice ab aliis fuerint divulgata. Rationes autem seu iura ecclesiarum, hospitalium, viduarum, orphanorum et pupillorum bona fide manutenebit. Preterea quod dictus Iacobus nullum ordinem sacrum habeat neque ulli loco religioso existat dedicatus et quod existat liber homo et generaliter omnia alia que ad ipsam artem notarie spectant [secundum] fidelitatis et officii consuetudinem fideliter et integraliter facere et observare iurabit. Concessimus siquidem eidem Iacobo

**665.** b) *ita c.*

liberam potestatem et arbitrium, ut per totum imperium Romanum officium tabellionatus et notarie libere valeat exercere. Iubemus igitur quod nullus sit qui ipsum Iacobum de dicto officio neque de hiis que ad dictum officium spectant temerarie impedire seu molestare presumat. Quod qui presumpserit, imperialem indignationem se noscat firmiter incursurum. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presens scriptum sibi fieri nostrique sigilli munimine et manu publica iussimus roborari.

Actum etc.

---

## 667. SCRIPTUM GOTFRIDI DE EPPSTEIN SUPER STURA RECEPTA.

### 1329. Nov. 30.

*Originale* (or.) *in tabulario civitatis Wetzlariensis. Sigillum laesum pendet loro ex ipsa membrana exsecto. — Ed. Wiese 'Urkundenbuch der Stadt Wetzlar' I, 467 nr. 1155 ex* or. *Editionem repetimus.*

*Cf. l. c. I, 420 nr. 1038 et 447 nr. 1103.*

Wir Godfrid herre zu Eppinstein dûn kunt allin dy disin genwurtigen brief ansehin adir hoerin lesen und verjehin unde bekennin uffinlige umbe zweidusint marc phenninge gengir unde gebir, dri Hellere vor den phenninc gezalt, dy uns unser genedige herre keyser Lodewich von Rome beschiet unde gab ufzuhebene an der stat zu Wetflar zu fumf jaren ie des jaris vierhundirt marc, also an den briebin steit, dy her uns darubir gegebin hat undir sime konincligin ingesigele besigelit[1], an der sture adir bede, di si deme vorbenanten hern keyser Lodewige schuldich sin zu gebene allirjerliges, das si uns dy zweidusint marc gutligin ganz unde gar verrichtit han unde bezalit. Unde sagin wir si der loes unde ledich an dysin uffenin brieve. Unde gebin wir des der vorgenanten stat zu Wetflaer dysin brief besigelit undir unserm grostin ingesigele.

Unde wart de gescribin unde gegebin du man zalte na Cristus geburte druceinhundirt jaer darna in deme nûnundezwenzichstin jare, an sante Andreas dage des heiligin apostelin.

---

# 668. 669. LUDEWICI PRIVILEGIA DIVERSA.

### 1329. Dec. 7. — 24.

668. *Privilegium exemtionis civibus Parmensibus concessum.* *Dec. 7.*

*Originale nobis quamvis quaerentibus nusquam reperiri poterat. Deperditum esse videtur. — Ed. Iren. Affò 'Storia della città di Parma' III (1793) p. 370 nr. 19 ex* or. *'Dall' Archivio della famiglia Terzi, ora Marazzani e Rangoni'. Editionem repetimus, textus menda gravia sanantes.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 66 nr. 1066.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus nobilibus viris Guidoni et Filippono fratribus de Tertiis civibus civitatis Parme, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam [suam][a] et omne bonum.

668. a) *excidit ed.*

1) *Supra tom. V nr. 931 sub 2.*

Imperialis diadematis cui divino munimine presidemus fastigium[b] dignitatis illos decet specialis prerogative[c] gratia prosequi et honore, in quibus se credit firmam[d] fidem et devotionem debitam congruis temporibus reperire. Unde fervor[e] devotionis sincere et constantie firmitas inconcusse, quibus vos inter ceteros fideles imperii flagrancius redolere percepimus, nos[f] merito induxerunt, ut quos noster affectus speciali affectione complectitur, favore singularis benevolentie prosequamur. Ut igitur nostrum evidenter cognoscatis affectum nostramque benevolentiam sentiatis in aliquo fructuosam, vos et vestrum quemlibet vestrosque heredes a vobis legitime descendentes presentes et posteros et res vestras a cunctis oneribus, muneribus realibus, personalibus vel mixtis, angariis, perangariis, plaustrariis tam ordinariis quam extraordinariis, collectis, extimo, mutuis, equis, datiis, gabellis, vectigalibus, theloneis, custodiis diurnis et nocturnis, cavalcatis, exercitibus, refectionibus, prestationibus, superindictis et aliis quibuscumque oneribus et muneribus, quocumque nomine cense[a]ntur, impositis vel imponendis per commune Parme seu aliud commune quodcumque, vicarium, rectorem, officiale[m] aut aliam personam quamcumque, cuiuscumque status, loci [vel] conditionis existat, Romanis regibus, imperatoribus seu ipsorum nunciis specialibus dumtaxat exceptis, eximimus, liberamus, [absolvimus][g] et ex certa scientia tenore presentium liberos a predictis omnino esse volumus et immunes. Precipientes universis et singulis ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus, vicariis, rectoribus, potestatibus ceterisque officialibus quibuscumque, communitatibus, universitatibus, collegiis et specialiter communi, officialibus et rectoribus civitatis Parme et districtus favoris et gratie nostre sub obtentu, ne vos aut aliquem vestrum a vobisque legitime descendentes[h] contra premissa vel aliquod premissorum in personis vel rebus directe vel indirecte, publice vel occulte aliquo modo per se, alium vel alios molestent, impediant vel perturbent, imo potius vos vestrosque heredes in predictis nostris gratiis omnimode manuteneant et defendant, si gravem nostram effugere voluerint ultionem. Volentes ut omnes factiones, impositiones, collecte, tallee, quocumque nomine censeantur, vobis aut vestrum cuilibet vestrisque heredibus a vobis legitime descendentibus contra premissa vel aliquod premissorum imposite ipso facto sint nulle, casse, irrite et inanes et per quemlibet notarium etiam sine expensis quibuscumque a libris seu cartulis, in quibus posite sunt, absque mandato alio canzellentur, deleantur et in totum penitus auferantur. Non obstantibus quibuscumque legibus, iuribus, consuetudinibus, privilegiis vel statutis introductis, concessis aut factis per nos aut predecessores nostros quoscumque communi Parme seu alteri collegio, communitati, universitati aut persone cuicumque et specialiter legibus illis 'nec dampnos[a]' [et] 'quoties rescripta'[1] etc.[i] et generaliter omnibus legibus et iuribus, per que premissis vel ipsorum alicui posset preiudicium generari, que quoad premissa, eisdem ex certa scientia et de plenitudine imperatorie potestatis derogantes, nullius obtinere volumus roboris firmitatem. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis, exemptionis, liberationis et[k] absolutionis paginam infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, preter indignationem nostram penam centum marcharum auri puri, quarum medietatem fisco, id est nostre imperiali camere, reliquam vero iniuriam passis applicari volumus ipso facto, se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Parme, septimo die mensis Decembris, sub anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indictione tertiadecima, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero secundo.

**668.** b) fastigii *ed.* c) speciali prerogativa *ed.* d) serenam *ed.* e) senior *ed.* f) nobis afferri *ed.* g) *lacuna in ed.; ita fere supplendum esse videtur; cf. lin. 39.* h) descendentibus *ed.* i) *sequ. lacuna in ed.* k) *sequ.* equitationis *ed.*

1) *Cod. 1, 19, 3 et 2.*

## 669. *Privilegium pro abbate Sancti Emmerami Ratisponensis.* *Dec. 24.*

*Originale* (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 387. Contulimus nos. Sigillum laesum pendet filis sericis rubei viridisque coloris. Super plica scriptum est:* R̷.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 66 nr. 1067.*

¦Lu¦dowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus .. religioso viro Alberto honorabili abbati monasterii Sancti Emmerami Ratisponensi, fideli suo devoto graciam suam et omne bonum.

Desiderii votum celse celsitudinis nostre tunc nempe saturatur ad plenum, cum pie consideracionis studio imperialis solercia devotorum imperii augmentat commoda et honores. Hoc etsi cunctis sumopere ex commisse nobis administracionis debito cupidis animis quantum possumus facere teneamur, forcius tamen non dubium personis divinis dedicatis obsequiis ob eorum benemerita, cum eius sint servi, per quem reges regnant et principes in gentibus dominantur[1], culmen nostre celsitudinis ad id fervencius obligatur. Itaque nostri cordis volumina iugi meditacione volventes pio pensamus affectu, quantam devocionem et fidem tu tuique predecessores in dicto monasterio ad nos et sacrum Romanum imperium hactenus habuisti nec desidem te invenimus ad status nostri magnificenciam ampliandam, dignum duximus te tuumque monasterium, quod affectio nostra complectitur, speciali beneficiorum munere extollendum. Ut igitur te, cuius fides non claudicat, sentias per nostram clemenciam honorari more solito et consweto, universa regalia, temporalitates, honores, utilitates et commoda tibi tuoque monasterio iure vel antiqua conswetudine pertinencia et que tui predecessores in dicto monasterio eiusque bonis hactenus habuerunt seu rite et legittime possederunt, tenore presencium tibi imperiali benivolencia conferimus, concedimus et donamus. Insuper ut gratia addatur graciis, singulas et universas libertates, emunitates, exempciones, gracias, concessiones, dona et privilegia tibi tuisque predecessoribus et monasterio tuo predicto a nobis seu ab aliis predecessoribus nostris in Romano regno vel imperio quibuscumque facta, data seu concessa grata et rata habentes presentis scripti patrocinio approbamus, ratificamus, confirmamus ac etiam de novo concedimus et innovamus ex certa scientia et de nostre imperatorie plenitudine potestatis, volentes te tuumque monasterium predictum omnibus et singulis antedictis adeo plene et precipue gaudere, uti et potiri, quemadmodum tui predecessores in dicto monasterio et ipsum monasterium hactenus quocumque tytulo eisdem usi sunt et potiti. Precipientes regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus ceterisque nobilibus et fidelibus imperii universis, civitatibus, communitatibus, universitatibus, collegiis et aliis personis singularibus quibuscumque, cuiuscumque condicionis existant, etiamsi pontificali aut alia quavis prefulgeant dignitate, ne te tuumque monasterium in predictis aut aliquo predictorum aliquo modo molestent, impediant vel perturbent, immo pocius omnimode manuteneant et defendant favoris et gratie nostre sub obtentu. Non obstantibus quibuscumque legibus, iuribus, consuetudinibus vel statutis et specialiter legibus illis C. de precibus imperatori offerendis l. 'nec dampnosa' et l. ult(ima)[2] et 'si contra ius vel utili(tatem) pu(blicam)' e(odem) li(bro) l. ul(tima)[3] seu privilegiis [vel][a] concessionibus factis per nos aut predecessores nostros quoscumque generalibus vel specialibus introductis, factis, datis seu concessis per quemcumque persone cuicumque, cuivis collegio, communitati seu persone singulari, cuiuscumque preeminencie, condicionis et status existat, et specialiter civitati Ratisponensi sub quacum-

669. a) *excidit or.*

1) *Cf. Matth. 20, 25.* 2) *Cod. 1, 19, 3 et 8.* 3) *Cod. 1, 22, 6.*

que concessione, concepcione seu expressione verborum, etiamsi de ipsis specialis ac de verbo ad verbum foret in nostris litteris mentio facienda, que predictis aliquo modo obviarent, que quoad premissa nullius obtinere volumus roboris firmitatem, eisdem ex certa scientia et de plenitudine imperatorie potestatis penitus derogantes, que etiam tenore presencium cassamus, irritamus, anullamus, cassa et irrita esse volumus ipso facto. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre collacionis, donacionis, ratificacionis, approbacionis, confirmacionis et concessionis paginam infringere aut ei auso temerario contraire. Si quis autem contravenire presumpserit, preter indignacionem nostram penam centum marcarum auri puri, quarum medietatem fisco id est nostre imperiali camere, reliquam vero iniuriam passo applicari volumus, ipso facto se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigilli munimine iussimus communiri.

Datum Tridenti, in vigilia nativitatis Domini, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono, indict. terciadecima, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero secundo.

---

## 670. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE REGI FRANCIAE MISSAE. 1329. Dec. 13.

*Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115 II fol. 113 nr. 1623. Contulimus vel descripsimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 433 nr. 1236 ex* c. *(decurtatum).*

*Cf. supra nr. 658.*

Eidem regi.

Ut regiam celsitudinem non lateant novitates que inpresenciarum occurrunt, ecce fili carissime quod, prout ex litteris dil. fil. nostri Iohannis Sancti Theodori diaconi cardinalis apostolice sedis legati pridem gratanter accepimus, Viterbienses et Cornetan(i) omisso erroris devio, in quo aliquamdiu ambularant, ad semitam veritatis et devotionem nostram ac Romane ecclesie redeuntes, ipsum nostro nomine exultantibus animis receperunt, nostris obedire beneplacitis promittendo ac civitatis Viterbien(sis) et Corneti regimen sibi dicto nomine committendo. Intelleximus etiam tam ex litteris nunc presidentis civitati Tudertine quam aliorum fidedignorum parcium earundem, quod Tudertini iugum servitutis sub illo Iohanne Siarre eis nomine Belial filii Ludovici de Bavaria presidente sufferre amplius non valentes, eum cum gente sua de eadem civitate ignominiose et viliter expulerunt et speramus, quod ipsi sano ducti consilio ad obedienciam et devotionem nostram et dicte ecclesie remeabunt. Ceterum super excusatione benigna eorum, que dil. fil. Arnaldum Duesa vicecomitem Caramanni nepotem nostrum concernebant noviter nobis scripta, benivolencia regia teneat pro constanti, nunquam nostre intentionis fuisse pro eodem vicecomite vel quovis alio ipsam nostris incitare precibus, ubi ius lederetur tercii vel notabile dispendium regali excellencie immineret. Super qua excusatione et affectione propicia, quam ad ipsum nepotem nostrum sublimitatem regiam gerere nobis dicte littere descripserunt, sibi gratiarum referimus uberes actiones.

Dat. ut supra [1].

In e. m. Iohanne regine Francie.

1) *Scil.* Avinion(e), Id. Decembris, anno quartodecimo.

# ACTA REGNI LUDEWICI IV.

## (CONTINUATIO.)

---

## 671—675. LUDEWICI PRIVILEGIA ET SCRIPTA VARIA.

### 1330. Ian. 1.—22.

**671.** *Confirmatio privilegiorum pro Bertholdo comite de Henneberg.* *Ian. 1.*

*Originale* (or.) *in tabulario Meiningensi. Contulimus nos. Manu Italica exaratum est. Pendet bulla aurea filis sericis viridis, rubei, violacei coloris.*

*Quae cum prioribus privilegiis in margine indicatis concordant, ea typis minoribus excussa sunt.*

*Böhmer, Reg. Ludw. 66 nr. 1073.*

‖Ludowicus‖ Dei gratia Romanorum imperator semper augustus universis et singulis sacri Romani imperii fidelibus dilectis, ad quorum notitiam presentes devenerint gratiam suam et omne bonum.

1. Digna consideratio laudabilium meritorum spectabilis viri Bertoldi comitis in Henninberch secretarii et fidelis nostri dilecti, quibus persona sua merito meruit honorari, necnon plurium obsequiorum inspeccio, que idem nobis et sacro Romano imperio constanter et fideliter hactenus inpendit et inpendere poterit in futurum, imperialem inducunt excellentiam ad promovendum ea frequencius, que sibi et suis heredibus commodum conferunt et honorem.

IV, 1 nr. 404. 2. Convertentes igitur aciem mentis nostre* ad augmentum honoris sui suorumque heredum de unanimi consensu et consilio principum et procerum nostrorum et sacri Romani imperii sibi suisque heredibus conferimus omnia iura principum tam in ingressu quam in egressu ad imperialem deliberacionem, in sentenciis conveniendis, dictandis, pronunciandis in iure civili et plebiscito quod vulgariter dicitur lantrecht et specialiter ipsi* Bertoldo suisque heredibus necnon nobilibus et plebeis eorumdem hanc de liberalitate imperatoria libertatem et gratiam duximus faciendam, videlicet quod ipse Bertoldus heredesque sui possint, debeant et valeant gratia, iure, honore et privilegio aliorum nostrorum et sacri Romani imperii principum choruscare et homines sui suorumque heredum iure, more, honore, gratia et privilegio hominum aliorum principum congaudere, sic quod ipsi Bertoldus comes predictus suique heredes non alibi quam ubi alii principes* et homines eorum non alibi quam ubi homines aliorum principum conveniuntur, valeant conveniri. Ipsum Bertoldum comitem predictum suosque heredes iuribus,

libertatibus, honoribus, gratiis et privilegiis aliorum principum nostrorum et imperii necnon homines eorumdem hominibus aliorum principum nostrorum tam in parendo quam in stando iuri quam aliis libertatibus, gratiis et iuribus per omnia penitus adequantes. Adicientes etiam ad premissa, quod non obstante si alicui vel[a] aliquibus principi vel principibus seu alterius cuiuscumque dignitatis, preeminentie sive status persone spiritualis aut secularis fuerit vel fuerint, per nos aut antecessores nostros imperatores aut Romanorum reges gratia similis sit indulta et concessa quibuscumque litteris aut legum amminiculis fulcita, de quibus in presentibus specialis esset habenda mencio, quibus quoad predicta auctoritate imperiali presentibus omnimode derogamus nullumque dicto Bertoldo comiti heredibusque suis et hominibus ipsorum possint, debeant nec valeant preiuditium generare.

3. Concedentes nichilominus et conferentes propter fidem et devocionem, quam 1216. Mai 12. erga nos gerit et gessit idem Bertoldus, sibi suisque heredibus in rectum et perpetuum feodum omnes aurifodinas, argentifodinas, salinas et omnia alia metalla quecumque, que ammodo in terra sua reperta fuerint, ut ea in usus proprios libere convertere possit et valeat, valeant atque possint et tam ipse quam sui heredes, sicut ad imperium et nos spectarent, cum universis suis proventibus iure feodali perpetue possideant et teneant [et] in hiis, quantum ad ius imperii pertinet, pro commodo et utilitate* disponendi plenariam et liberam* habeant facultatem[1].

4. Statuentes etiam et volentes, quod si quis accionem aliquam adversus homines suos, V nr. 300. cuiuscumque status vel condicionis existant, super quacumque causa civili vel criminali habuerit, illam coram ipso Bertoldo comite suisque heredibus et nullo alio iudice primitus prosequatur illique reddatur per eum vel eos de hominibus eisdem iuxta iuris exigentiam iusticie conplementum. Quod si idem Bertoldus comes aut heredes sui in reddenda iusticia querulanti seu querulantibus coram eo vel eis neglientes comperti fuerint vel remissi, volumus ut extunc ipsi homines comitis memorati vel heredum suorum, qui sic tracti sunt in causam, coram nobis aut coram iudice curie nostre nec alibi conveniantur et ibidem recipiatur a partibus hinc et inde quid dictaverit ordo iuris. Si quis autem aliquem vel aliquos ex hominibus Bertoldi comitis vel heredum suorum predictorum contra huiusmodi gratie nostre tenorem et concessionem coram alieno iudice vexare vel quomodolibet convenire presumeret, is indignacionem nostram se senciet graviter incurrisse et nichilominus omnes processus et sentencias contra dictos homines latos seu latas nullam decernimus habere roboris firmitatem nec ipsis in iure suo nocumentum afferant vel preiudicium aliquod valeant generare.

5. Conferentes etiam eidem Bertoldo comiti castrum et dominium Henninbergen(se) post VI, 1 nr. 263 cap. 2. eumque tenentibus et tenenti auctoritate nostra imperatoria per tempora vite sue, videlicet ut viginti personas, dumtaxat spurios, manzires vel aliter illegittime natos, legittimare valeat ad succedendum parentibus et obtinendum honores civiles et quoslibet actus legittimos exercendos omni modo, acsi essent legittime procreati, non obstante lege que spurios, manzires et alios illegittime natos legittimare prohibet[2] et cuiuslibet iuris alterius edicione contraria, quibus quantum est quoad presentem legittimacionis casum, ex certa nostra scientia et auctoritate nostra speciali idem Bertoldus comes poterit derogare. Ad hoc eidem ex eadem speciali gratia concedimus, cap. 3. quod similiter per tempora vite sue eadem fultus auctoritate imperiali decem* possit notarios publicos constituere, creare et facere ad suum arbitrium eligendos, ydoneos tamen et fideles, qui sciant et valeant rite huiusmodi officium exercere, easdem*que legittimacionis, constitucionis cap. 4. et creacionis publicorum notariorum gratias in descendentes ex eo heredes et filios legittimos nascituros et natos plenissime diffundentes, concedentes etiam de plenitudine gratie nostre et imperatorie maiestatis, quod quicumque proximus* post eum castrum et dominium Henninbergense tenuerit, legittimandi decem personas illegittimas*, constituendi et creandi sex notarios

**671.** a) si alicui vel *in loco raso or.*

1) *'Henneberg. Urkundenbuch' I, 18 nr. 26; Reg. imp. V nr. 860.* 2) *Nov. 89, 15; cf. Cod. 5, 27, 10.*

publicos ut supra dicitur, donec vixerit, similiter ydoneos et fideles liberam auctoritate nostra predicta habeat potestatem. Sic etiam* sine prefinitione temporis quilibet alius castrum et dominium predictum tenens* legittimandi*, constituendi et creandi sex notarios publicos, ut supra dicitur, eadem concessione, auctoritate et gratia nostra imperiali plenariam obtineat et habeat cap. 5. facultatem. Ex uberiori preterea dono gratie prefato Bertoldo comiti* hanc gratiam liberaliter duximus faciendam, ut quecumque bona et feoda a nobis et sacro imperio feodaliter descendentia a quibuscumque personis* vasallis nostris valeat precio conparare vel alio modo dono, concessione vel aliter qualitercumque conquirere et ammodo de nobis et ipso imperio tenere in feodum omni modo et iure, sicut alter vel alii* tenuerunt. De quibus feodis eumdem comitem suosque heredes exnunc ut extunc infeodamus et presentibus investimus. Liceat etiam eidem *comiti* suisque heredibus ex hac nostra permissione et concessione feodum et feoda a vasallis nostris et imperii conparare et conquirere, ut premittitur, et eosdem reinfeodare denuo de eisdem, sic quod ipse comes heredesque sui* nostri et sacri imperii inmediati sint vasalli et infeodati ab eisdem de huiusmodi feodis solum ipsorum inmediati, non nostri nec imperii sint vasalli. De quibus similiter premisso modo exnunc prout extunc eumdem comitem heredesque suos infeodamus et in hiis nostris litteris esse volumus investitum.

6. Contulimus insuper et conferimus eidem Bertoldo comiti suisque heredibus terram (M.) a[b] felicis recordacionis Hermanno marchione Brandenburgensi cum universis suis pertinenciis conparatam, videlicet castrum et opidum Koburch, castrum Schowinberch et omnia alia bona quocumque nomine nominata per nobiles viros . .[c] de Schowinberch possessa et habita, castrum et opidum Kunigesperch, advocatiam monasterii Rothen, decimam ville Bachvelt, castrum dictum Herbisleibin[1] et castrum dictum Bylrith cum singulis et universis castrorum et opidorum predictorum pertinentiis et iuribus in iustum et legale feodum perpetue possidenda[2].

1308. Ian. 30. 7. Libertamus insuper castrum et opidum* Wasungin in hunc modum ex dono et gratia imperatorie maiestatis, quod utifrui et gaudere possit, debeat et valeat omnibus iuribus, iudiciis, libertatibus et gratiis, quibus opidum* Swinfurthe hactenus usum et gavisum est et eciam gaudere et* frui poterit in futurum[3].

8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre prerogative, concessionis, collacionis, libertatis et gratie paginam per dive recordationis antecessores nostros Romanorum imperatores et reges factam et per nos prius eidem Bertoldo comiti suisque heredibus per nostram maiestatem innovatam, quam exnunc de novo innovamus, ratificamus, approbamus et de certa nostra scientia presentis scripti patrocinio confirmamus, infringere vel ei ausu temerario modo quolibet contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem nostram et penam centum marcarum auri, quarum medietatem imperiali fisco nostro, reliquam vero medietatem dicto Bertoldo comiti suisque heredibus applicari volumus atque dari, et imperialis nostre maiestatis offensam se noverit incurrisse.

In cuius rei testimonium presentes conscribi et bulla nostra aurea cum imperiali nostro signo solito iussimus et mandavimus communiri.

Dat. Tridenti, prima die mensis Ianuarii, indictione terciadecima, anno Domini millesimo trecen[te]simo tricesimo, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero secundo.

‖Signum domini Ludowici quarti Dei gratia Romanorum imperatoris invictissimi.‖

Ego[d] fr(ater) Heinricus sacre theoloie doctor et cancellarius aule sacre imperialis vice domini archiepiscopi Coloniensis archicancellarii per Italiam recognovi.

**671.** b) *bis scriptum or.* c) . . . *or.* d) *abhinc manus cancellarii in or.*

1) *Cf. infra ad a. 1331. Iun. 15.* 2) *Cf. supra tom. V nr. 606.* 3) *Cf. 'Henneberg. Urkundenbuch' I, 43 nr. 64; 46 nr. 75; 90 nr. 157; Böhmer, Reg. Albr. p. 250 nr. 595.*

## 672. *Privilegium pro civitate Heilbrunnen.* *Ian. 4.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Stuttgardiensi. Contulimus nos. Pendet bulla aurea filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. 'Urkundenbuch der Stadt Heilbronn' (= 'Württemberg. Geschichtsquellen' V) p. 53 nr. 120 ex* or.
*Böhmer, Reg. Ludw. p. 66 nr. 1076 (male ad Ian. 5).*

Ludowicus[a] Dei gratia Romanorum imperator semper augustus .. prudentibus viris sculteto, consulibus ceterisque civibus oppidi in Hailprunnen, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum[b].

1. Solercia imperialis celsitudinis ad hoc precipuum curis continuis agitatur, qualiter fidelibus ac devotis imperii serenitas pacis amene ac felicis status tranquillitas suis preparetur temporibus et ad recompensandos ipsorum labores largifluis consolacionum decorentur muneribus, variis quoque beneficiorum donis et graciis multiplicibus predotentur. Per hoc namque principis votum desiderantis subiectorum conmoda ampliare gaudio magno et leticia uberi adimpletur, eius quoque honor et gloria multe laudis preconiis extollitur et varie exaltatur favoribus subditorum. Summe igitur diligencie studio cordis nostri volumina revolventes invenimus vos per facti experienciam favorem nostrum inter alios fideles imperii uberius meruisse, ob quod nostre celsitudinis brachiis amplecti vos volentes et vestri velud illorum, quos in gremio imperatorie claritatis intendimus gubernare, gerere sollicitudinem atque curam, ut membra disposicione capitis a noxiis preserventur, fidelitatis vestre, cuius sincerus affectus fidesque pura non claudicant, peticionibus pie exaudicionis ianuam reserantes vestrisque postulacionibus auditum porrigentes benignum, concessiones, litteras, privilegia, libertates et gracias per nos ac alios predecessores nostros vobis quomodolibet datas vel concessas, ut annis singulis nomine stůre seu collecte Romanis regibus, imperatoribus seu ipsorum officialibus ultra sexcentas libras Hallensium legalis (M.) monete quomodolibet dare non teneamini, speciali benivolencia presentis scripti patrocinio et ex certa sciencia confirmamus, approbamus, ratificamus ac etiam de novo concedimus et innovamus de nostre imperatorie plenitudine potestatis. Inhibentes omnino, ne quisquam vos, cuiuscunque condicionis et status existat, racione stůre alicuius ultra premissam pecunie summam aliquo modo impetat vel impugnet[b].

2. Sane quoniam ampliarum liberalitatum favoribus illos nostram per clemenciam convenit circumplecti grateque benignitatis affectibus grato participio decorari, qui claritatem fidei et debite devocionis constanciam locis et temporibus oportunis strennuitate operum magnifice et multipliciter probaverunt, vos quorum promocionem uberem nostre pietatis gestamus in votis, hac prerogativa gracie specialiter prosequentes et honoris, ut annis singulis iuxta concessionem vobis factam per dive memorie Rudolfum quondam Romanorum regem predecessorem nostrum[1] forum generale seu nundinas incipientes per octo dies ante festum beati Michahelis archangeli et per quindecim dies dictum festum inmediate sequentes finientes cum omnibus libertatibus et emunitatibus, quibus libertate sunt per divos predecessores nostros Romanorum reges et imperatores nundine oppidi nostri Franckenfurd(ensis)[c], dictam concessionem ratam et gratam habentes, in oppido vestro predicto libere possitis habere cunctasque mercaciones et mercimonia vendere ipsaque publice, sicut in talibus nundinis moris est, vendicioni possitis exponere, vobis vestrisque successoribus et posteris imperiali clemencia perpetuo tenore presencium indulgemus[b]. Advocatis, officialibus, nobilibus ceterisque imperii fidelibus universis

Sept. 22. Oct. 13.

672. a) *non* Luiduvicus; *ligatae sunt* d *et* o *or.* b) *sequ. .. or.* c) Franckenfurḡ *or.*

1) *Reg. imp. VI nr. 2202; cf. l. c. I, 16 nr. 45.*

status et condicionis cuiuscumque districcius inhibentes gracie et favoris nostri sub obtentu, ne vos vestrosque successores et posteros in predictis seu ipsorum aliquo aut contra ea directe vel indirecte, publice vel occulte aliquo modo impetant, molestent vel perturbent, inmo pocius iuxta suorum possibilitatem virium vos in eisdem manuteneant et defendant[d].

3. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmacionis, ratificacionis, approbacionis et etiam nove concessionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem contravenire presumpserit, indignacionem nostram et penam centum marcarum auri puri, quarum medietatem fisco id est nostre imperiali camere, reliquam vero iniuriam passis applicari volumus, ipso facto se noverit incursurum.

In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostra bulla aurea ac nostro imperiali signo consweto iussimus communiri.

Datum Tridenti, feria quinta post circumcisionem Domini, sub anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, indicc. terciadecima, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero secundo.

Ego[e] fr(ater) Heinricus sacre theoloie doctor et fungens officio cancellarie aule imperialis nomine et loco archiepiscopi Colon(iensis) archicancellarii per Italiam recongnovi.

### 673. *Privilegium pro nobilibus Pergamensibus.* *Ian. 20.*

*Copiae duo 1 et 2 in Registro D membr. 'G. VIII. 1526' signato saec. XV. tabularii Brixiensis fol. 1 et 5. Contulimus nos.*

*Transsumtum 3 a. 1571. Iun. 18 confectum eiusdem tabularii reperiri non poterat. — Ed. Ficker 'Forschungen' IV, 527 nr. 515 ex 3. Cuius editionem adhibemus.*

*Variam lectionem nisi maioris pretii non adnotavimus. In 1 et 2 textus valde corruptus est.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 277 nr. 2719 (Addit. I).*

Ludovicus Dei gratia[a] Romanorum imperator[b] semper augustus nobilibus viris Theutaldo[c] quondam Gualterii[d] de Suardis et Mapheo olim Odaxii[e] de Forestis de Pergamo, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

1. Imperatoriam maiestatem decet fideles[f] imperii alumnos benefitiis, gratiis et honoribus favorabiliter[g] promovere[h], ut ceteri subditorum ad fidelitatem[i] fortius animentur[k]. Unde propter fidelitatem et grata servitia, que nobis et imperio hactenus exhibuistis et speramus vos in posterum exhibituros, volentes vos honorare et per honorem vobis exhibitum aliis favorem benivolum[l] impartiri[m], vobis et cuilibet vestrum ac vestris ac cuiuscumque vestrum heredibus et successoribus per lineam masculinam descendentibus, ut per totam Italiam naturales liberos sive bastardos, spurios, manceres[n] et quoscumque etiam ex damnato coitu seu incestis nuptiis procreatos legitimare et ad omnes actus legitimos restituere valeatis, ita quod ipsi naturales sive bastardi, spurii et[o] manceres[p] per vos seu[q] aliquem vestrum aut per[r] vestros heredes et successores ut predicitur legitimati[s] ad honores, dignitates[r] ac etiam ad[t] successiones et hereditates volentium eos[u] ipsorum[v] heredes instituere aut eis relinquere aliquid admittantur[w], ex certa

**672.** d) *sequ. .. or.* e) *abhinc manus cancellarii or.*

**673.** a) gratia Dei 3. b) et *add.* 1. 2. c) Teudaldo 3. d) Gualteri 3. e) Odasii 3. f) fidelium 1. 2. g) favorabilibus 1. 2. h) promoveri 1. 2. i) servitia 1. 2. k) promoveantur 1. 2. l) benivolentiam 1. 2. m) imperii 1. 2. n) manceros 1. o) *deest* 1. 3. p) manceros 1. 2. q) sive 1. 2. r) *deest* 3. s) legitimari 3; et *add.* 2. t) *deest* 2. u) *deest* 1. 2. v) *deest* 3. w) et *add.* 1. 2.

scientia et de plenitudine potestatis imperialis concedimus et liberaliter indulgemus. Non obstantibus legibus positis in corpore Autenticorum 'quibus modis naturales efficiuntur[x] sui' § fi(nali)[1], et Autentica que incipit 'licet patri' in fine posita C. de naturalibus liberis super lege 'humanitatis'[2] et C. de incestis nuptiis l(ege) 'si quis incesti'[3] et Autentica 'e complexu'[4] super ipsa lege signata et aliis legibus, consuetudinibus et statutis quibuscumque, que contra huiusmodi nostram concessionem possent obici vel opponi, quibus omnibus in hoc casu ex certa scientia et de imperialis plenitudine potestatis[y] derogamus.

2. Insuper vobis et cuilibet vestrum ac[z] vestris et cuiuscumque[a] vestrum heredibus et successoribus per lineam masculinam legitime descendentibus concedimus, quod sitis cives honorabiles cuiuslibet civitatis Italie liberi ab omnibus honeribus, factionibus et exactionibus civilibus, personalibus, patrimonialibus, realibus[b] atque mixtis, a quibus vos eximimus atque exemptos fore decernimus ex certa scientia et de imperialis plenitudine potestatis, l(ege) 'vacuatis' C. de[b] decurionibus libro decimo[5] cum similibus et aliis legibus, statutis[b] et[c] consuetudinibus quibuscumque non obstantibus, quibus quoad presentem concessionem volumus derogari, quodque[d] per totam Italiam creare, facere, constituere et ordinare iudices ordinarios, missos regios[e], tabelliones et notarios facere[f] valeatis, salvo quod dicta officia in civitatibus, castris[g], villis et locis, in quibus personaliter nos esse contingerit, donec presentes fuerimus, facere sive exercere minime valeatis.

3. Preterea vobis et cuilibet vestrum vestrisque et cuiuslibet vestrum[h] legitimis successoribus[i] concedimus, quod in civitatibus Bergomi et Brixie earumque districtibus, comitatibus[k], diocesibus sitis iudices ordinarii et auditores generales imperii in omnibus civilibus[l] causis et questionibus appellationum et nullitatum interpositarum seu interponendarum a quibuscumque sententiis per quoscumque iudices ordinarios vel delegatos in ipsis civitatibus, diocesibus sive districtibus prolatis[m] et in posterum promulgandis, ita quod ab omnibus[l] sententiis latis seu ferendis in ipsis[n] civitatibus[o], diocesibus sive districtibus[p] per quascumque personas, cuiuscumque conditionis, dignitatis vel potestatis existerent, ad vos et quemlibet vestrum, heredes et successores vestros et cuiuslibet vestrum[q] libere valeat[r] appellari[s], provocari et supplicari, ipsasque[t] sententias nullas dici vosque de ipsis causis appellationum[u], supplicationum et nullitatum possitis cognoscere et diffinire. Non obstantibus quibuscumque privilegiis, immunitatibus et concessionibus spetialibus vel generalibus a nobis vel predecessoribus nostris aliquibus personis, communitatibus, collegiis aut universitatibus concessis vel in posterum concedendis, nisi de hoc[v] indulto sive privilegio specialem de verbo ad verbum facerent mentionem, et quibuscumque statutis, consuetudinibus, reformationibus[w], ordinamentis et provisionibus ipsarum communitatum[x] vel[y] alicuius earum editis vel edendis non obstantibus ullo modo, quibus ex certa scientia[z] de imperialis potestatis plenitudine derogamus.

4. Preterea nolumus, quod aliqua persona, cuiuscumque[a] conditionis, status[b] aut dignitatis existat, in civitate et diocesi Bergomi, cum ibidem vos vel alter[c] vestrum vel aliqui vestrum[d] heredes presentes fueritis, possit creare sive facere notarios sive tabelliones aut iudices ordinarios nec legitimare personas, nisi[e] super hoc a nobis privilegium ob-

**673.** x) efficiantur 3. y) imperatorie maiestatis plenitudine 3. z) et 3. a) *loco* et cuiuscumque 3 : omnibus. b) *deest* 1. 2. c) ac 3. d) Item quod 3. e) regis 1. 2. f) libere 1. 2. g) sive *add.* 3. h) vestrisque — vestrum *des.* 1. 2. i) legitimo successori 1. 2. k) comunitatibus 3. l) et singulis *add.* 3. m) promulgatis 3. n) predictis 3. o) et *add.* 3. p) sive distr. *des.* 3. q) heredes — vestrum *des.* 3. r) valeant 1. 2. s) appellare *etc.* 1. 2. t) ipsas 1. 2. u) et *add.* 1. 2. v) iure 3. w) reservationibus 3. x) civitatum 3. y) aut 3. z) et *add.* 1. a) cuiusvis 1. 2. b) *deest* 1. 2. c) aliqui 3. d) vestrorum 3. e) nec 3.

1) *Nov. 89, 15.* 2) *Cod. 5, 27, 8.* 3) *Cod. 5, 5, 6.* 4) *Nov. 89, 15.* 5) *Cod. 10, 31, 19.*

tinuerit[f] speciale. Et decernentes quod predicta omnia et singula vobis et cuilibet[g] vestrum et vestris heredibus ut dictum[h] est per nos concessa habeant et obtineant plenam et perpetuam roboris firmitatem aliquo non obstante.

5. Nullus autem omnino[i] hominum[k] presumat huiusmodi concessionem, immunitatem et privilegium quomodolibet violare aut contra predicta vel aliquod predictorum[l] quomodolibet[m] attentare, facere vel venire. Quicumque[n] autem contrafacere presumpserit, penam mille marcharum argenti ipso iure et facto incurrat, cuius medietas nostre camere imperiali et alia medietas vobis vestrisque heredibus et successoribus applicetur et applicata exnunc ipso facto auctoritate presentis privilegii censeatur.

In quorum omnium evidens[o] testimonium et robur presentes conscribi et sigillo nostre maiestatis iussimus communiri[p].

Dat. in civitate Tridenti, anno Domini trecentesimo trigesimo[q], die vigesimo[r] Ianuarii, tertiadecima indictione, regni nostri anno sextodecimo[s], imperii vero tertio[t].

Ego Bertholdus[u] de Tutelingen notarius prefati domini imperatoris manu propria scripsi.

Ego Simon de Renedinferis[v, 1] mandato domini Ludovici Romanorum imperatoris notarius subscripsi.

## 674. *Obligatio civitatum Wetteraviae comitibus Palatinis facta.* *Ian. 21.*

*Originale in tabulario secreto reipublicae Bawaricae. Descripsimus nos. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. In verso legitur manu saec. XIV.:* nullius valoris. — *Ineditum.*

*Regesten der Pfalzgrafen nr. 2072.*

Wir Ludwig von Gots genaden Rômischer cheiser ze allen ziten merer dez richs verjehen offenbar mit disem brief, daz wir unsern lieben vettern hertzog Růdolf und Ruprechten pfalentzgrafen ze Rein und hertzogen in Beyern versetzet haben und versetzen unser und dez richs stiwer und ped in unsern und dez richs steten ze Franchenfurt, Fridberch, Wepflarn und Gailenhusen, di si uns jærlich schuldig sint ze geben und geben sûlen, mit der bescheidenheit swenn si ledig werden und sin von den, den wir si vor mit unsern briefen versatzet haben, daz si danne darnach antretten sûln und mûgen und[a] di vorgenanten stiwer und ped einnemen mûgen, als lang untz wir in gevertigen di pfantschaft, di wir in enpholhen haben ze lôsen und ze ledigen von dem edelm manne graf Georien von Veldentz, als si dez unser brief habent[2]. Und swenne auch wir nach der selben brief sag in di vorgenanten pfantschaft gevertigen und auzrichtig machen, so sint unser stiwer und ped der egnanten stet uns und dem riche wider ledig und lose gar und gæntzlich. Und da von wellen wir und gebieten unsern getriwen .. den schulthcizzen, dem rat und der gemein der stet ze Franchenfurt, ze Fridberch, Wepflarn und ze Gailenhusen, daz si den egnanten unsern vettern, ze hant und diu stiwer und di ped anderswo ledig sein, da mit wartend sein und in si an unserr stat und von unsern wegen geben und antwurten ze den ziten und si gevallen sûln an alle widerred, als lang untz in daz widervar und volfûret werd, daz hie vor geschriben und genant ist an ir pfantschaft. Und dar ûber ze urchûnde geben wir in disen brief mit unserm cheiserlichen insigel versigelten.

**673.** f) obtineat 3. g) cuique 3. h) predictum 3. i) omn. autem 1. 2. k) *deest* 1. 2. l) eorum 3. m) *deest* 3. n) qui 1. 2. o) antedictorum 1. 2. p) muniri 1. 2. q) MCCCXXX. 3. r) XX. 3. s) XVI. 3. t) *reliqua desiderantur in* 3. u) Bertoldus 2. v) *ita* 1. 2.
**674.** a) umb *or.*

1) *Quin sit* Symon Noderndorfer, *supra p. 529 l. 43 inter testes Pariae existentes memoratus, non est dubium.* 2) *Servatae non sunt; sed cf. Regesten der Pfalzgrafen nr. 2069.*

Der brief ist geben ze Triende, an sand Agnesen tag, do man zalt von Christs geburt dreuzehenhundert jar dar nach in dem dreizzigstem jar, in dem sechtzehenden jar unsers richs und in dem dritten dez cheisertums.

675. *Obligatio civitatum et castrorum imperii eisdem facta.* *Ian. 22.*

*Originale ibidem. Item descripsimus. Pendet sigillum laesum filis sericis viridis coloris. Super plicam inter foramina legitur:* S(igilletur?).

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 66 nr. 1077; Regesten der Pfalzgrafen nr. 2074.*

*Cf. facultatem civitatis imperii redimendae eisdem datam Böhmer l. c. p. 67 nr. 1078; Regesten der Pfalzgrafen nr. 2073.*

*Cf. infra nr. 709—713.*

Wir Ludowick von Gots gnaden Rômischer cheiser ze allen zeiten merer dez reichs verjehen und tûn chunt allen den die disen brief ansehent oder hôrent lesen, daz wir von cheyserlichen gnaden unsern lieben vetern und fûrsten Rûdolfen und Rûprehten pfallentzgrafen bei Reyn und hertzogen in Beyern umb die dienst, die si uns getan habent und noch tûn sûllen, und umb schaden, den si von uns und dem reiche genomen habent, versetzet haben in rechtes pfandez weis unser und dez reichs stet, pûrge, gût, lande und laûte, die hernach geschriben stent: dez ersten Gemûnde purch und stat und die zenten und waz darzû gehôret besuht und unbesûht[1], Eberbach purch und stat und die zenten und swaz darzû gehôret besûht und unbesûht, Mosbach die stat und swaz darzû gehôret besûht und unbesûht, Sunnsheime[2] die stat und swaz darzû gehôret besûht und unbesûht[2], Drivels die burch und swaz darzû gehôrt besuht und unbesuht, Neytchastel die burch und swaz darzû gehôrt besûht und unbesûht, Germersheim purch und stat und swaz darzû gehôrt besûht und unbesûht, Anwiler die stat und swaz darzû gehôrt besûht und unbesûht, Gûtenburch die burch und swaz darzû gehôrt besûht und unbesuht, Valchenberch die burch und swaz darzû gehôrt besûht und unbesûht, Wegelburch die burch und swaz dar zû gehôrt besûht und unbesûht, Haselbach daz dorf und swaz dar zû gehôrt besûht und unbesûht und Pûhel das dorf und swaz darzû gehôrt besûht und unbesûht, umb sechstausent marck lôtiges silbers Strazpurger gewigts, mit der bescheidenheit daz si die selben stet, pûrge, dôrfer, gût, lande und laûte inne haben sûllen und niezzen mit allen rehten und nûtzen die do von gehôrent, als lange biz wir oder unser nachchomen Rômisch cheiser oder chûnig di selben stet, pûrge, dorfer, gût, lande und laûte und swaz darzû gehôret wider von in ledigen und lôsen umb die vorgenanten sechstausent marck silbers gar und gentzlich an geværde. Und swaz der vorgenanten stet, pûrge, lant, laûte oder gût noch niht ledig ist und pfandes stet, daz mûgen und sûllen si an unserr stat und von unserm gewalt, den wir in mit disem brief geben, ledigen und lôsen umb daz gelt und gût, daz si stent und dar umb si versetzet sint. Und sûllen daz selb gelt dar umb si lôsent auf allen vorgeschriben pfanden haben in aller der weiz als die egenanten sechstausent marck silbers. Wir sûllen auch der vorgenanten stet, pûrge, dorfer, lant, laûte und gût eines an daz ander umb dhein sunder gelt niht lôsen noch ledigen, sunder sûllen wir die pfant alliu mit einander ledigen und lôsen umb die sechstausent marck silbers und umb alles daz si darauf slahent und dez si uns mit gûter chuntschaft beweisent, dar umb si gelôset habent, swaz der pfant niht ledig sint ze disen zeiten. Und wellen und gebieten allen den, di die vorgenanten stet, pûrge, laute oder gût inne habent, daz si unsern egenanten vetern Rûdolfen und Rûprehten also fûrbas undertænig und wartent sein, als lang untz wir oder unser nachchomen an dem reiche si umb daz vor-

1) *Cf. supra nr. 640. 641.* 2) *Cf. supra nr. 638. 639.*

genant gût all[iu] ledigen und erlôsen in der weiz als vor geschriben stet. Und dar über ze urchûnde geben wir in disen brief mit unserm cheiserlichem insigel versigelten.

Der geben ist ze Tryent, an dem Montag nach sant Agnesen tack, do man zalt von Christes gebûrde dreutzehenhundert jar darnach in dem dreizzigestem jar, in dem sechtzehendem jar unsers reichs und in dem triten dez cheisertûms.

---

# 676. 677. UNIO DUCIS KARINTHIAE CUM IMPERATORE.

## 1330. Ian. 11.—Febr. 6.

### 676. *Foedus contra Scaligeros.* *Ian. 11.*

*Servatur nonnisi scriptum ducis in Registro* (c.) *altero cancellariae Ludewici imperatoris, quod in tabulario generali regni Bawariei servatur 'KLS XV 13|5' signatum*[1], *pag. 7 nr. 20. Contulimus nos.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 240 Reichssachen nr. 65.*

Wir Heinr(ich) von Gots genaden chunich ze Boheim und ze Bolan, hertzog ze Chærnden, graf ze Tyrol und ze Gôrtz, vogt der gotshewser ze Aglay, ze Tryend und ze Bryxen verjehen offenlich an disem brief und tûn chunt et cet., daz wir uns zû unserm lieben herren und ôheim cheyser Lud(wig) von Rom verpunden, versprochen und verlobt haben und verpinden und versprechen uns auch in triwes weis an eydes stat mit disem brief und er[a] gen uns ze geleicher weis her wider, daz wir an einander an gevârde geholfen sullen sein gen den[b] von der Layter Albertin und Mastin und
Mart. 18. sullen nu ze Mittervasten die schierst chumt ze baider seit berait sein auf si ze zogen mit der macht, wir mit tausent helmen und nicht minner[c] und unser vorgenanter herre und ôheim mit zwaintausent helmen und nicht minner. Und sullen auch von in nicht cheren noch ab in nicht zogen noch chomen, wir haben si dann benôt aintweder mit gewalt oder mit tâtingen. Auch sullen wir an unserm egenanten herren und ôheim mit den vorgenanten von der Laytter uns nicht verdingen noch ab in nicht varen an unserr baider willen und daz selb sol er nicht an uns. Wir sullen uns auch bayd auf ein velt legen zwischen Beren und Vincentz hie disund der Etsche und swenn wir dann da hin chomen, so sullen wir baid gevarn nach rat. Waz wir auch bede in ab ertwingen landes, veste, laût oder gût, daz sullen wir geleich halbes von unserm obgenanten herren und ôheim einnemen und daz selb allez von im und von dem reych haben. Ist auch daz wir uns mit den vorgenanten von der Laytter berichten mit tædingen umb gût und beraitschaft die si uns gæben, die sullen wir bayd geleich mit einander haben und taylen und daz sol auch mit unserr bayder willen geschehen. Und sol auch unser ayner an den andern nicht taydingen und waz uns da wirt, daz sol auch ainer an den andern nicht enpfahen noch einnemen dann mit unser beder willen. Und dar uber ze einem urchunde geben wir disen brief versigelten mit unsern hangenden insigel.

Der geben ist ze Triend, dez Pfintztages nach dem Zwelften, da man zalt von Christes [geburt][d] driutzehenhundert jar darnach in dem dreyzzigsten jar.

**676.** a) ez *c.* b) *corr. ex* $d^7$ *c.* c) *sequ. delet.* und sullen *c.* d) *excidit c.*

1) *Cf Chroust 'Monumenta palaeographica' fasc. II ad tab. 9; G. Seeliger 'Mittheilungen des Instituts. Ergänzungsband' III, 235 sqq.; Bresslau 'Handbuch der Urkundenlehre'* $I^2$, *135 sq.*

677. *Scriptum imperatoris super iure successionis.* *Febr. 6.*

*Originale ibidem KLS nr. 392. Descripsimus nos. Sigillum deest filis sericis viridis coloris relictis.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 67 nr. 1079.*

1. Wir Ludweik von Gotes genaden Romischer chaiser alle zeit ain merer des reiches verjehen und tůn chunt allen den die disen prief sehent oder horent lesen, daz wir durch besunder liebe und freuntschaft und durch angeporner sippe willen und durch trewe und dienst, die uns unser lieber oheim und furste der edel herzog Heinrich von Chernden, grave ze Tyrol und ze Gortz, vogt der gotshauser ze Aglay, ze Triende und ze Brixen getan hat und dem reiche und auch noch tůn sol, daz wir daz allez angesehen haben, daz wir im die besunder genade, trewe und freuntschaft getan haben, daz wir seinen tôhtern, die er ietzů hat oder die im Got noch geit, und seins pruder tôhtern alleu deu lehen verlihen haben und verleihen, die unser vorgenanter ôheim inne hat von dem reiche, ez sei ze Chernden oder in der grafschaft ze Tyrol oder wie si genant sint, als ez sein vater herzog Mainhart an in praht hat und auch daz er seitmalen gewunnen hat. Mit sogtaner beschaidenhait ob daz Got geit daz unser vorgenanter ôheim sûne gewinnet, die sullen die vorgenanten lehen erben und die tôhter niht. Wer aver daz die sûne abgiengen an erben und daz die sûne tohter liezzen, die sullen ez auch erben als vor geschriben stet.

2. Und wer auch mer daz unser vorgenanter ôheim die vorgenanten lehen dehainem seinem aidem oder seins průder aidem, den er ietzů hat oder noch gewinnet, vermachen oder verschreiben wolte, daz sol unser gunst, wille und wort sein und sullen auch wir in deu hant darumb rechen und auch also daz daz unser getriwer ôheim tůn sol mit unserm rat und wizzen. Und welher aidem daz were der die vorgenanten lehen erben wolte, ez wer ainer oder mer, der sol die andern tohter hindan rihten nach unsers vorgenanten oheims rat und willen und auch nach unserm rat.

3. Wir verhaizzen in auch mit unsern chaiserleichen genaden und triwen dise vorgeschriben sache niht ze vercheren noch ze ændern mit dehainerlaie sache an unsers vorgenanten ôheims willen und wort.

Und daz in der vorgeschriben sache alle stete und unzerbrochen beleiben, darůber ze ainem urchunde geben wir in disen prief mit unserm chaiserleichem insigel versigelten.

Der geben ist an Meran, des Eritages nach unser Frawen tage zer liehtmesse, do man zalt von Christes geburt dreuzehenhundert jar und darnach in dem dreizzigistem jar, in dem sechtzehendem jar unsers reiches und in dem dritten jar unsers chaiserstûms.

---

# 678—684. LITTERAE IOHANNIS XXII. PAPAE DIVERSIS DIRECTAE.

## 1330. Ian. 17.—21.

678. *Litterae ad archiepiscopos et episcopos quosdam.* *Ian. 17.*

*Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115*[II] *fol. 161' nr. 1915. Contulimus nos. — Ed. Hauviller 'Analecta Argentinensia' I, 165 nr. 191 ex* c.; *extr. praebent Riezler 'Vatikan. Akten' p. 437 nr. 1249 ex* c.; *Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 303 nr. 1836 ex* c.

*Reg. ep. Constant. nr. 4202; Lang 'Acta Salzburgo-Aquilejensia' I, 131 nr. 152; Rieder 'Römische Quellen' p. 238 nr. 839.*

Episcopo Argentinensi.

Quia, sicut noviter intelleximus, Ludovicus olim Bavarie dux et discorditer in regem Romanorum electus suisque demeritis exigentibus utroque scilicet iure, si quod sibi ex electione discordi huiusmodi ad regnum Roman(orum) vel imperium forsitan competebat, necnon ducatu predicto et omnibus privilegiis apostolicis et imperialibus ac bonis, feudis et iuribus, que a Romana vel quibuslibet aliis ecclesiis seu imperio obtinebat, iusto privatus iudicio et de fautoria hereticorum ac heresi et scismate sentencialiter et publice condempnatus, aliis penis spiritualibus et temporalibus variis per diversos processus, sentencias et constituciones inflictis nichilominus exigente iusticia contra eum [1], ad partes Alamanie se conferre seu illuc suos destinare officiales, vicarios et ministros disponit, ut suis erroribus et heresibus fideles parcium earundem inficere ac eorum exaurire et devorare substancias valeat, sicut bona et substancias illorum, qui sibi obediverunt in partibus Italie, devoravit, ipsos ad tante paupertatis inopiam deducendo, quod vix eciam per longi tractum temporis adicere poterunt ut resurgant [2], propter quod eorum nonnulli ipsius Ludovici iugo tyrannico servitutis excusso ad devocionem redierunt ecclesie et redire quam plures alii se disponunt, nos cupientes quod dil. fil. cives Argentinenses aliique fideles tuarum civitatis et diocesis animarum suarum periculis et rerum dispendiis precavere studeant in hac parte, prefatis civibus litteras super hiis, sicut in eis intueri plenius poteris, dirigimus oportunas [3]. Quocirca fraternitatem tuam requirimus et in Domino attencius exhortamur, quatinus tam eisdem civibus quam aliis tuarum civitatis et diocesis fidelibus, de quibus tue circumspectioni videbitur, pericula huiusmodi necnon penas varias, quibus si dicto Ludovico heretico et scismatico suisque sequacibus et complicibus faverent aut adhererent seu receptarent eosdem, se dampnabiliter involverent, exponere non omittens, ipsos ad eadem devitanda pericula iuxta datam tibi a Deo prudenciam inducere studeas diligenter, ita quod preter premii retribucionem eterni nostram et apostolice sedis graciam uberius merearis.

Dat. Avinion(e), XVI. Kal. Februar., anno quartodecimo.

In e. m. . . archiepiscopo Coloniensi verbis competenter mutatis et addito: tuarum civitatis, diocesis et provincie.

Datum ut supra.

In e. m. . . episcopis Constanciensi, Basiliensi, archiepiescopo Maguntinensi, archiepiscopo Salzburgensi.

Datum ut supra.

## 679. *Litterae ad praepositum Sancti Severini Coloniensis.* *Ian. 17.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115$^{II}$ fol. 162 nr. 1916. Descripsimus nos* [4]. — *Ineditum.*

Heydenrico preposito ecclesie Sancti Severi[ni] [a] Colonien(sis).

Quia sicut et cet. ut supra usque disponunt [5], nos cupientes quod dil. fil. cives Colonien(sis) aliique fideles earum parcium animarum suarum periculis et rerum dispendiis precavere studeant in hac parte, inde litteras nostras prefatis civibus dirigimus oportunas [3]. Et nichilominus venerabilem fratrem nostrum . . archiepiscopum Colonien(sem) per alias litteras exhortamur [6], ut tam ipsis quam aliis parcium ipsarum fidelibus huiusmodi pericula necnon penas alias varias, quibus si dicto Ludovico heretico et scismatico suisque sequacibus et complicibus faverent, adhererent aut receptarent eosdem, se

679. a) Severi *c.*

1) *Cf. notas supra pag. 476 sq. nr. 575 cap. 1 additas.* 2) *Ps. 40, 8 saepius.* 3) *Cf. infra nr. 680.* 4) *Cf. Riezler l. c. p. 437 nr. 1249 not. 2; Sauerland l. c. II, 304 ad nr. 1836.* 5) *Supra l. 16.* 6) *Supra nr. 678.*

dampnabiliter involverent, explicare procurans eos ad eadem devitanda pericula inducere non omittat. Quocirca discretionem tuam, de qua fiduciam in Domino gerimus specialem, rogamus et hortamur attente, quatinus erga eundem archiepiscopum, ut premissis intendat sedule, insistere dictosque cives et fideles ad premissa nichilominus iuxta datam a Deo tibi prudenciam efficaciter inducere non postponas, ut propter hoc divinam et apostolice sedis gratiam uberius merearis.

Datum ut supra [1].

680. *Litterae ad civitates et nobiles Germaniae superioris.* *Ian. 17.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115[11] fol. 150 nr. 1868. Contulimus nos. — Ed. 'Urkundenbuch der Stadt Basel' IV, 81 nr. 79 ex* c.; *Rieder l. c. p. 237 nr. 838 ex* c.

*Reg. Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 234 nr. 688; Preger-Reinkens p. 290 nr. 517; Riezler l. c. p. 437 nr. 1249 not. 3.*

Dil. fil. communi et universitati civitatis Basiliensis.

1. Paterna nos movet affectio zelusque vestre salutis inducit, ut qui vobis parantur laquei, nostre mentis exponentes obtutibus, ne in illis vos contingat incidere, sed ab illis vestris prorsus elongatis gressibus [ut] pericula varia, ad que trahunt predicti laquei, cautius evitetis, vos excitare curemus. Sane ad vestram non ambigimus notitiam pervenisse, qualiter dudum propter excessus enormes et facinora detestanda Ludovici olim ducis Bavarie et discorditer in regem Roman(orum) electi adversus eum exigente iustitia de fratrum nostrorum consilio procedentes primo premissis erga ipsum monitionibus, inductionibus et exhortationibus nostris salubribus eisque per eum contemptibiliter et dampnabiliter obauditis, ipsum excommunicationis vinculo duximus innodandum ac deinde suis gravibus excessibus, culpis, contumaciis et inobedientiis continuatis et auctis omni iure, si quod ex electione predicta sibi ad regnum Romanum vel imperium fuerat forsitan acquisitum, et successive ipso excessus excessibus cumulante dicto ducatu Bavarie omnibusque privilegiis tam apostolicis quam imperialibus et feudis, que a Romana vel quibusvis aliis ecclesiis seu imperio quomodolibet obtinebat, de dictorum fratrum consilio privavimus et demum quia velut in profundum malorum demersus [2] et venundatus, ut malum faceret [3], hereticis et hereticalibus intendens dogmatibus ac hereses et errores deffendens publice seque ad offendendum ecclesiam sanctam Dei eiusque fideles et devotos fidem disponens [4] subvertere catholicam totumque cetum turbare fidelium nisus est et quantum in eo extitit perturbavit, assumendo P(etrum) de Corvaria in antipapam et apostaticum ac procurando, quod idem P(etrus), priusquam per eundem L(udovicum) et quosdam suos in huiusmodi factione dampnanda sequaces et complices in divine magestatis offensam cunctorumque fidelium opprobrium et iacturam assumptus extitit, pseudocardinales, notarios aliosque officiales iuxta morem, quem servat Romana curia de facto constitueret et crearet et alia nonnulla presumeret detestanda, per que Christi tunicam inconsutilem nisus est scindere, quod tamen crucifixores eiusdem minime temptaverunt, immo ipsam indivisam et integram conservarunt, propter que et multa alia prefatus L(udovicus) extitit de heresi et scismate iusto ecclesie iudicio sententialiter publice condempnatus [5]. Nec vos latere credimus, qualiter idem L(udovicus) in partibus Italie, in quibus diutius sua insania dampnabili contra inhibitionem sedis apostolice moram traxit, civitates et loca, que ipsum receperunt et paruerunt eidem, devastavit, destruxit et ad tantum paupertatis et inopie necessitatem et egestatem deduxit, quod

1) *Scil. nr. 678. Litterae item destinatae sunt* Godeschalcho de Barberch scolastico ecclesie Bunnensis. 2) *Matth. 18, 6.* 3) *3. Reg. 21, 25.* 4) *Ioh. 19, 23 sq.* 5) *Cf. supra nr. 575 et notas p. 476 et 477 additas.*

vix etiam per longissimi tractum temporis adicere poterunt, ut resurgant[1], quodque civitates omnes, que ipsum receperant, se ab eius obedientia subtraxerunt et quia omnes ad ecclesie redierunt obedientiam, ad quod etiam que nondum redierunt se disponunt.

2. Cum autem idem Ludovicus hiis diebus proximis apud Tridentum se, sicut accepimus, conferens ibidem iniquo convocato consilio viis, modis et coloribus diversis exquisitis ordinare nitatur, quod sicut in eisdem Italie partibus, que sibi obedierunt, devoravit substantias easque suis excessibus et erroribus quantam potuit irretivit, ita vestras et aliarum partium Alamanie, ad quas sitibundus aspirat, devorare valeat suisque excessibus et erroribus implicare ac officiales, vicarios aliosque ministros propterea destinare disponat ad civitatem vestram et partes alias Alamanie, sicut fertur, providentiam vestram monemus, rogamus et in Domino attentius exhortamur, quatinus grandia pericula, que vobis vestrisque posteris possent ingerere talia vestrique nominis claritatem inficere ac Creatorem vestrum matremque vestram sanctam Romanam ecclesiam contra vos graviter provocare, deducentes in recte considerationis examen necnon graves penas et sententias tam per diversos processus nostros contra receptatores, defensores, auxiliatores, adherentes et sequaces Ludovici predicti heretici et scismatici eiusque officialium, complicum, sequacium et fautorum quam per iura et diversas constitutiones adversus receptatores, fautores, adiutores, adherentes et consiliatores hereticorum et scismaticorum inflictas diligentius attendentes, prefatum L(udovicum) hereticum et scismaticum aut quosvis vicarios, officiales vel ministros ipsius, quocunque nomine censeantur, nullatenus admittatis nec eis vel eorum alicui quomodolibet pareatis nec prestetis aut prestari faciatis seu ab aliis quantum in vobis fuerit permittatis consilium, auxilium vel favorem directe vel indirecte, publice vel oculte, sed potius vestre saluti providentes et fame periculisque predictis consultius occurentes, sicut et vestra solita devotio exigit, in devotione sancte matris ecclesie sic inmobiliter serpentinis quorumlibet consiliis et sinistris devitatis suggestionibus persistatis, quod et divinam et apostolice sedis valeatis benedictionem et gratiam uberius promereri.

In e. m. communi et universitati civitatis Augusten.

In e. m. sculteto, magistro civium, consulibus ac universitati hominum Columbarien. Basilien. dioc.

In e. m. sculteto, magistro civium, consulibus et universitati hominum Lindowien. Constantien. dioc.

In e. m. sculteto, magistro civium, consulibus ac universitati hominum Scafhusen. Constantien. dioc.

In e. m. sculteto, magistro civium, consulibus et universitati hominum Sancti Galli Constantien. dioc.

In e. m. sculteto, magistro civium, consulibus et universitati hominum Vilingen. Constantien. dioc.

In e. m. mutato plurali in singularem[a] Rudolfo de Vallemassonis priori Hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani per Alamaniam

In e. m. nobili viro . . comiti de Wi[r]temberg

In e. m. nobili viro . . comiti de Hohenberg

In e. m. nobili viro . . comiti de Zolr

In e. m. Hessoni marchioni de Baden

In e. m. Rudolfo comiti de Nodowia[b]

**680.** a) mutato — singularem *in margine add. c.* b) *sic c.*

1) *Ps. 40, 9 saepius.*

In e. m. Iohanni comiti de Habspurg
In e. m. nobili viro Frederico comiti de Togkenburg.
Dat. XVI. Kal. Februar., anno quartodecimo.
In e. m. sculteto, magistro civium, consulibus et universitati hominum Uberlingen. Constantien. dioc.

681. *Litterae ad episcopum Argentinensem et electum Spirensem.* *Ian. 19.*

*Copia (c.) ibidem tom. 115*[II] *fol. 151 nr. 1869. Contulimus nos. — Ed. Hauviller l. c. I, 167 nr. 192 ex c.*

*Reg. Löher l. c. p. 234 nr. 689; Preger-Reinkens p. 290 nr. 518.*

Episcopo Argentinensi et Walramo electo Spirensi.

Dudum adversus Ludovicum olim Bavarie ducem et discorditer in regem Romanorum sicut dicebatur electum diversos processus de fratrum nostrorum consilio presente multitudine copiosa fidelium habuimus, per quos idem Ludovicus propter horrenda crimina et detestandos excessus ipsius excommunicacionis innodatus sentenciis ac deinde suis culpis excrescentibus ac contumaciis et inobedienciis continuatis et auctis iure, si quod ex electione predicta sibi forsan ad regnum Roman(orum) vel imperium acquisitum fuerat, et subsequenter ducatu Bavarie ac omnibus privilegiis apostolicis et imperialibus necnon feudis et bonis quibuscunque, que a Romana vel quibusvis aliis ecclesiis seu imperio quomodolibet obtinebat, privatus exstitit et demum quia hereticis et rebellibus Dei et ecclesie favere et adherere studuit viros erroneos et hereticos in suum consorcium admittendo et eorum perversis dogmatibus adherendo, primo fautor hereticorum declaratus et postea de heresi, qua se respersum manifeste reddidit, fuit iusto iudicio sentencialiter et publice condempnatus, diversis penis aliis in eum tanquam hereticum et scismaticum manifestum inflictis[1]. Et licet per processus eosdem universos patriarchas, archiepiscopos et episcopos aliasque personas ecclesiasticas, cuiuscunque condicionis, preminencie aut status existerent, monuerimus eisque duxerimus inhibendum districtius et eciam iniungendum, ne prefato Ludovico super hiis, que ad regni seu imperii predictorum administracionem seu regimen pertinent, quoquomodo assisterent, parerent seu intenderent aut prestarent auxilium, consilium vel favorem per se vel alium seu alios directe vel indirecte, publice vel occulte nec eidem de quibuscunque proventibus ad regnum vel imperium huiusmodi spectantibus responderent, eos qui contrarium attemptare presumerent, excommunicacionis innodantes sentenciis eisque apercius predicentes, quod ad infligendum seu declarandum penas contra tales per dictos processus communicatas seu inflictas, videlicet privacionis dignitatum, personatuum, officiorum et beneficiorum ecclesiasticorum et alias spiritualiter et temporaliter intendebamus procedere iusticia mediante, tamen Hermannus dictus Humel de Lechtemberg, qui pro scolastico ecclesie tue Spirensis, fili electe, et Henricus de Grunachen, qui pro preceptore Hospitalis beate Marie Theotonicorum per Alamaniam, Rodgerus de Amberg, qui pro preposito ecclesie Sancte Katherine in Openheim Maguntin. dioc. se gerebant, et alii nonnulli contra monicionem et mandatum nostra huiusmodi venire presumpserunt temere, obediendo, parendo et assistendo dicto Ludovico tanquam regi seu imperatori ac prestando eidem multipliciter auxilia, consilia et favores, sicut fama notoriabat publica et rei evidencia ostendebat, eosdem Hermannum, Henricum et Rodgerum ac omnes alios et singulos, qui contra monicionem et mandatum nostra huiusmodi venire sicut premittitur presumpserunt, predictas excommunicacionis sentencias in eisdem contentas proces-

1) *Cf. supra nr. 575 et notas p. 476 et 477 additas.*

sibus de dictorum fratrum consilio declaravimus incurrisse ac tanquam excommunicatos fore preter casus expressos in iure ab omnibus evitandos. Et nichilominus supradictos Hermannum, Henricum et Rodgerum omnibus dignitatibus, personatibus, officiis et beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura que ubilibet obtinebant, quibus propter excessus suos notorios et contemptus, contumacias et inobediencias eorum continuatas et auctas se indignos reddiderunt, privavimus iusticia exigente, sicut in predictis nostris processibus plenius continetur[1]. Volentes itaque sentenciam huiusmodi publicari solemniter in eis partibus et execucioni mandari, discrecioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatinus vos vel quilibet vestrum per vos vel alium seu alios tam in vestris quam aliis circumvicinis civitatibus et diocesibus, de quibus vos et quilibet vestrum expedire videritis, prefatos Hermannum, Henricum et Rodgerum excommunicatos ac predictis dignitatibus, personatibus, officiis et aliis omnibus beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura que ubilibet obtinebant privatos publice denunciare curetis, monendo nichilominus omnes et singulos clericos et laicos, cuiuscunque status vel condicionis existant, eciamsi pontificali vel quavis alia dignitate premineant, ne predictos Hermannum, Henricum et Rodgerum ac eorum alterum ad predicta beneficia vel eorum aliquod admittant de cetero nec eis de ipsorum fructibus, redditibus et proventibus quomodolibet respondere presumant. Adversus eos vero, qui post publicacionem huiusmodi contrarium presumpserint attemptare, quos nos ipso facto excommunicacionis sentencie volumus subiacere per denunciacionem et aggravacionem sentencie huiusmodi et alias spiritualiter et temporaliter, prout vobis et vestrum cuilibet expedire videbitur, per vos vel alium seu alios processuri.

Dat. Avinion(e), XIIII. Kal. Februar., anno quartodecimo.

## 682. *Litterae nuntiis directae.* *Ian. 21.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115[II] fol. 164 nr. 1928. Contulimus nos. — Ed. Hauviller l. c. I, 169 nr. 193 ex* c.

Hugoni comiti de Bocheg et Ulrico de ordine Heremitarum sancti Augustini penitenciario nostro.

Vestris receptis litteris et earum serie diligencius intellecta, devocionem et diligenciam vestram circa notificacionem contentorum in eisdem litteris adhibitam plurimum in Domino commendamus. Vos scire volentes quod dil. fil. Maguntinis et Argentinensibus civibus scribimus super eis, intendentes civitatibus aliis earum parcium celeriter scribere pari modo. Quocirca providenciam vestram rogamus attencius et hortamur, quatinus sicut laudabiliter incepistis, apud venerabilem fratrem nostrum . . episcopum et dil. fil. cives Argentinenses ac alios earum parcium, de quibus expedire videbitis, diligentibus studiis et solicitis exhortacionibus insistatis, ut super receptione vel obediencia Ludovici de Bavaria heretici et scismatici seu suorum complicum et sequacium non permittant quorumcunque serpentinis suggestionibus se seduci, sed pocius in devocione sancte matris ecclesie immobiliter persistentes eosdem Ludovicum, sequaces et complices velut pestiferos abiciant et repellant, eis graves spirituales et temporales penas et sentencias per diversos processus nostros inflictas, quibus se involverent, si eos quod absit reciperent vel eis obedirent quomodolibet, viis et modis quibus vobis expedire videbitur nichilominus explicando.

Dat. Avinion(e), XII. Kal. Februar., anno quartodecimo.

1) *Supra nr. 277.*

### 683. *Litterae ad Nicolaum de Sturionibus.* *Ian. 21.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115$^{II}$ fol. 163 nr. 1923. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 439 nr. 1258 ex* c. *(decurtatum).*

Nicolao de Sturionibus.

Grata litterarum tuarum lectione percepimus, quod dil. fil. nobilis vir Otho dux Austrie ad nos et sedem apostolicam specialis gerit devotionis affectum, qui nunc assumpto noviter quarundam terrarum potenti regimine nobis et sedi eidem disponit fervencius in beneplacitis adherere. Nos itaque de devotione leti huiusmodi ad hoc eundem nobilem iuxta tue scriptionis consilium exhortamur, sinceritatem tuam super intimatis huiusmodi plurimum in Domino commendantes et attencius nichilominus deprecantes, quatinus in devotione, quam ad nos et sedem predictam gerere dinosceris, solida continuacione persistens memoratum nobilem ad devotionem predictam inducere sedule non omittas, ita quod propter hoc nostram et eiusdem sedis benedictionem et gratiam uberius assequaris.

Dat. ut supra[1].

### 684. *Litterae ad Ottonem ducem Austriae.* *Ian. 21.*

*Copia ibidem tom. 115$^{II}$ fol. 163' nr. 1924. Descripsimus nos. — Ineditum. Reg. Riezler l. c. p. 439 nr. 1259.*

Eidem duci.

Letanter accepimus, quod tu fili ad nos et Romanam ecclesiam matrem tuam gerens sincere devotionis affectum ad nostra et eiusdem ecclesie prosequenda beneplacita promptis et devotis affectibus te disponis. Super quibus tue nobilitatis providenciam cum gratiarum actionibus uberibus multipliciter in Domino commendantes eam rogamus attencius et hortamur, quatinus in huiusmodi tue laudabilis intentionis propositio inviolabiliter persistere non omittas. De nobis fiduciam habiturus, quod nos super tuis oportunitatibus, quantum cum Deo poterimus, propicios reperies et benignos.

Dat. ut supra[1].

---

## 685. 686. PROCESSUS EIUSDEM CONTRA IMPERATOREM ET COMITEM DE CLAROMONTE.
## 1330. Ian. 27.

### 685. *Processus iteratus contra Ludewicum.* *Ian. 27.*

*Copia* (c.) *in cod. bibliothecae Dresdensis A 70 fol. 80, de quo v. supra ad nr. 273. Contulimus nos. Est rubrum:* Aggravatio contra Bavarum ac sibi adherentes, ne quis eis assistat.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 223 Päbste nr. 100.*

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad certitudinem presentium et memoriam futurorum.

1) *Scil.* Avinion(e), XII. Kal. Febr., anno quartodecimo.

1. Dudum perversis et dampnandis Ludovici olim Bavarie ducis et discorditer in regem Romanorum sicut dicebatur electi conatibus, quem adeo ambitio ceca succenderat, quod eius electione per sanctam Romanam ecclesiam, ad quam cuiuscumque in regem Roman(orum) electi et electionis de ipso facte approbatio et admissio vel reprobatio et repulsio pertinere dinoscitur, non admissa nec eius approbata persona, nomen et titulum regium usurpare presumpsit temere seque immiscere administrationi regni et imperii ac hereticis et rebellibus favorem, auxilium et consilium contra dictam ecclesiam impertiri, volentes salubribus remediis obviare, eundem Ludovicum per nostrum edictum publicum, cum ad ipsum tutus nequaquam pateret accessus, sub virtute obedientie ac excommunicationis pena de fratrum nostrorum consilio monuimus, ut a premissis infra certum sibi tunc prefixum terminum omnino desisteret, administrationem eandem, quousque per ecclesiam ipsam approbatus et admissus existeret, nullatenus resumpturus, set revocaturus penitus, prout esset sibi possibile, cum effectu, quecumque de facto per ipsum fuerant in contrarium attemptata. Universis prelatis et aliis quibuscumque personis ecclesiasticis et secularibus necnon communitatibus et universitatibus sub magnis penis spiritualibus et temporalibus districtius nichilominus iniungendo, ut eidem Ludovico nullatenus circa premissa parerent vel intenderent quoquo modo nec eidem prestarent auxilium super hiis, consilium aut favorem, non obstantibus fidelitatis aut aliis quibusvis iuramentis eidem prestitis aut obligationibus, colligationibus, confederationibus, societatibus et pactionibus sub quacumque forma vel expressione verborum cum ipso initis, etiamsi essent iuramentis vel adiectione penarum vallate, que omnia nulla, cassa et irrita esse de fratrum eorundem consilio declaravimus et quatenus de facto processerant, nulla, cassa et irrita duximus declaranda. Et quia predictus Ludovicus huiusmodi et aliis diversis monitionibus, mandatis et preceptis nostris parere contempsit, dampnabiliter deteriora tanquam datus in sensum reprobum[1] iugiter committendo, primo excommunicationis sententia innodatus extitit ac subsequenter culpis ipsius excrescentibus et contumaciis eius adauctis iure, si quod sibi ex electione predicta fuerat ad regnum vel imperium quomodolibet acquisitum, deinde vero eo excessus excessibus cumulante, ducatu Bavarie ac omnibus privilegiis tam apostolicis quam imperialibus ac bonis et feudis omnibus, que ab eadem Romana vel quibusvis aliis ecclesiis aut imperio obtinebat, per diversos processus nostros diversis temporibus habitos de fratrum eorumdem consilio iusto iudicio nudatus extitit et privatus. Et demum quia Pharaonis imitatus duritiam et contempnens omnem sancte matris ecclesie disciplinam nulla correctionis ostendit indicia, set potius hereticis et hereticalibus intendens dogmatibus ac hereticos, quos in suum admisit consortium, eorumque errores et hereses defendendo, se ostendit hereticum manifeste, debitis servatis solennitatibus primo fautor hereticorum declaratus et subsequenter de crimine heresis fuit sententialiter et publice per nos de ipso fratrum consilio condempnatus[2].

2. Postmodum vero idem L(udovicus) premissis excessibus enormibus et detestabilibus non contentus, set tanquam obstinatus in malum et velut demersus in desperationis laqueum continue conatus suos dirigens ad peiora, imperialis solium dignitatis de facto non sine magna insania et temeritate dampnabili usurpare presumpsit, se ad illud per illos quibus non competebat faciens, etiamsi ius sibi competeret, coronari et ad offendendam ecclesiam sanctam Dei eiusque fideles et devotos in Italie partibus, in quibus ausu nephando contra prohibitionem remansit ecclesie, nichilominus se accingens, nonnulla[s] civitates et loca partium predictarum, que sibi adheserant, devastavit horribiliter et immaniter ac nonnulla ex ipsis ad tantam inopie ac paupertatis egestatem deduxit, quod vix etiam per tractum longissimi temporis adicere poterunt, ut resurgant[3],

1) *Cf. Rom. 1, 28.* 2) *Cf. supra nr. 575 et notas p. 476 et 477 additas.* 3) *Ps. 40, 9 saepius.*

iura insuper et bona imperii dilacerando continue, fideles et devotos ecclesie persequendo crudeliter et quantum in eo fuit de illis partibus effugando. Et demum nequitie sue virus conceptum evomens ad subvertendum prorsus fidem catholicam et scindendum dominicam inconsutilem tunicam[1] in divine maiestatis opprobrium totiusque cetus fidelium scandalum, periculum et contemptum, execrandis factionibus velut membrum sathane se disponens, assotiatus sibi quibusdam suis nequam complicibus Petrum de Corvaria virum utique scandalosum et perfidum, qui olim dimissa uxore sua legitima, cui pluribus annis tam in lecto quam in mensa cohabitaverat, fratrum Minorum assumens preter uxoris eiusdem consensum habitum et pro fratre Minore se gerens quique ministro suo provinciali Romano inobediens per ipsum fuit pronuntiatus in excommunicationis incidisse sententiam et mancipandus carceri, in antipapam assumpsit, procurans quod dictus Petrus sic delusorie et dampnabiliter in antipapam assumptus pseudocardinales et notarios ac officiales alios iuxta morem, quem servat Romana curia, constitueret, aliaque nonnulla presumeret cunctis catholicis detestanda. Synagogam autem huiusmodi diebus congregatam aliquibus virtutum Dominus misericorditer subito dissipavit nosque omnia per eosdem Ludovicum et Petrum attemptata circa premissa vel premissorum occasione vel eorumdem aliqua de fratrum eorundem consilio nulla, cassa et irrita merito duximus declaranda, prefatum Ludovicum tam ex predictis quam aliis diversis capitulis multis respersum heresibus tanquam hereticum et scismaticum manifestum de heresi et scismate de fratrum nostrorum consilio nichilominus condempnantes, adversus eum penas infligendo varias et etiam declarando incurisse inflictas et conminatas, sicut in diversis processibus nostris super predictis de predictorum fratrum consilio solenniter habitis plenius continetur[2].

3. Sane quia fidedigna multorum relatio ad nostrum noviter perduxit auditum, quod idem Ludovicus nondum in eo igne avaricie et ambitionis extincto, sed potius flatu dyabolico inflammato ad civitatem se contulerat Tridentinam, ubi suis complicibus convocatis satagit ordinare, quod sicut in partibus Italie supradictis iura usurpavit imperii, fideles turbavit eorumque devoravit substantias et consumpsit, sic et in Alamannie partibus dampnandum in hac parte suum desiderium valeat adimplere ac vicarios, officiales et ministros suos ad easdem partes Alamannie disposuit propter hoc destinare[3], nos tantis malis et periculis iustis obviare remediis cupientes, prefatum L(udovicum) per hoc edictum nostrum publicum, cum ad eum pro faciendis sibi monitionibus et inhibitionibus huiusmodi non sit tutus accessus moraque pericula varia comminetur, presente hac multitudine copiosa fidelium monemus et eidem sub excommunicationis pena necnon sub penis aliis tam spiritualibus quam temporalibus in eundem inflictis hactenus, quas pro repetitis habere volumus quibusque ipsum subiacere decernimus si contrarium fecerit ipso facto, inhibemus et mandamus expresse, ne ulterius de administratione regni Roman(i) vel imperii se quomodolibet intromittat nec se regem vel imperatorem nominet nec ab aliis faciat quantum in eo fuerit nominari nec sub nomine huiusmodi vel alio quocumque pro dictorum regni et imperii negotiis ad Alamannie vel ad aliquas partes alias aliquem vel aliquos destinare presumat nec vicariatus aut alia quecumque officia quibusvis nominibus nuncupentur concedat seu committat alicui vel aliquibus nec etiam in illis vel aliis partibus iura vel bona regni seu imperii quomodolibet occupet seu pertractet fidelesque non turbet ecclesie et imperii aut molestet.

4. Universis nichilominus et singulis prelatis ac personis ecclesiasticis, secularibus et religiosis, cuiuscumque preminentie, dignitatis, ordinis, status vel conditionis existant, etiamsi patriarchali, pontificali aut maiori seu inferiori prefulgeant dignitate, necnon

1) *Ioh. 19, 23.* 2) *Supra nr. 361 et 575.* 3) *Cf. nr. 678 et 680.*

regibus, ducibus, principibus, marchionibus, comitibus, baronibus, nobilibus, potestatibus, capitaneis, rectoribus et aliis dominis temporalibus aliisque personis singularibus quibuscumque ac communitatibus, universitatibus, civitatibus, castris, opidis, villis et locis sub excommunicationis in personas singulares et interdicti in terras, civitates, castra, opida et loca ipsorum ac universitates, communitates et collegia necnon privationis dignitatum, personatuum, offitiorum et beneficiorum ecclesiasticorum dictorum prelatorum et personarum ecclesiasticarum ac tam illorum quam aliorum quorumcumque privilegiorum apostolicorum et imperialium, feudorum, bonorum, honorum et officiorum, que a Romana vel aliis ecclesiis seu imperio obtinent, ac libertatum et immunitatum quarumlibet penis inhibemus districtius et mandamus, ne vicariatus vel quodcumque aliud officium vel administrationem huiusmodi, quocumque nomine nuncupetur, recipiant ab eodem vel alio seu aliis eius auctoritate, nomine vel mandato. Et si forsan officium vel administrationem huiusmodi receperint, statim illud vel illam, postquam presens processus ad eorum noticiam pervenerit vel per eos steterit, quominus pervenire potuerit, dimittere non postponant illud vel illam nullatenus ulterius resumpturi neve prefato L(udovico) aut complicibus, fautoribus, vicariis, ministris vel officialibus eiusdem, quocumque nuncupentur nomine, pareant in aliquo vel intendant nec eos vel aliquem ipsorum recipiant vel admittant aut de iuribus et proventibus quibuscumque ad regnum Roman(um) vel imperium spectantibus respondere vel alias eis impendere auxilium, consilium vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte presumant. Alioquin personas singulares quascumque ecclesiasticas et seculares, cuiuscumque sint preminentie, conditionis et status ecclesiastici vel mundani, excommunicationis, terras vero, civitates, castra, oppida et loca necnon universitates, communitates et collegia, que contra inhibitionem et mandatum nostrum huiusmodi aliquid facere vel attemptare temere presumpserint, interdicti sententias, quas exnunc proferimus, necnon personas ecclesiasticas preter patriarchas[a], archiepiscopos et episcopos privationis omnium dignitatum, personatuum et aliorum beneficiorum suorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura et inhabilitationis penam ad ea et similia imposterum obtinenda incurrere volumus ipso facto. Ad privationem dignitatum et prelaturarum dictorum patriarcharum, archiepiscoporum et episcoporum ac inhabilitationem ad ea et similia obtinenda necnon privilegiorum quorumcumque apostolicorum et imperialium ac feudorum, bonorum et honorum ac libertatum, que ipsi vel quicumque alii clerici vel laici a Romana vel quibusvis aliis ecclesiis seu imperio quomodolibet obtinent, ac libertatum et immunitatum tam contra ipsos quam alias quascumque personas ecclesiasticas et seculares, cuiuscumque status vel conditionis existant, ac alias spirituales et temporales penas et sententias, de quibus nobis videbitur, infligendas seu inflictas declarandas iuxta delictum, contumatiam et excessum cuiuslibet, si, quando, quotiens oportunum cognoverimus, communiter vel divisim absque monitione et citatione alia nos processuros apertius predicentes. Non obstantibus fidelitatis et quibusvis aliis iuramentis, per que ipsi vel eorum aliqui dicto Ludovico se quomodolibet astrixissent, ac confederationibus, pactionibus, societatibus et ligis cum eodem seu alio vel aliis nomine suo vel mandato per quascumque personas singulares ecclesiasticas vel seculares aut communitates seu universitates, collegia contractis seu initis, sub quacumque forma seu expressione verborum, etiamsi penarum adiectionibus aut iuramentorum prestationibus, vel quacumque alia firmitate vallate fuissent, utpote in Dei contumeliam contra bonum pacis ac in derogationem honoris et status sancte matris ecclesie et preiudicium reipublice animarumque periculum cum heretico et scismatico atque excommunicato presumptas temere, que omnia per processus nostros al(ios) nulla, cassa et irrita declaravimus et adhuc etiam declaramus et quatenus de facto processerunt, cassavimus,

685. a) .. *add. c.*

anullavimus et irritavimus et nunc ex superhabundanti cassamus, anullamus et irritamus, etiamsi post dictos processus aliqua talia fuerint attemptata, iuramenta dissolventes huiusmodi et penas omnes et singulas super predictis vel ea tangentibus adiectas quomodolibet relaxantes de plenitudine potestatis.

5. Volumus autem auctoritate apostolica nichilominus decernentes, quod processus noster huiusmodi prefatum Ludovicum et alios quos tangere dinoscitur apprehendat et artet, acsi eisdem personaliter et singulariter publicatus et intimatus solenniter extitisset, constitutione quacumque contraria per predecessores nostros Ro(manos) pon(tifices) edita non obstante. Ut autem processus noster huiusmodi et omnia in eodem contenta ad eiusdem L(udovici) et aliorum quorum interest communem noticiam deducantur, cartas sive membranas processum continentes eundem in ecclesie Avinion(ensis) appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus faciemus, que processum ipsum suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ut idem L(udovicus) et alii quos processus ipse contingit nullam possint excusationem pretendere, quod ad eos non pervenerit vel quod ignorarint eundem, cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Dat. Avinion(e), VI. Kal. Febr., anno XIIII.

## 686. *Citatio Iohannis comitis de Claromonte.* *Ian. 27.*

*Copia ibidem fol. 83. Item contulimus. Est rubrum:* Processus contra Iohannem de Claromonte.

*Cf. infra ad a. 1331. Ian. 4.*

Iohannes episcopus servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

1. Crescit facile in immensum impunita temeritas et ubi presidentis auctoritas excedentium culpas non corrigit, cum quadam libertate in deteriora non sine pernitioso exemplo prolabitur qui deliquit. Sane dudum adversus L(udovicum) olim Bavarie ducem et discorditer in regem Roman(orum) sicut dicebatur electum diversos processus de fratrum nostrorum consilio presente multitudine copiosa fidelium habuimus, per quos idem L(udovicus) propter horrenda crimina et detestandos excessus ipsius primo excommunicationis innodatus sententiis ac deinde suis culpis excrescentibus ac contumatiis et inobedientiis continuatis et auctis iure, si quod ex electione predicta sibi forsan ad regnum Romanum vel imperium acquisitum fuerat, et subsequenter ducatu Bavarie ac omnibus privilegiis apostolicis et imperialibus necnon feudis et bonis quibuscumque, que a Romana vel quibusvis aliis ecclesiis seu imperio quomodolibet obtinebat, privatus extitit. Et demum quia hereticis et rebellibus Dei et ecclesie favere et adherere non erubuit viros ecclesie sancte Dei hostes et hereticos in suum consortium admittendo et eorum perversis dogmatibus adherendo primo fautor hereticorum declaratus et postea de heresi, qua se respersum [ostendit][a] manifeste et convictum, fuit iusto iudicio sententialiter et publice condempnatus, diversis penis aliis in eum tanquam hereticum et scismaticum manifestum[b] inflictis[1].

2. Et licet per processus eosdem de dictorum fratrum consilio habitos omnes et singulas civitates, communitates et personas alias singulares quascumque, cuiuscumque conditionis aut status existerent, etiamsi imperiali vel regali aut quavis alia dignitate fulgerent, monuerimus publice eisque inhibendum districtius in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis in personas et interdicti in terras eorum, quas ipsos incurrere voluimus ipso facto, si nostris non obedirent inhibitionibus, monitionibus et mandatis,

**686.** a) *excidit c.* b) *bis scriptum c.*

1) *Cf. supra nr. 575.*

necnon privationis privilegiorum quorumcumque apostolicorum et imperialium ac feudorum, que ab ecclesia vel imperio obtinerent, penis duxerimus et mandandum, ne predicto L(udovico) parerent, faverent vel intenderent circa regni Romani vel imperii regimen vel administrationem eorum contingentia favendo vel etiam assistendo, privilegia, immunitates, feuda vel iura quecumque in eisdem regno vel imperio ab eodem recipiendo, dominium vel subiectionem aliquam tanquam regi seu in regem Roman(orum) electo vel imperatori recognoscendo vel impendendo, terras, potestarias, rectorias seu alia officia, quocumque nomine censerentur, in civitate aliqua vel quovis loco alio, maxime in urbe Romana seu in regno Sicilie vel terris aliis ecclesie Romane subiectis aut aliis Italie partibus supradictis ab ipso seu eius nomine recipiendo sive etiam exercendo neve societatem seu confederationem aliquam cum eodem contra ecclesiam contraherent vel contractam per eum vel etiam cum eo observarent vel faverent nec contrahende quomodolibet consentirent nec retinendo ipsum seu fovendo quomodocumque vel qualitercumque in Italia eidem faverent, assisterent aut prestarent cum armis vel sine armis auxilium, consilium vel favorem publice vel occulte, a quibus quidem excommunicationis et interdicti sententiis ab alio quam a Ro(mano) pontifice nullum posse absolvi vel liberari voluimus, nisi dumtaxat in mortis articulo ab eadem excommunicationis sententia modo et forma, quibus a iuribus est provisum. Eisdem et eorum singulis tunc apertius nichilominus predicentes, quod adversus eos, qui [contra][c] inhibitionem, monitionem et mandata nostra huiusmodi directe vel indirecte, publice vel occulte presumerent aliquid attemptare, ad privationem privilegiorum quorumcumque apostolicorum et imperialium ac feudorum, que a Romana vel aliis ecclesiis seu imperio quomodolibet obtinerent, et alias procedere intendebamus absque citatione aliqua, prout facti qualitas exigeret, sicut et quando expediens videremus. Et insuper decreverimus civitates, communitates, universitates, villas, collegia et quascumque singulares personas, que contra monitionem, inhibitionem et mandata nostra huiusmodi dicto L(udovico) de heresi et scismate ut premittitur condempnato adherere, communicare, participare vel favere quocumque modo directe vel indirecte, publice vel occulte presumerent vel sotietates, confederationes, colligationes, pactiones aut ligas quascumque cum eodem initas vel contractas presertim in eius favorem, utilitatem vel auxilium observarent, preter penas predictas omnibus penis, quibus fautores et defensores hereticorum subiciuntur a iure, et quibusvis constitutionibus subiacere, ad penarum ipsarum declarationem et executionem contra delinquentes huiusmodi nos processuros, si, quando et quoties nobis videretur expediens, tunc apertius predicentes[1].

3. Tamen post publicationem processuum eorundem Iohannes de Claromonte olim comes Moach, qui comes de Claromonte in Sicilia nominatur, predictis monitionibus, inhibitionibus et mandatis ac penis et sententiis deductis velut in reprobum sensum datus[2] dampnabiliter in contemptum cum quibusdam armigeris eius sequacibus ad presentiam eiusdem L(udovici) tunc in civitate Pisana morantis se personaliter conferens, eidem Ludovico adhesit publice et cum eodem Romam accessit postmodum et ibidem moram traxit et tam sibi quam Petro de Corvaria heresiarche et scismatico manifesto tam in Urbe predicta quam extra adhesit dampnabiliter publiceque prestitit auxilium, consilium et favorem, parendo et obediendo mandatis eorum et obsequiis insistendo, necnon ab eodem Petro de Corvaria marescallie officium recipiendo dampnabiliter et pro tali publice se gerendo ac deinde ad Marchiam Anconitanam, terram utique Romane ecclesie peculiarem et ad ius et proprietatem beati Petri et eiusdem ecclesie pleno iure spectantem accedens vicariumque imperii pro dicto L(udovico) et rectorem pro eodem Petro de Corvaria heresiarcha se in eadem Marchia publice nominans et

686. c) *excidit c.*

1) *Cf. supra nr. 427 cap. 2.* 2) *Cf. Rom. 1, 28.*

appellans, provintiam eiusdem Marchie aggressus hostiliter extitit et fideles ibidem persequi et offendere stipatus catherva multorum hereticorum et scismaticorum aliorumque suorum sequatium dampnabiliter non expavit, confovendo ibidem hereticos et scismaticos ac rebelles eisque auxilium, consilium et favorem prestando ac defensionem in divine maiestatis offensam, ecclesie Romane suorumque fidelium preiudicium publice ministrando. Que quidem adeo sunt notoria quod nulla possint tergiversatione celari et de hiis etiam per depositiones fidedignorum testium, quos ex superhabundanti super predictis recipi et examinari mandavimus, plenarie nobis constat. Nos autem nolentes tot excessus, iniquitates et scelera per eundem Iohannem sic nequiter et enormiter ac diucius in Dei offensam, fidei catholice lesionem ac eiusdem Ro(mane) ecclesie preiuditium et iacturam perpetrata ulterius sub silentio preterire, prefatum Iohannem fuisse et esse hereticorum fautorem, defensorem et receptatorem et publicum ac notorium patrimonii et terrarum beati Petri et sancte Romane ecclesie persecutorem et hostem ipsumque tam auctoritate predictorum processuum nostrorum, quam propter fautoriam et defensionem, receptationem et adhesionem dictorum hereticorum et scismaticorum et alios suos horrendos excessus fore diversis excommunicationis et penis aliis innodatum omnesque penas et sententias tam in processibus supradictis comminatas et latas, que personam laicam possunt concernere, quam contra fautores, auxiliatores, defensores et receptatores hereticorum promulgatas a iure ac quibuscumque constitutionibus incurrisse ipsumque omni honore, dignitate ac titulo comitatus de Moach sub dominio ecclesie vel imperii existentis mediate vel immediate et specialiter terra et baronia seu baroniis quas habet in Sicilia, scilicet in castro Kaccavi[d] vulgariter nuncupato ac omnibus castris, villis, locis, bonis, possessionibus, privilegiis, indulgentiis, iuribus, iurisdictionibus et honoribus quibuscumque, que a Romana vel quibuscumque aliis ecclesiis aut imperio in insula Sicilie aut quibusvis locis seu partibus haberet vel obtineret aliis, declaramus de dictorum fratrum consilio et pronuntiamus propter scelera sua et processus predictos fore privatum ipsumque privamus eisdem ad cautelam nichilominus et excommunicationis sententia innodamus, absolventes insuper a vinculo iuramenti fidelitatis omnes et singulos, qui eidem iuramento huiusmodi sunt astricti.

4. Sane quia dictus Iohannes de heresi et scismate aliisque diversis criminibus fidem tangentibus catholicam vehementer reddidit se suspectum, nos attendentes quod dissimulatio et mora essent super hiis fidei et fidelibus pericula allature, prefatum Iohannem per hoc edictum nostrum publicum, cum ad ipsum utpote inter inimicos, hostes et rebelles Dei et ecclesie persistentem tutus accessus non pateat, presente hac multitudine copiosa fidelium citamus peremptorie, ut infra instans festum ascensionis Domini exclusive nostro conspectui personaliter se presentet super eisdem criminibus iustam dante Domino sententiam auditurus ac facturus et recepturus quod iusticia suadebit, quem quidem terminum ad premissa peremptorium eidem de predictorum fratrum consilio prefigimus ac etiam assignamus. Apertius predicentes eidem, quod sive infra dictum terminum vel in eo comparuerit sive non comparuerit coram nobis, nos ad sententiam huiusmodi proferendam et alias contra ipsum, prout rationis fuerit et expedire videbimus, absque citatione alia procedemus[1]. Mai 17.

5. Volumus autem auctoritate apostolica nichilominus decernentes, quod processus et citationis edictum huiusmodi prefatum Iohannem et alios quos tangere dignoscitur apprehendat et artet, acsi eisdem personaliter et singulariter publicati et intimati solenniter extitissent, constitutione quacumque per Romanos pontifices predecessores nostros in contrarium edita non obstante. Ut autem processus noster et citationis edictum eiusmodi ad eiusdem Iohannis de Claromonte et aliorum quos tangit communem

686. d) Kaccauu c.

1) *Cf. infra ad a. 1331. Ian. 4.*

notitiam deducantur, cartas sive membranas processum et citationem continentes eosdem in ecclesie Avenionensis appendi vel affigi ostiis seu superliminaribus faciemus, que ipsos processum et citationem suo quasi sonoro preconio et patulo indicio publicabunt, ita quod dictus Iohannes et alii quos contingere dinoscuntur nullam possint excusationem pretendere, quod ad eos non pervenerint vel quod ignorarint eosdem, cum non sit verisimile quoad ipsos remanere incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Dat. Avinion(e), VI. Kal. Februarii, anno quartodecimo.

---

## 687. LITTERAE OTTONIS DUCIS AUSTRIAE AD PONTIFICEM. 1330. Febr. 2.

*Servantur sint litterae eiusdem a. 1330. Apr. 23, Mai. 26, Iun. 17 datae nonnisi in Litteris pontificis a. 1330. Sept. 26 infra edendis, ubi vide.*

*Responsionem pontificis v. infra nr. 694.*

Sanctissimo in Christo patri domino I(ohanni) sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici domino suo carissimo Otto Dei gratia dux Austrie et Styrie cum filiali obedientia se ad quevis sua beneplacita preparatum et pedum oscula beatorum.

Dudum s(anctitatis) v(estre) clementie et apostolice sedis pronis me ultro et obsequiosis serviciis obtulissem, si non frater meus dive recordationis rex Fredericus et premagna locorum distantia obstitissent[a]. Sane quia superiorum terrarum Swevie videlicet et Alsacie et in partibus Reni per me regimine iam assumpto, ut existens in locis vobis vicinioribus et propinquis ferventius possim exequendo uberius intendere mandatis apostolicis et parere, unde paternitati vestre, quam de solita apostolice sedis benignitate adhuc usque, ut gratiosis experimentis didisci, inclinatam et inantea spero favorabilius inclinari, me una cum fratre meo duce Alberto obsequiosa offero voluntate, cupientes utrique omnia et singula pro viribus et usque ad extrema virium fideliter effectui mancipare, que vestra beatitudo nostris duxerit humeris imponenda. Super quo religiosum et nobilem virum Wolframum de Nelemburg commendatorem provincialem fratrum Deutunicorum in Swevia secretarium et ambaxiatorem meum dilectum de mea intentione perfectius informatum vestre duxi beatitudine transmittendum, petens humiliter et devote quatenus eidem aurem credulam velitis super hiis, que ipse vobis ex parte mei retulerit, de consueta apostolice sedis gratia inclinare.

Datum in Brukka, in die purificationis beate Virginis.

---

# 688—690. FOEDERA DUCUM AUSTRIAE CUM DIVERSIS CONTRA IMPERATOREM INITA. 1330. Febr. 8.—28.

### 688. *Foedus cum Rudolfo marchione de Baden.* *Febr. 8.*

*Originale in tabulario caesareo Vindobonensi. Descripsimus ad imaginem photographicam a socio nostro H. Hirsch paratam. Sigillum desideratur, foramine relicto. — Ineditum.*

687. a) obtulissent *c.* b) existens nobis locis *(*in *deest) c.*

*Reg. Lichnowsky 'Gesch. des Hauses Habsburg' III p. CCCCIII nr. 795; Böhmer, Reg. Ludw. p. 253 Reichssachen nr. 179; 'Regesten der Markgrafen' nr. 855.*

*Cf. Regesten der Markgrafen nr. 856.*

Wir margraf Rudolf von Pfortzhein verjehen mit disem brief, daz wir unsers lieben herren hertzog Ott(en) ze Oͤsterrich und ze Styr und sines bruder hertzog Alb(rechten) dyener worden sin und in gelobt han ze dienen mit vierundzweintzig helmen in dem land bi gesworem eide, den wir dar umb getan han zů den heiligen, wider hertzog Ludwig(en) von Bayern, der sich des ryches annimt, und wider alle sin helffer und dyener, ez sin herren oder stet wie si genant sin, si sin nu an im oder si chomen her nach an in, alle die wil der chrieg wert zwischen in baidenthalb, an wider graf Ulr(ichen) von Wirtenberg unsern ohein und wider unser vettern margraf Růdolf(en) und margraf Hessen von Baden und wider unsern bruder margraf Frider(ichen). Und hat er uns dar umb gelubt ze geben fumfhundert march silbers Basler gewihtes, der er uns zweihundert geben sol ze sand Johans tag ze sungihten die schierst choment Iun. 24. und die andern dreuhundert march zů sand Martins tag der auch schierst chumt. Nov. 11. Und wer daz wir der egenanten zwairhundert march zů dem ersten zil niht gerihtet wurden und uns die mit geverde verzogen wurden, so solten wir unsrer dienst untz uf daz ander zil ledig sin und sol er uns der selben zwairhundert march dennoch behaft sin. Geschech aber daz uns die egenanten fumfhundert march verzogen wurden untz uf daz lestte zil, so sol uns unser egenanter herre oder sin bruder zů dem selben zil der dikche genanten fumfhundert march weren und rihten. Wurd uns aber daz silber gar verzogen uber daz lestte zil drye manod, so sullen wir unserr dienst und gelubd gen unsern vorgnanten herren ledig sin, die wir gelubt heten umb daz oft genant silber, und sol er uns des selben silbers dennoch behaft sin und mugen wir in dar umb an sinem gůt pfenden, als die brief sagent, die wir von im dar umb haben[1]. Wer aber daz unser vorgenanter herre oder sin bruder sich strites versehen ald ein stat oder ein veste beschuten wolten, die in der verre gelegen were als Ezzelingen gelegen ist, da sullen wir allez unser mugen und maht hin bringen. Und haben in dar umb gesworen ze den heiligen stet ze halten allez daz hie vor geschriben stat. Und geben in des disen brief versigelt mit unserm hangenden insigel.

Der ist geben ze Ensihshein, do man zalt von Christs geburt drozehenhundert jar dar nach in dem drizzigsten jar, an Donrstag nach unser Frowen tag ze der liehtmisse.

## 689. *Foedus cum episcopo Constantiensi.* *Febr. 24.*

*Originale ibidem. Item descripsimus. Sigillum pendet loro membranaceo. — Ineditum. Reg. Lichnowsky l. c. nr. 799; Böhmer l. c. nr. 180; Reg. ep. Constant. nr. 4204.*

*Cf. Reg. ep. Constant. nr. 4205. 4206. 4214.*

Wir Rudolf von Gots gnaden bischof ze Chostentz verjehen offenlich an disem gegenwerrtigen brief, das wir uns gebunden habin und binden mit dem aide an disem brief dem hohwirdigen fursten herzog Otten von Osterich und sinem . . brůder unseren lieben herren ze helfende wider herzog Ludewigen von Bayern, der sich des riches annimet, und wider alle sine helfer, si sien herren oder stette, si sien ietz an im oder si komin hienah an in, alle die wile der krieg zwischen unseren herren von Osterich und dem . . von Bayern weret, ane wider graf Wilnhelm von Montforte und graf Hainrich(en) von Werdenberch unser vettern, den wir och wider unser herren nit beholfen sont sin. Dar umb uns die selben unser herren von Osterich gelobt hant ze gebende

1) *Servatae non sunt.*

zwaitusent march silbers, der uns der vorgenant unser herre herzog Ott(en) umb tusent march bewiset hat uff die stat Sulgen und diu güter diu darzû gehorent, der ander Apr. 14. tusent march sol er uns geben funfhundert march hinnen ze usgender Osterwochen der Iun. 24. nehsten und die andern funfhundert march hinnen ze sant Johans tag des toffers ze sunwenden der nu nehst kumet. Und wa uns die tusent march ze den ietzbenemten tagen und ziln ganzelich nit vergolten werdent, so son wir unserr gelubde und dienste ledig sin, als der brief stat den er uns dar umb geben hat[1]. Were och das ain ainweliger kunig wrde der die vorbenemten unser herren von Osterich angriffen und schadegen durch mûtwillen wolte, so son wir inen wider den selben kunig beholfen sin bi der selben gelubde. Es ist och gerett, were das dehain stosse ufstûnde zwischen unseren herren von Oster(ich) und den stetten in den tagen, als wir uns zû den stetten mit buntnust gemachet habin[2], die buntnust son wir behalten nah unseren eren, es were danne das si an den . . von Bayern koment und den fur ainen herren und kunig han wolten. Und wanne die tag der ietzgeschehenen buntnust sich erloffent, so son wir uns zû den stetten furbas nit binden ane unserr herren von Oster(ich) willen und gunst. Wir solin och unseren vorgenanten herren nit beholfen sin wider unseren erbornen magen, es were danne das si koment an den . . von Bayern. Und des alles ze ainem waren urkunde so han wir unser insigel gehenket an disen brief.

Der wart geben ze Dyessenhoven, in dem jare do man zalt von Cristus geburt druzehenhundert jar drissig jar, an sant Mathias tag des zwelfbotten.

## 690. *Foedus cum Rudolfo comite de Hohenberg.* *Febr. 28.*

*Originale* (or.) *ibidem. Item descripsimus. Sigillum deest, loro membranaceo relicto. — Ineditum.*

*Reg. Lichnowsky l. c. nr. 800.*

*Cf. alia foedera apud Lichnowsky l. c. p. CCCCIII sq. nr. 801. 803. 804.*

Ich graf Rûdolf von Hohenberg verjehe ofenlich mit disem brief, daz ich minem[a] lieben herren herzog Alb(rechten) und herzog Otten zû Österrich und ze Styr gelopt han bi minen triwen und mit im uberain komen bin aller ding, also daz ich in furbaz helfen und dienan sol wider herzog Ludewigen von Baigern und als sin helfer und diener mit lib und mit gût und mit aller miner macht frûnlich und getrilich an alle geverde, alle die wil der kriech und widersacz, den si gen ainander habent, zwirnant in werant. Und sol och ich mich mit dem selben herzog Ludewigen von Baigern nit riethen noch sûnen in chainen weg an min vorgnant herren herzog Alb(rechten) und herzog Otten von Österrich. Und dez zû aim urkunt so gib ich in disen brief besigelt mit minem aigen insigel.

Der ze Diesenhowen gen ist, do man zalt von Gotz geburt druzehenhundert jar und drisig jar dar nah, an der nehsten Mitwochen nah sant Matias tag.

---

**690.** a) *ultima* m *in* n *corr. esse videtur or.*

1) *Servatae non sunt.* 2) *A. 1329. Febr. 8, Reg. ep. Constant. nr. 4178.*

# 691—694. LITTERAE IOHANNIS XXII. PAPAE DIVERSIS MISSAE.
## 1330. Febr. 13.—27.

### 691. *Litterae ad civitatem Anconitanam.* *Febr. 13.*

*Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanoram tabularii Vaticani tom. 93 nr. 547. Contulimus nos. — Ed. Theiner 'Codex diplom. dominii temporalis sanctae sedis' I, 569 nr. 745 ex* c.

*Cf. Preger-Reinkens loco supra ad nr. 2 citato p. 292 nr. 521 et 522.*

Dil. fil. communi civitatis Anconitane ecclesie Romane fidelibus.

Puritas devotionis et fidei, quibus erga Romanam ecclesiam prefulgere noscimini, promeretur, ut vestris petitionibus, illis presertim que vestrum et civitatis Anconitane statum concernunt pacificum, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus. Sane vestra coram nobis exhibita petitio continebat, quod Iaraboctus et Massonus Ranaldutii, Boctolus Massoli et Petronus Vaccole ac Marcutius Bertellii de Iaraboctis exititii et hostes publici civitatis eiusdem Ludovico olim Bavarie duci excommunicato, heretico et scismatico manifesto adversus Deum et ecclesiam Romanam suosque fideles publice adheserunt hactenus idemque Iaraboctus pro dicto Ludovico gessit offitia et in civitate Saonensi gerit presentialiter et tam ipse quam prefati Massonus, Boctolus, Petronus et Marcutius eidem Ludovico ac aliis hereticis et rebellibus earum partium prestant et prestiterunt multipliciter auxilia, consilia et favores necnon contra civitatem predictam Anconitanam eiusque cives et incolas eiusdem Romane ecclesie fideles et devotos non expaverunt excessus committere detestandos, dampna eisdem quam plurima nichilominus inferendo. Cum autem ex premissis timeatis merito, quod si Iaraboctus et alii supradicti reintromitterentur in illa, tam eiusdem civitatis statui quam civibus et incolis memoratis gravia pericula et scandala provenirent, nobis humiliter supplicastis, ut providere vobis et eidem civitati Anconitane super hiis de oportuno remedio dignaremur. Nos itaque vestris in hac parte supplicationibus inclinati, cupientes vestris et civitatis eiusdem periculis et scandalis precavere, ut per . . rectorem marchie Anconitane qui est pro tempore vel aliam quamcunque personam, cuiuscunque dignitatis vel status existat, ad reintromittendum in eadem civitate Anconitana vel eius districtu prefatos Iaraboctum, Massonum, Boctolum, Petronum et Marcutium compelli usque ad apostolice sedis beneplacitum nequaquam valeatis inviti, vobis auctoritate presentium indulgemus. Nulli ergo etc. nostre concessionis infringere etc.

Dat. Avinion(e), Idus Februarii, anno quartodecimo.

### 692. *Litterae cardinali legato directae.* *Febr. 18.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 95 nr. 3096. Contulimus nos. — Ed. Theiner l. c. I, 573 nr. 747 ex* c.

*Cf. Böhmer, Reg. Ludw. p. 223 Päbste nr. 102 et Theiner l. c. I, 570 nr. 746.*

Dil. fil. Iohanni Sancti Theodori diacono cardinali apostolice sedis legato.

Nuper significante nobis dil. fil. Angelo Malabrance cancellario Urbis, quod dudum quondam Franciscus Malabrance pater suus dicteque Urbis cancellarius, dum adhuc ageret in humanis, quendam burgum suum situm in pertinentiis dicte Urbis Lello

Romani de Urbe prefata pro octingentis florenis auri vel circa venditionem nichilominus faciendo[a] quodque postmodum tempore, quo Ludovicus de Bavaria hostis Dei et ecclesie manifestus ac de heresi condempnatus primo ipsam Urbem intravit, prefatus Lellus unus de quinquaginta duobus, qui tunc ipsam Urbem regebant, eidem Ludovico ac Petro de Corbario heresiarche ac scismatico publice ac notorie adherens et favens, officium marescalcatus in eadem Urbe receperat ac publice et notorie exercuerat inibi offitium memoratum et quod demum omnia palatia, turres, domos et alia edificia prefati Angeli tunc pro fidelitate eiusdem ecclesie extra Urbem morantis eandem infra ipsam Urbem consistentia diruerat et dirui fecerat personaliter ipsumque Angelum dampnificaverat propterea ad valorem duodecim milium florenorum et ultra quodque dictus Lellus propter adhesionem, favorem et auxilium per eum Ludovico et Petro prefatis impensa necnon propter receptionem officii memorati omnibus bonis suis per processus nostros contra tales habitos privatus vel saltem privandus existebat dictaque bona erant prefate ecclesie confiscanda, nos tibi per alias nostras certi tenoris litteras[1] duximus committendum, ut auctoritate nostra vocatis dicto Lello et aliis qui forent evocandi de predictis simpliciter et de plano ac sine strepitu et figura iudicii te informans ac inquirens diligentius veritatem, si tibi constaret dictum Lellum burgo et aliis bonis suis predictis fore ut prefertur privatum, ipsum burgo et aliis bonis suis predictis privatum, prout iustum foret, auctoritate eadem declares. Si vero idem Lellus privatus eis nequaquam, sed privandus ut prefertur existeret, ipsum eadem auctoritate burgo et aliis bonis suis prefatis privare studeres iustitia exigente, prout in eisdem litteris plenius continetur. Cum itaque idem Angelus sicut asserit per infideles ipsius ecclesie oppressus ac destructus fuerit et omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus intus et extra Urbem ipsam consistentibus valoris centum milium florenorum extiterit spoliatus ac nichilominus quondam Poncellus germanus suus clericus, [qui] multa benefitia obtinens propter multos labores contra hostes ecclesie eiusdem pugnando viriliter sustinuerat, decessisse credatur necnon centum quinquaginta et ultra vassali ipsius Angeli in bello castri Asture Albanen. dioc. existendo in servitio nostro et eiusdem ecclesie fuerunt interfecti[2], nos eidem Angelo in hac parte paterno compatientes affectu, ipsius Angeli supplicationibus inclinati discretioni tue per apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus si dictum Lellum burgo et aliis bonis prefatis declarari privatum seu privari per te contigerit ut prefertur dictaque bona propter hoc esse confiscata ecclesie, prelibata declaratione seu privatione prius ut premittitur per te factis, burgum ipsum cum omnibus iuribus et pertinentiis suis prefato Angelo et heredibus suis in perpetuum auctoritate eadem concedere et assignare procures, inducentes eum vel procuratorem suum pro eo per te vel alium seu alios in burgi, iurium et pertinentium predictorum corporalem possessionem et defendens inductum, amoto exinde dicto Lello et quolibet alio illicito detentore ac faciens eidem Angelo de ipsius burgi fructibus, redditibus, proventibus, iuribus et obventionibus universis integre responderi. Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, non obstante si aliquibus a sede apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem.

Dat. Avinion(e), XII. Kal. Marcii, anno quartodecimo.

692. a) tradiderat *vel verbum simile excidisse videtur c.*

1) *Quas publicatas non esse crediderim.* 2) *Cf. supra p. 399 l. 9 sqq.*

## 693. *Litterae ad Albertum ducem Austriae.* *Febr. 27.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115 II fol. 164 nr. 1931. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan Akten' p. 449 nr. 1276 ex* c. *(decurtatum).*

Alberto duci Austrie.

Non sine compassione te fili fuisse gravatum infirmitate corporali prius audivimus et subsequenter leto percepimus animo te sanitati pristine assistente tibi divina clemencia restitutum. Nobilitatis tue prudenciam rogantes et hortantes attente, quatinus ei, qui te visitavit misericorditer et clementer restituit sanitati, ad gratiarum humiles actiones assurgens operari que sibi placita fuerint et ab hiis, que sue magestatis possent occulos offendere, studeas abstinere, in devotione sancte matris ecclesie solita constanter et immobiliter persistendo, attencius nichilominus provisurus, ne illi dampnato scismatico et heretico Lodovico olim Bavarie duci aut eius complicibus et sequacibus adhereas nec te penarum et sententiarum gravium periculis promulgatarum et inflictarum adversus adherentes et faventes eidem involvas, sed sic in tue puritate devotionis erga Deum et ecclesiam persistere non omittas, quod nos et apostolicam sedem, ad quos fiducia filiali confidenter potes recurrere, reperire merearis semper uberius in tuis oportunitatibus propicios et benignos.

Dat. Avinion(e), III. Kal. Marcii, anno quartodecimo.

## 694. *Litterae ad Ottonem ducem Austriae.* *Febr. 27.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115 II fol. 164 nr. 1932. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 449 nr. 1277 ex* c. *(decurtatum).*

Ottoni duci Austrie.

Nobilitatis tue litteris[1], per quas devotionem sinceram, quam ad Romanam matrem tuam geris et gerere constanter intendis ecclesiam, delectabiliter recensendo te ad ipsius obsequia et beneplacita tanquam filius benedictus et gratie obtulisti, solita benignitate receptis et que continebantur in eis plenius intellectis tuam inde providenciam cum gratiarum actionibus uberibus multipliciter in Domino commendamus. Nobilitatem rogantes attencius et hortantes eandem, quatinus in devotione huiusmodi constanter et nmobiliter persistere non ommittas, attencius nichilominus provisurus, ne illi et cet.[2] ut supra usque sed sic[a] in huiusmodi tue puritate devotionis persistas, quod nos et cet.[3] ut supra usque in finem.

---

## 695. IMPERATORIS CONCESSIO FEUDI PRO COMITIBUS DE OTTINGEN.

### 1330. Febr. 21.

*Originale in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 393 1/2. Descripsimus nos. Pendet sigilli fragmentum filis sericis viridis coloris.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 67 nr. 1082.*

**694.** a) te *add. c.*

1) *Supra nr. 687.* 2) *Supra lin. 11.* 3) *lin. 15.*

Wir Ludowig von Gots gnaden Romischer chaiser zu allen ziten merer des richs verjehen offenbar, das wir den edeln Ludowigen und Friderichen graven zu O̊ttingen unsern lieben getriwen und iren erben verluhen haben und ŏch verluhen an disem gagenwertigen briefe das purchstal und den perch zu Vlohperg zu einem rehten lehen, also das su ain veste dar uf bouwen mugen und das diu selbe veste uns und unsern nahkomen an dem riche zu allen ziten undertenig und offen sei. Und des zu urchunde geben wir in disen brief versigelten mit unserm chaiserlichen insigel.

Der geben ist ze Munichen, da man zalt von Christes gepurt triutzehenhundert jar dar nah in dem drizzigestim jare, der Mitwochen vor dem Wissen Suntage, in dem sehtzehendem jar unsers riches, in dem dritten des chaisertůmes.

---

## 696. EIUSDEM PROMISSIO SUPER OBLIGATIONE FACIENDA.
### 1330. Febr. 22.

*Originale* (or.) *in tabulario regio Marburgensi. Sigillum fere illaesum est. — Ed. Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 1 p. 329 nr. 349 ex* or. *Editionem repetimus.*

*Cf. infra nr. 714. 745. 746.*

Wir Ludowich von Gots gnaden Rômischer chaiser ze allen zeiten merer des reiches verjehen offenbar an disem brief und tůn chunt allen den die in sehent oder hôrent lesen, daz wir dem edeln manne Ůlrichen von Hanaẘ unserm lieben getriwen gehaizzen und geloben, daz wir in seiner schuld und geiltes, dez wir im schuldich sein und geilten sůllen und des er unser brief hat [1], nach unsers lieben fůrsten und swagers Johansen chůnges ze Pehaim weisung und rat, swenn er schierst zů uns chumt, auf der pfantschaft ze Gælenhausen [a] oder anderswo nach dez vorgenanten unsers swagers rat, swo wir es danne getůn můgen. Wær aber daz der egenant chůnich von Pehaim unser swager so in churczer frist zů uns niht chôm, so sůllen wir den egenanten Ůlrichen von Hannaẘ seiner schuld, die wir im geilten sůllen, rihten auf der egenanten pfantschaft ze Gælenhausen nach der brief sag, die er vor von uns darůber hat [1]. Und darůber zů urchůnde geben wir im disen brief mit unserm insigel versigelten.

Der geben ist ze Můnichen, dez Pfincztags in den vier tagen der Vasten, do man zalt von Christes gebůrd driwzehenhůndert jar darnach in dem dreizzgisten jar, in dem sehczechenden jar unsers chůnichreichs und in dem dritten dez chaisertůms.

---

## 697. 698. DONATIO BONORUM IMPERII MONASTERIO FACTA.
### 1330. Febr. 25. — Mart. 30.

### 697. *Petitio imperatori porrecta.* *Febr. 25.*

*Copia* (c.) *in solo Copiario Otterbergensi saec. XIV. bibliothecae Moguntinae fol. 114, ubi rubrum:* Littera illorum de Hohenvels deprecatoria ad dominum imperatorem, quod appropriet nobis bona et ecclesias in Nerstein cum resignacione earundem in manus ipsius imperatoris. *Contulimus nos. — Edd. Frey et Remling 'Urkundenbuch des Klosters Otterberg' (1845) p. 367 nr. 418 ex* c.

**696.** a) *anacoluthon in or.*

1) *Cf. supra nr. 234.*

Victoriosissimo et gloriosissimo . .[a] domino Romanorum imperatori Hermannus dominus in Hoenfels et Kunegundis uxor sua legitima cum omni subiectione ad quelibet eius beneplacita voluntarium famulatum.

Cum monasterium in Ottirburg ordinis Cyst(erciensis) Mogunt. dyoc., quod nos ob religionis clarissime excellenciam multo complectimur affectu, sicut et parentes et progenitores nostri ipsum locum semper dilexerunt et sepulturas suas illic elegerunt, sit ex causis rationabilibus et notoriis multis debitis pregravatum et quasi in desperacionem positum, nos ipsorum paupertati et penurie succurrere cupientes, duas ecclesias parrochiales[b] cum una capella attinente[c] in villa Nerstein iuxta Oppenheim sitas, quarum ius patronatus in feodo de vestra gratia possidemus, ipsis in subsidium donare et conferre decrevimus, si tamen vestre magestatis imperialis excellencia consentire, confirmare et annuere dignaretur. Verum cum vos semper fueritis divini cultus et religionis studiosus et diligens augmentator, pari voto et unanimi consensu vobis humiliter supplicamus, quatinus talem donacionem propter Deum et pro salute anime vestre et omnium progenitorum vestrorum velitis vestra auctoritate imperiali ratificare et approbare et nichilominus easdem ecclesias ipsis religiosis appropriando vestris patentibus litteris confirmare. Quod si vestra ingenua benignitas complere decreverit, per presentes litteras omne ius nostrum, quod hactenus habuimus in ipsis et habemus, in manus vestras communicata manu libere resignamus, ut eisdem religiosis per vos pie et devote et liberaliter condonetur. Hoc scientes quod in aliis bonis videlicet in Germersheim de iure castrensi et etiam de aliis bonis quam plurimis, que de gratia vestra in feodo habemus, vobis nichilominus sumus astricti ad homagii servitutem, immo ultra debitum in perpetuum nos invenietis ad vestrum servicium promciores. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Et ego Hermannus predictus sub iuramento fidelitatis, quo vestre imperiali maiestati sum astrictus, recognosco, quod aliud sigillum non habeo nec aliud facere intendo, nisi prius dignitatem consequar militarem.

Datum anno Domini MCCCXXX, in Dominica Invocavit.

## 698. *Approbatio imperatoris.* *Mart. 30.*

*Copia* (c.) *ibidem fol. 114' cum rubro:* Consensus dn̄i Ludowici imperatoris super donacione ecclesiarum in Nerstein. *Contulimus nos. — Ed. l. c. p. 368 nr. 419 ex* c.
*Böhmer, Reg. Ludw. p. 359 nr. 3269 (Addit. III).*
*Cf. Böhmer l. c. 3270*[1].

Lud(owicus) Dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis Christi fidelibus presentibus et futuris harum litterarum tenorem intuentibus graciam suam et omne bonum.

**697.** a) *. c.* b) *sequ.* eccās *subpunct.* c) *post* Nerstein *scriptum signo posito.*

1) *In adnotatione ponimus ex eodem codice fol. 114 et 113' duo scripta domini de Hohenfels et uxoris a. 1330. Apr. 23 et Iun. 15 data, quae item contulimus (cf. Frey et Remling l. c. p. 371 nr. 421 et 422):*

Item de donacione iuris patronatus ecclesiarum in Nerstein.

Nos Hermannus dominus in Hoenfels et legitima collateralis nostra domina Kůnegundis tenore presencium publice profitemur, quod nos unanimi consensu et pari voto provida deliberatione prehabita pro salute animarum nostrarum et cunctorum progenitorum nostrorum cupientes terrena pro celestibus commutare, conferimus et donamus et presentibus appropriamus religiosis viris domino . . abbati et conventui monasterii in Ottirburg ordinis Cyst(erciensis) Mogunt. dyoc. ius patronatus duarum ecclesiarum parrochialium et unius cappelle attinentis sitarum in terminis ville Nerstein eciam Mogunt. dyoc. cum omni iure, quo nos illud hactenus possedimus et a cunctis nostris progenitoribus usque ad nos est rite et racionabiliter devolutum, ut et ipsi religiosi huiusmodi ius patronatus im-

Religiosis personis et sacratis locis benigno animo et pio zelo procurando ipsorum commoda et augendo eorum utilitates et profectus, frequenter Spiritu divino nos ad hoc propicius stimulante, favorabiliter annuimus et eorum supplicacionibus aures damus benivolas et benignas, ut per hoc cultus reverentie divine, ad cuius augmentum summopere conamur, eo quod nostre saluti hunc nobis in utroque seculo proficere firmiter credimus et speramus, per eos uberior et salubrior habeatur et semper sumat beacius incrementum. Peticionibus igitur religiosorum virorum Heinrici abbatis et conventus monasterii in Ottirburg ordinis Cyst(erciensis) Mogunt. dyoc., devotorum nostrorum dilectorum per exaudicionis nostre gremium graciosius occurrentes, ipsis ac dicto eorum monasterio in Ottirburg, ut nostri ac progenitorum nostrorum et tocius posteritatis nostre ibidem perpetua memoria habeatur, donacionem iurium patronatus duarum parrochialium ecclesiarum in villa Nerstein prope Oppenheim sitas et unius cappelle eisdem parrochiis attinentis per nobilem virum dominum Hermannum in Hoinfels et legittimam suam contoralem Chûnigundim motu pie devocionis et intentu eis factam, cum eadem iura patronatus a nobis et sacro Romano imperio in feodum hucusque descenderint, approbamus, ratificamus et presentis nostri scripti patrocinio confirmamus. Appropriantes predictis . . abbati et . . conventui ac eorum monasterio Ottirburg ecclesiarum et cappelle predictarum, maxime quia dicti Hermanni domini in Hoinfels et Chûnigundis conthoralis sue predictorum consensus et instans precum postulacio intervenit litteris eorum patentibus et apercius sigillatis[1], iura patronatus suprascripta auctoritate et de solita clemencia nostre imperatorie maiestatis. In cuius nostre approbacionis, confirmacionis et appropriacionis robur et evidens testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum in Ezzlinga, feria VI. ante Dominicam qua cantatur Domine ne longe, anno Domini MCCCXXX, regni nostri anno XVI, imperii vero III.

---

perpetuum ad omnem usum suum possideant pacifice et quiete. Et hoc per manum gloriosissimi imperatoris domini Ludowici, de quo tale ius patronatus in feodo processit, accedente ipsius consensu voluntario et expresso. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa.

Datum anno Domini MCCCXXX, in die beati Georgii martiris.

---

Quod domini de Hoenfels conferunt nobis ius patronatus ecclesiarum in Nerstein

Noverint universi presencium inspectores, quod nos Hermannus dominus de Hoenfels et domina Kûnegundis nostra collateralis legittima considerantes condicionem humanam esse labilem ac salutem animarum rebus omnibus fore merito preferendam, hinc est quod saluti animarum nostrarum nostrorumque progenitorum providere salubriter cupientes ob earundem animarum nostrarum et progenitorum nostrorum remedium ius patronatus duarum ecclesiarum parrochialium et unius cappelle attinentis sitarum in terminis ville Nerstein Mogunt. dyoc. cum suis attinenciis et pertinenciis universis, quod ad nos cum suis pertinenciis huiusmodi titulo pertinet feodali, prout illud ad nos pertinet et hactenus pertinuit, de consensu et voluntate gloriosissimi imperatoris domini Ludowici domini feodi prelibati religiosis viris . . abbati et . . conventui monasterii in Ottirburg ordinis Cyst(erciensis) dicte Mogunt. dyoc. donamus donacione inter vivos et perfecta pro nobis nostrisque heredibus et successoribus universis et concedimus et in eosdem transferimus possidendum perpetuo pleno iure eisque per presentes[a] confirmamus omni iure et modo, quo quoquo modo[b] vel quo melius valere potest, nunc et in perpetuum de consuetudine vel de iure. Promittentes pro nobis et nostris heredibus contra donacionem, cessionem aut translacionem huiusmodi perpetuam non venire per nos et per alios in iudicio vel extra verbo vel facto, publice vel occulte ac eandem ex quacumque causa vel occasione cuiuscumque ingratitudinis revocare, set ipsam firmam et ratam perpetuis temporibus inviolabiliter observare. Dantes domino . . abbati et . . conventui prefatis presentes litteras sigillis nostris sigillatas in robur et testimonium super eo.

Datum anno Domini MCCCXXX, in die beati Viti martiris.

1) *Supra nr. 697.*

a) pp̄ntib; *c.* b) *sic c.*

# 699—701. SCRIPTA AD CIVITATEM RATISPONENSEM SPECTANTIA.

1330. Mart. 5.—11.

*Cf. supra nr. 532. 533.*

## 699. *Imperatoris litterae salvi conductus.* *Mart. 5.*

*Originale in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 396. Descripsimus nos. Sigillum fere illaesum pendet loro membranaceo. — Ineditum.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 359 nr. 3266 (Addit. III).*

Wir Ludowich von Gots gnaden Rômischer cheiser ze allen zeiten merer dez reichs enbieten den erbern und weisen lâuten Perhtolden dem Ergoltzpechen purgermeister, . . dem rat und den purgern gemeinlich ze Regenspurch, unsern lieben getriwen unser hulde und alles gût.

Uns hat chunt getan der edel man Frid(erich) burchgraf ze Nûrenberch unser lieber heimlicher, daz ir ewer potschaft zû uns senden wellet. Dar umb wizzet daz wir ewern êgenanten purgermeister, ewer purger und boten die ir zû uns sendet und auch ir gesellschaft diu mit in fert in unsern und dez reichs besundern scherm und geleitte genomen haben und auch mit disem brief nemen fûr uns und die unsern und fûr alle lâute, fûr allen pan und âhte, fûr alle chlag, ansprache und wærung und gemæinlich fûr alle sache, von den si von iemant geleidiget oder beswært môhten werden. Fûr daz alles versichern wir si gentzlichen zû uns ze varen swa wir danne sein, bei uns ze beleiben und wider heim ze varen gen Regenspurch in die stat mit gantzer sicherheit an alles geværde. Und dar ûber ze urchunde geben wir in disen brief mit unserm heimlichen insigel versigelten.

Der geben ist ze Lantzhût, do man zalt von Christs gebûrde dreutzehenhundert jar dar nach in dem dreizzigestem jar, dez Montags nach dem Suntag swenne man singet Reminiscere, in dem sehtzehendem jar unsers reichs und in dem dritten dez cheisertûms.

## 700. *Pactum ducum Bawariae inferioris cum imperatore.* *Mart. 8.*

*Originale* (or.) *ibidem 'Fürstenselekt' fasc. 204. Contulimus nos. Pendent tria sigilla plus minusve laesa loris membranaceis. — Ed. Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' II, 308 nr. 278 ex* or.

1. Wir Heinrich, Ott und Heinr(ich) von Gots genaden pfallentzgraven ze Reyn und hertzogen in Bayern verjehen offenbar an dem brief und tûn chunt allen den di in ansehent oder hôrent lesen, wan der rat und di gemain der stat ze Regenspurch uns unsereu recht, di wir in derselben stat von unsrer herschaft wegen unsers landes ze Bayern haben sûllen, an manigen sachen vor gehabt habent, genydert und enpfremt und unserm genædigem herren hern Ludwigem dem hochgeborn Rômischem chayser daz selb an seinen rechten, di zû dem reiche gehôrent und zû seiner herschaft des landes ze Bayern, auch habent getan, haben wir uns ainmûtichlich und triwlich zû dem selben unserm herren verbunden, also daz wir wider arm und reich der selben stat mit land und læuten ungeværlich, als wir beste mûgen, dem selben unserm oben genanten herren geholfen sûllen sein und er uns ze geleicher weis her wider, als lang untz wir

es dar zů bringen, daz si uns bedenthalben unsereu recht widervaren lazzen und ir ze nutz und ze gewêr chomen.

2. Auch sůllen wir an den êgenanten unsern herren den chayser noch er an uns mit den selben purgern und der stat ze Regens(purch) dhainen frid, satz, tayding noch richtigung niht vodern noch nemen ayner an den andern. Wær auch daz es dar zů chæm, daz di selben purger von Regens(purch) uns bedenthalben pezzerung tæten mit gůt oder mit andern sachen, dar umb daz si uns ze baider seit unsereu recht vor gehabt habent, daz sol unser oben genanter herre und wir geleich mit einander haben und taylen, also daz ez uns alles halbes gevallen sol und unserm egenanten herren der ander halb tayl.

3. Wær auch daz iemant der stat und den purgern ze Regens(purch) ze dînst und ze hulf wurd oder chæm wider unsern oben genanten herren und wider uns, di demselben unserm herren, dem reich, seinem land ze Bayern oder unserm land zů gehorten, di selben swer di sind, edel oder unedel, hoh oder nyder, swi si genant sind, sůllen ewichlich mit ir leib und gůt in des oben genanten unsers herren des chaisers, des reiches und unser æht sein und sůllen si verderben ewichlich an ir leib und gůt. Und dar über ze einem urchůnd geben wir den brief versigelten mit unsern insigeln.

Der ist geben ze Lantzhůt, da von Christes gebůrtt waren dreutzehenhundert jar darnach in dem dreizzigistem jar, des Pfintztags vor dem Suntag Oculi in der vasten.

## 701. *Imperatoris privilegium pro monasterio Sancti Iacobi ad Scotos Ratisponensis.* *Mart. 11.*

*Originale* (or.) *ibidem KLS nr. 397. Descripsimus nos. Sigilli fragmentum pendet filis sericis rubei coloris.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 67 nr. 1090.*

Wir Ludowig von Gotes genaden Romischer chaiser ze allen ziten merær des richs enbieten den erbærigen laeuten dem . . abbtt von Sant Jacob ze den Schotten ze Regenspurch[a] und dem rat von der stat ze Regenspurch, unsern lieben getrevn unser genad und als guet.

1. Wist daz wir haben angesehen di notichait und di armuet, di daz chloster datz Sant Jacob ze Regenspurch leit und geliten hat, haben auch angesehen daz unrecht, daz baidenthalben von dem pischolf und von etzlichen unsern ambtlæuten im von unrechter und böser gewonhait widervaren ist, daz uns wol und wors gewissen ist. Wellen wir daz weder der abbt noch der covént noch iemant von des chlosters wegen fůrbaz dem pischolf von Regenspurch noch iemant der leicht seinen gewalt furtt noch chainem amptmanne, es sei vitztum, richter, schirgen oder pflegær swie si sein genant oder swa si sein, chain stewer oder chain ungelt, swie daz her chommen wær von gewalt oder von anderr bosen gewonhait an rechtz vogtrecht, do man brief und hantvest oder ander gerechtew chuntschaft umb fůrbringen mæcht, icht geben noch iemant gebunden sein ze geben.

2. Wellen auch daz der selb abtt von Sant Jacob ze Regenspurch[b], als pilleich und recht ist, seiner můnich und seiner undertan swer di sein, es sein prior, æbtt, chapplæn oder sust pfleg(ær), gewaltich sein seu zu straffen und ze půzzen an ir leib und an ir guet nach sein selbers gewissen, daz in dar umb weder der pischolf noch anders niemant ze straffen schol haben. Ob auch daz wær daz chain prior von Wichsantpeter, chain abbt von Ertfůrtte, von Wirtzpurch, von Mæmminge,

**701.** a) Regns *or.* b) Regs *or.*

von Aychstet oder von Chelhaim oder der selben gotzhæuser pflegær, di baidenthalben mit dem leib und der pfleg dem abbt und dem gotzhaus von Sant Jacob ze Regenspurch[c] angehôrent und undertænich sein schullen, icht tæten, wûrfen oder antrûgen oder geworven hieten, daz dem vorgenanten gotzhaus von Sant Jacob ze Regenspurch[c] ze schaden oder ze laster chommen wær und noch chæm, dar ûber geb wir dem selben abtt von Sant Jacob ze Regenspurch[c] unsern chaiserlichen gewalt di selben ze straffen an ir leib und an ir guet nach sein selbers gewissen, daz er dar umb niemant ansehen schol noch furchten danne uns.

3. Dar umb welle wir und biten euch alle von dem rat ze Regenspurch[d], di ietzu do bei sein oder noch dar zu chômmen, daz ir von der wirdichait unserr maiestat und unserm chaiserlichem gewalt dem vorgenanten gotzhaus der genanten unserr gnad di wir im getan haben vor seit und sew dar an beschirmt so ir best mûgst und dem pischolf fûrwaz nicht gestatt chainen unrechten pan oder gewalt dem chloster icht aufzelegen. Und wellen daz ir den abtt mit unserm gewalt und von ewern wegen in sein chloster vodert und daz als gedinge und als vermachen ab sei und do inne alle zeit nach ewerm rat leb.

4. Wan auch daz nicht zimleich wær, daz der abtt oder iemant von seinen wegen ze aller zit euch mit chainen sachen bechumert gemainchlich, so welle wir daz di erbærigen leut Lud(wig) der Strauwingær, Chunrat der Sternær, Praun der Ekkær und Ulr(ich) der Chratzær dem abtt raten und anweisen von ewer aller wegen schullen. Und swenne der einer nicht enwær, so schûlt ir im aver einen ander geben, also daz di vier alle zeit beleiben. Und schol auch der abbt an seu nicht chauffen, verchauffen oder taidingen danne nach irem rat.

Und daz selb wir bestætichen mit disem brief, der versigelt ist mit unserm chaiserlichen insigel und gegeben ze Mûnchen, des Suntags vor Mitterrvasten[f], do man zalt von Christes gepurd dreutzehenhundert jar dar nach in dem drizzigistem jarn, in dem sechtzehenden[e] jar unsers chûnichrichs und in dem dritten des chaisertums.

---

# 702. 703. LITTERAE IOHANNIS XXII. PAPAE AD DIVERSOS.

## 1330. Mart. 13.

### 702. *Litterae ad Ottonem ducem Austriae.* *Mart. 13.*

*Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115 II fol. 162' nr. 1919. Contulimus nos.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 412 Päbste nr. 248 (Addit. III); Reg. ep. Constant. nr. 4210.*

Ottoni duci Austrie.

1. Magnificentie tue litteras[1] nobis per dil. fil. Wolfradum de Nelemburg commendatorem provincialem ordinis beate Marie Theutonicorum in Swevia, tuum nuncium presentatas benigne recepimus et que nuncius ipse voluit proponere dicteque continebant littere, intelleximus diligenter. Primo namque prefatus nuncius te, quia super dispensatione illius matrimonii[2] per nos dudum graciose concessa nobis regraciari tam diu certis ex causis distuleras, excusavit. Profecto fili non erat opus te super hoc excusare, sed ad id tua gratitudo laudabilis te induxit, quam excusationem utique nos ex superhabundanti admisimus, cupientes tuis satisfacere desideriis in hac parte.

**701.** c) Regns *or.* d) Regs *or.* e) *ultima* n *corr. ex* s *or.* f) *sic or.*

1) *Servatae non sunt.* 2) *Cf. supra nr. 73 et p. 50 not. 2.*

2. Subsequenter vero prelibatus nuncius nobis verbotenus per suum interpretem exposuit et deinde in scriptis etiam tradere procuravit, quod Ludovicus de Bavaria excomunicatus hereticus et scismaticus nuper in civitate Tridentin(a) existens, quam cito quondam Frederici fratris tui audivit obitum[1], in Alamaniam intentione occupandi civitates et loca regni Alamanie premissis litteris suis ad civitates, oppida quosdamque parcium earum dominos infelices curavit dirigere gressus suos. Et licet oppinaretur a multis, quod aliqui parcium predictarum principes ac civitates et oppida eum velint recipere cessante contradictione quacumque, civitates tamen et oppida, que dudum tibi nomine fratris tui iuraverant, adhuc tua informatione instructi ac potencia circumfulti stabiliter in statu huiusmodi perseverant. Et quia de nostra intentione volebas effici certior super hiis, prefatum nuncium ad nostram presentiam transmisisti disponens, si de nostro existat beneplacito, quod dictus Ludovicus regnum predictum nequaquam obtineat, una cum dil. fil. nobili viro Alberto fratre tuo prefato Ludovico potenter et viriliter resistere, sicut melius cum Dei adiutorio favoreque nostro potestis, et forcius quam aliqui principes parcium earundem. Preterea subiunxit prelibatus nuncius ex eo evidencius apparere, quod velis memorato Ludovico constanter resistere, quia licet fratres tui cum ipso hactenus colloquia seu placita, ut verbis ipsius utamur nuncii, habuerint litterasque ab ipso receperint et sibi suas destinarint, tu tamen id semper facere recusasti nec ad ea per fratres ipsos vel alios inclinari potuisti seu flecti et ex hoc potissime inter te dictumque quondam Fredericum fratrem tuum fuit materia dissentionis et odii, quod ipse non opponebat se dicto Ludovico, sicut poterat et debebat. Rursus quod cum nuper nobilis vir . . dux Charinthie terminum habendi per te fratremque tuum cum eodem L(udovico) placitum ordinasset, tum termino huiusmodi interesse recusans fratri tuo, quod illum nullathenus observaret, mandasti, statuendo nichilominus cum dil. fil. nobili viro Henrico duce Bavarie sororio tuo locum et terminum ad tractandum, ut eiusdem L(udovici) valeret utilius processibus obviari, et faciendo etiam confederationem propter hoc cum venerabilibus fratribus . . Argentin(ensi) et . . Constancien(si) episcopis nostris fidelibus et devotis.

3. Quibus quidem per eundem nuncium ut premittitur expositis et in scriptis traditis diligentius intellectis, tuum in hac parte laudabile propositum multipliciter in Domino commendamus, nobilitatem tuam rogantes et in Domino attentius exhortantes, quatinus bona innumera tibi ac domui tue aliisque fidelibus ex resistencia dicto heretico et scismatico facienda potenti brachio proventura necnon grandia pericula rerum, animarum et corporum ex adhesione, receptatione, defensione ac fautoria ipsius merito formidanda consideranter attendens, ad instar bo(ne) me(morie) Lipoldi ducis Austrie germani tui eundem hereticum et scismaticum aborreas et ad resistendum sibi una cum eisdem Alberto et Henrico ducibus ac dictis episcopis aliisque valitoribus nostris et ecclesie fidelibus sic potenter et viriliter te disponas, quod dampnanda ipsius elidatur intentio tuque proinde condignis attolli preconiis ac congruis prosequi favoribus et ad altiores honores provehi merito merearis. Et ecce prefatis episcopis, ut tibi super predictis assistant viriliter tecumque super viis et modis, quibus melius et utilius negocium predictum expediri poterit, conferant, per litteras scribimus opportunas[2] et nichilominus dil. fil. Ulricum de Lentzburg ordinis Heremitarum sancti Augustini penitentiarium nostrum, qui tibi et eisdem episcopis intentionem nostram explicare viva voce super hiis poterit plenius, destinamus. Que autem per te ac dictos episcopos ordinata in hac parte fuerint, nobis rescribere tua providencia non obmittat.

Dat. Avinion(e), III. Idus Marcii, anno quartodecimo.

---

1) *Obiit in Guttenstein m. Ian. die 13.* 2) *Infra nr. 703.*

### 703. *Litterae ad episcopum Argentinensem.* *Mart. 13.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115 II fol. 164 nr. 1929. Contulimus nos̃. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 451 nr. 1283 ex* c. *(decurtatum); Hauviller 'Analecta Argentinensia' I, 172 nr. 197 ex* c.

*Cf. Reg. ep. Constant. nr. 4209.*

Bertholdo episcopo Argentinensi.

Nuper dil. fil. nobilis vir Otto dux Austrie ad nostram presenciam suum specialem nuncium cum litteris credencie destinavit, per quem fecit nobis exponi, quod ipse ac dil. fil. nobilis vir Albertus frater suus Austrie et Henricus Bavarie duces cum suis valitoribus et ecclesie fidelibus ac tecum et cum venerabili fratre nostro Rudolfo episcopo Constanciense, cum quibus super hoc confederacionem fecerat, Ludovico de Bavaria heretico et scismatico, ne regnum occupare valeat Alamannie, resistere potenter et viriliter intendebant. Cumque prefato Ottoni duci eum confortando et exhortando super hoc per nostras alias litteras rescribamus[1], fraternitatem tuam rogamus attencius et hortamur, quatinus eidem duci circa hec potenter et viriliter assistere non omittas, tu et idem episcopus Constanciensis, cui similiter scribimus, convenientes cum eis tractare ac ordinare vias et modos, quibus melius et utilius expediri possit, dirigente Domino negocium huiusmodi studeatis, nobis quid super hiis feceritis et alia tibi occurencia fideliter rescripturus. Et ecce quod dil. fil. Ulricum de Lentzeburgh ordinis Heremitarum sancti Augustini penitenciarium nostrum, qui tibi ac memorato episcopo intencionem nostram in hac parte plenius explicare poterit, destinamus.

Dat. Avinion(e), III. Idus Martis, anno quartodecimo.

In e. m. verbis competenter mutatis eidem episcopo Constanciensi.

---

## 704—707. UNIO DUCUM BAWARIAE INFERIORIS CUM IMPERATORE.
## 1330. Mart. 20.

### 704. *Imperatoris scriptum obligationis.* *Mart. 20.*

*Superest nonnisi in transsumto eodem die a ducibus confecto infra nr. 706, ubi vide. Böhmer, Reg. Ludw. p. 68 nr. 1093.*

Wir Ludowich[a] von Gots genaden Rômischer[b] cheiser ze allen czeiten merer des reiches verjehen offenlich an disem brief allen den di in sehent, hôrent oder lesent.

Wan wir unsern lieben vetern und fûrsten Heinrichen, Otten und Heinrichen pfallentzgraven bei Reyn und hertzogen in Bayern schuldich sein zwaintzich tawsent markch silbers Regenspurger gewihtes umb den dînst, den si uns und dem riche an dem streit ze Mûldorf gen unserm ôhaim von Oͤsterrich[c] getriwlich taten, und auch fûr den schaden, den si an dem selben streit bei uns namen und enpfiengen, da fûr wir in verschriben heten Weissenburch[d] diu stat, den Neunmarcht[e] und di Juden ze Regens-

704. a) Ludowig 2. b) Romischer 2. c) Oͤsterich 2. d) Weizzenbûrg 2. e) Newenmargt 2.

1) *Supra nr. 702.*

(purch)[f], der pfant wir ains an daz ander niht lôsen solten, als si des ein gût hantvest von uns heten[1], und wan si uns an den selben sachen und auch an dem Neunmarcht[e] gæntzlich entwichen sind, haben wir in fûr zwelftawsent markch silbers eingeantwurt und gesetzt di stat Weissenburch[g] und di Juden ze Regenspurch[f], als si des ein besunder hantvest von uns habent[1]. Noch beleiben wir in schuldich ahttawsent markch silbers lôtiges Regenspurger gewihtes und fûr di selben ahttawsent markch silbers haben wir in, irn hausfrawen und irn erben eingeantwrt und gesetzt in pfandes weise unser stat Laugingen[h], also daz si die selben stat inne haben sûllen und niezzen mit gerichten, stewern, zôllen, vogtayn, geleiten, ampten, lehenscheften, gaistlichen und werltlichen laûten und gûten, christen und Juden und gemainlich mit allen den eren, rechten, herscheften, nûtzen und gûlten di dar zû gehôrnt, besûhten und unbesûhten, als wir si inne haben gehabt mit gewonheiten und rechten gæntzlich an abslag, als lang untz wir oder unser erben di selben stat, herschaft und gûlt als vor verschriben ist von den vorgenanten unsern vetern, irn hausfrawen und iren erben umb di egenanten ahttausent markch lôtiges silbers wider ledigen und lôsen an alle ir widerred, swann wir di tûn wellen oder mûgen. Swaz auch wir vor besunderlich von der ob genanten stat, herschaft, gût und gûlt versetzet haben, daz sûllen si stæt halten, doch mûgen si es ledigen und lôsen und in ir gewalt bringen. Und swaz des ist daz niht zabslag stet, daz si ledigent und lôsent und unser hantvest und brief uns ledigent von den den ez stet oder des si uns recht und redlichen beweisent, daz sûllen si swaz des ist oder wirt zû den obgenanten ahttawsent markch silbers auf der obgenanten stat, herschaft und gûlt haben. Swaz aber des ist daz si lôsent daz ze abslag stet, umb swaz si daz lôsent, daz sûllen si niht zû den ahttawsent markchen slahen. Und swaz der gûlt wirt, di si also ledigent oder die sust von abslag ledich wirt, di sûllen si inne haben und niezzen in allen dem rechten, als di gût, gûlt und herschaft, di wir in ietzûn einantwrten. Und dar ûber ze urchûnd geben wir in disen brief mit unserm cheiserlichen insigel versigelten.

Der geben ist ze Auspurch, des Ertags nach dem Suntag so man singet Letare, do man zalt von Christes gepûrtt dreutzehenhundert jar dar nach in dem dreizzigistem jar, in dem sehtzehenden jare unsers reichs und in dem dritten des cheisertûmes.

## 705. *Reversales ducis Heinrici senioris.* *Mart. 20.*

*Originale* (or.) *in tabulario secreto domus regiae Bawarieae. Contulimus nos. Pendet sigilli fragmenta parva loro membranaceo. — Ed. Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' II, 310 nr. 279 ex* or.

Wir Heinrich der elter von Gotes gnaden pfallentzgraf ze Rein und hertzog in Beyern verjehen und tun chunt allen den die disen brief ansehent oder hôrent lesen, daz wir mit verdahtem mût und gûten willen zû unserm genædigem herren herrn Ludowigen dem hohgeborn Rômischen cheyser uns verpunden haben an aydes stat mit unsern triwen und verpinden auch uns mit disem brief, also das wir im und seinen erben ewichlich gen allermænchleich gaestlichen und wærltlichen, swie die genant sint, mit land und læwten und mit aller unserer maht geholfen sûllen sein und zûlegen ungeværlich, als verre wir chunnen und mûgen. Also sol er und sein erben auch uns und unsern erben ze geleicher weis her wider geholffen sein. Wir nemen aber aus den pûnden unsern gaestleichen vater hern Johansen den pabst von Rom, also daz wir

704. f) Regenspûrch 2. g) Weizzenbûrch 2. h) Lawgingen 2.

1) *Litterae servatae non sunt.*

uns in den sachen, die unser oben genanter herre der cheyser gen im ze handeln hat, wol mûgen halden, als sich der merer tayl der churfûrsten des reyches in den selben sachen haldent, doch also das es unserm oben genanten herren dem cheyser und seinen erben an der obgeschriben pûntnûzz und hilffe, die wir gen einander getan haben, niht schaden sol. Und dar zû nemen wir auch aus an den oben geschriben pûnden unsern lieben herren und sweher hern Johansen den chûnich von Behaim und seiniu chind und unsern herren und swager hern Baldweinen den ertzbischof ze Tryer, daz wir wider die unserm egenanten herren dem cheyser und seinen erben nihtes gepunden sein. Und dar uber zû einem urchûnde geben wir in disen brief versigelten mit unserm insigel.

Der geben ist ze Auspûrch, do man zalt von Christes geburd dreuzehen hundert jar dar nach in dem drezzgistem jar, des Eritags nach dem Suntag Letare in der vasten.

## 706. *Ratificatio obligationis imperialis a ducibus facta.* *Mart. 20.*

*Originalia duo, quorum* 1 *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 401,* 2 *in tabulario secreto domus regiae servatur. Descripsimus nos* 1; *contulit* 2 *H. Herre. Pendet sigillum secretum autographi* 1 *laesum loro membranaceo, in quo adhuc legi poterant:* + Secret. H. . . . . . . L . . wig . seligR. *Autographi* 2 *duo sigilla fere illaesa pendent loris membranaceis. — Ed. Wittmann l. c. II, 311 nr. 280 ex* 2.

Wir Heinrich, Ott und Heinrich von Gots genaden pfallentzgraven ze Reyn[a] und hertzogen in Bayern[b] verjehen und tun chunt allen den di disen brief ansehent oder hôrent lesen, daz unser genædiger herre her Ludwich[c] der hochgeborn Rômisch cheiser di stat Lauging[d], di herschaft und gûlt di dar zû gehôrt uns eingeantwurt und gesetzt hat in aller der weis als her nach an dem[e] brief stet geschriben:

'Wir Ludowich[f] von Gots genaden — in dem dritten des cheisertûmes.' *supra nr. 704.*

Und daz wir di obgenanten stat, herschaft und gûlt niht anders inne haben sullen noch niezzen dann unsers oben genanten herren hern Ludweigs[g] des Rômischen[h] cheisers hantvest sagt, di wir inne haben und di wir im und seinen erben oben ze einer bedenchnûzz[i] haben verschriben in dem brief von wortt ze wortt. Daŕ ûber ze einem urchûnde geben wir in den[k] brief versigelten mit unsern insigeln.

Der ist geben ze Auspurch des jares und des tags als oben von unsers herren des cheisers wegen ist verschriben.

## 707. *Imperatoris scriptum declaratorium.* *Mart. 30.*

*Originale in tabulario Ottingensi. Descripsimus nos. Pendet sigilli fragmentum filis sericis rubei flavique coloris. — Ineditum.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 68 nr. 1100.*

Wir Ludowich von Gots genaden Romischer cheyser ze allen ziten merer des richs verjehen offenbar an disem brief, daz unser wille und gunst ist, wie die edlen manne Ludowich und Friderich grafen von Otingen unser liebe getriwe mit unserm lieben vetern und fûrsten Heinrich pfallentzgraf bei Rein und hertzogen in Bayern ûber ein choment umb die pfantschapft, die er in tûn wil mit unsrer stat ze Langingen, doch also daz daz gelt, dar umb er in ez versetzet, uns oder unsern erben abgee und ab-

**706.** a) Rein 2. b) Beyern 2. c) Ludowick 2. d) Lawgingen 2. e) disem 2. f) Ludowig 2. g) Ludowiges 2. h) Romischen 2. i) gedencknûzz 2. k) disem 2.

geslagen werde an der sûmm, dar umb wir die selben stat dem egenanten unserm vetern und hertzog Otten und hertzog Heinrichen auch unsern vetern vor mit andern unsern briefen verschriben und versatzt haben[1]. Dar ûber ze ûrchund geben wir in disen brief mit unserm insigel versigelten.

Der geben ist ze Ezzlingen, an dem Vreytag vor dem Palmtag, da man zalt von Christes gebûrt driutzehenhundert jar dar nach in dem dreizigsten jar, in dem sechtzehenden jar unsers richs und in dem dritten des cheysertums.

---

## 708. IMPERATORIS PRIVILEGIUM PRO MONETARIIS SPIRENSIBUS.

### 1330. Mart. 23.

*Originale* (or.) *in tabulario civitatis Spirensis. Pendet bulla aurea filis sericis viridis flavique coloris. Textus mendis scatet. — Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 319 nr. 509 ex* or.; *Hilgard 'Urkunden' p. 312 nr. 386 ex* or. *Editiones inter se collatas repetimus.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 359 nr. 3267 (Addit. III).*

*Cf. infra nr. 715. 716.*

‖Ludowicus quartus‖ Dei gracia Romanorum imperator semper augustus. Ad perpetuam rei memoriam.

1. Imperialis extollitur et sublimatur maiestas eiusque decoratur celsitudo, dum se erga subditos imperii fideles et benemeritos liberalem exhibet et eorum votiva desideria libenti animo conatur exaudire. Ipsos namque sic fideliores efficit et alios ad fidelitatem imperii allicit reipubliee utique ad profectum. Inde est quod nos, qui non armis bellorum, . . ducibus, . . militibus vel ingenio nostro, set sepe[a] et providencia summe Trinitatis, a qua mundi tocius processerunt elementa et eorum disposicio in orbe terrarum producta est, mundi dominus quamvis inmeriti facti et ad apicem sacri imperii annuente Domino sumus feliciter subrogati, volentes viros prudentes et discretos fideles nostros dilectos . . monetarios eives nostros Spyrenses qui vulgariter die husgenoszen appellantur, qui pro tempore sunt et eorum in hac soeietate successores et posteros quicumque fuerint, ob grata eorum servicia nobis et imperio pre ceteris civibus Spirensibus, quos tamen semper constantes et fideles imperii reperimus, hactenus prestita et inantea uberius prestanda largiflue remunerare et libertatem imperialem eis liberaliter impertiri, ipsos monetarios predictos cives Spirenses fideles nostros dilectos qui vulgariter die husgenoszen appellantur presentes et futuros, quicumque aut quoteumque fuerint, ipsorum liberos masculos ab eis legittime descendentes et ab eis iuxta ipsorum morem et consuetudinem in suam societatem seu collegium assumptos et electos in speciales et proprios nostre et imperii celsitudinis filios recepimus, ipsos nostre altitudinis protectioni veluti eos, quorum sollicitudinem gerere intendimus atque curam, specialiter servantes. Ipsorum eciam corpus seu collegium sive societatem eorundem tamquam licitum seu licitam approbamus, laudamus et presentibus perpetuo confirmamus. Ipsis eciam et eorum cuilibet ex uberiori nostra liberalitate imperiali ob meritorum suorum prerogativam et ex causis premissis et aliis ob speciale privilegium pro nobis et nostris in imperio vel regno successoribus ex certa sciencia pure et liberaliter

708. a) *sic pro* sapiencia *or.*

1) *Supra nr. 704.*

concedimus et donamus privilegia infrascripta, quibus eciam ipsi et eorum progenitores ex concessionibus generosis divorum Romanorum imperatorum et regum predecessorum nostrorum ipsis factis et[b] veraciter didicimus a tempore et per tempora, quibus in contrarium memoria[c] non existit, hactenus pacifice sunt gavisi.

2. Inprimis siquidem statuimus, volumus et ordinamus et sic ab omnibus imperii fidelibus firmiter servari precipimus, ut nullus de domo conmuni ipsorum monetariorum que vulgariter die mûnszen appellatur[d] vel de ipsius domus supertectu quod vulgariter under der mûnsze dicitur vel de domo singulari alicuius ex monetariis propria vel conducticia quam[e] idem monetarius inhabitat aliquem illuc fugientem ob maleficium quodcumque vel debitum vel ob aliam causam quamcumque violenter invito fugiente vel monetario cuius domus est extrahat vel extrahere volenti prestet consilium, auxilium vel favorem aut animo extrahendi predicta loca temere ingrediatur aut aliquem in ipsis ledat temere et violenter. Qui contra premissa aut aliquod[f] premissorum fecerint, quicumque aut quotcumque fuerint et tociens quociens fecerint, quilibet tenebitur dare venerabili principi nostro episcopo Spirensi qui pro tempore fuerit decem libras denariorum Spirensium et unicuique ex monetariis tres libras eiusdem monete nomine pene. Ad cuius eciam pene in quibuscumque capitulis infra et supra scriptis conmisse exactionem et conquisicionem faciendam a rebellibus prudentes viri . . consules Spirenses fideles nostri dilecti cum effectu iuvare tenebuntur ipsosque ad hoc sub fidelitatis sue prestito nobis sacramento[g]. Item volumus et ex speciali gracia eisdem donamus et concedimus, ut nullus de dicta domo monetariorum conmuni vel supertectu eiusdem aut de domo singulari alicuius ex domesticis per aliquem iudicem seu nuncium alicuius iudicis super aliqua causa ad iudicium citetur seu evocetur, preterquam super ferendo testimonium veritati. Et si tunc super aliqua alia causa impeteretur, non debet ibi alicui de iusticia respondere, sed poterit et debebit declinare forum et petere se remitti ad iudicem suum, videlicet ad magistrum monete, qui solus et nullus alius monetariorum iudex conpetens est et ordinarius.

3. Item volumus, donamus et concedimus quod ipsi monetarii singulis annis possint sibi eligere et preficere unum ex eis in magistrum suum et debent illum presentare principi nostro dilecto episcopo Spirensi qui pro tempore fuerit, recepturus[h] sine difficultate confirmacionem suam ab eodem. Item quod monetarii coram magistro monete sic ut dicitur electo et confirmato[i] et non coram aliquo alio iudice seculari teneantur vel tenebuntur de se conquerentibus de iusticia respondere, cui eciam exercendi ordinariam iurisdictionem concedimus in eosdem[h]. Item nolumus quod in domibus monetariorum vel ipsorum curiis quas inhabitant aliquis iudex per se vel per nuncium suum preterquam magister monete vel nuncius[k] ipsius bona alicuius arrestet vel faciat arrestari. Item quocienscumque Spire cuditur nova moneta denariorum Spirensium, quam solam videlicet monetam denariorum Spirensium episcopus Spirensis in civitate Spirensi cudere debet, tunc idem episcopus unum ex monetariis, non alium preficiet in magistrum operis monete, qui eam examinabit fideliter et probabit. Item volumus quod quicumque monetarius vel alius aliquem monetarium vel alium in dicta domo monetariorum conmuni vel sub architectis eiusdem domus verberaverit, cappillaverit, vulneraverit vel alias leserit, is nomine pene teneatur episcopo Spirensi decem libras denariorum Spirensium et cuilibet ex monetariis tres libras monete supradicte.

4. Item volumus quod si quis convictus per duos testes ydoneos vel quia impetitus[l] se suo iuramento expurgare noluerit, quod monetariis, qui tantum et non alii

708. b) *sic pro* ut *or.* c) memoriam *or.* d) appellantur *or.* e) ꝗ *or.* f) aliquot *or.* g) obligamus *vel similiter addendum est or.* h) *sic or.* i) eleccio et confirmacio *or.* k) nuncios *or.* l) impeditus *or.*

in moneta ad cambiendum presidere debent, cambium apud ipsos faciendum asportaverit vel asportari procuraverit, incidit in penam predictam episcopo et monetariis applicandam. Item nolumus quod aliquis alius quam monetarius aut monetarii Spire cambium faciat seu faciant cum pondere et statera aut ad cambiendum presideat alibi quam sub architectis ipsorum monetariorum antiquis, et si quis alius repertus fuerit predicta fecisse, incidit in penam predictam. Item statuimus et volumus quod monetarii, qui president in moneta vel alibi ad cambiendum, teneantur singulis quatuor temporibus coram magistro monete iustificare et facere examinari pondera sua et stateras et magister monete debet hoc gratis facere. Item volumus quod magister monete teneatur eisdem singulis quatuor temporibus iustificare et examinare, quod conpetenti tamen sellario pondera et stateras apothecariorum et aliorum institorum quorumcumque, qui mercimonia sua vendunt ad pondera, ad libram videlicet et stateram. Item volumus quod quocienscumque magister monete convicerit aliquem per tres testes fidedignos vel quia ille impetitus proprio se noluerit expurgare iuramento, quod tempore eo tunc, cum Spire nova cuditur moneta denariorum Spirensium, argentum alibi vendiderit quam ad monetam, is nomine pene dabit unam libram denariorum Spirensium ei qui emolumentum monete quod vulgariter der schlegeschatz dicitur recipit seu recolligit. Item statuimus et volumus quod monetarius conventus ab aliquo coram magistro monete super aliquo debito, sive confiteatur debitum sive diffiteatur, si est contumax vel inobediens, ut quia precepto eiusdem magistri ad tres quindenas iuxta sentenciam et pronunciacionem aliorum monetariorum sibi factam non obtemperat, tunc magister monete pignora contumacis capere debet et tradere actori in solutum. Quod si pignora dare recusaverit et magistro capere volenti resistit, extunc a iure et honore monetariorum et ipsorum consorcio sine spe restitucionis cadat ipso facto. Quod si magister pignora contumacis pro modo debiti invenire non potest, tunc convocatis aliis monetariis una cum ipsis pronunciare debent, sentenciando ipsum contumacem ammodo non esse nec esse debere monetarium, et ipsum repellere a consorcio eorundem et ipsum de cetero coram sculteto Spirensi posse a quolibet conveniri, nec debent illum contumacem umquam ad ipsorum collegium reassummere, nisi prius nomine emende prestet unicuique ex monetariis quinque solidos denariorum Spirensium, quo facto et satisfacto actori de debito restituent eum pristino suo iuri. Item volumus quod magister monete debeat de se conquerentibus coram seniore ex monetariis et non alibi de iusticia respondere, qui videlicet senior conquerenti de magistro faciet iusticiam, qualem facit magister de aliis monetariis. Item volumus quod monetarius coram magistro monete iudice ipsorum monetariorum conpetente possit alium monetarium per duos aut tres monetarios aut per instrumenta sigillo civitatis Spirensis sigillata aut per tres cives Spirenses per schultetum Spirensem aut magistrum monete ad hoc in testes datos secundum conswetudinem civitatis Spirensis et non aliis probacionibus convi[n]cere super debito peccuniario quocumque. Item volumus ut monetarius possit alium non monetarium convincere per monetarios vel alios non monetarios duos vel tres[m] fidedignos cives Spirenses datos ad hoc per scultetum Spirensem in testes secundum conswetudinem civitatis Spirensis. Item volumus quod monetarii non possint convinci de aliquo forefacto per alios quam per monetarios, preterquam super reatu homicidii, super quo eciam per alios poterunt convinci.

5. Item volumus et concedimus ut monetarii qui pro tempore fuerint possint sibi assummere in socios alios quoscumque probate tamen vite et honeste conversacionis existentes et eciam quotcumque voluerint secundum antiquam ipsorum conswetudinem hactenus continue observatam. Qui eciam de novo creati et eorum filii cum antiquis

708. m) *bis scriptum or.* n) qcūq3 *or.*

recipientibus equaliter predictis nostris et aliis que ab antiquo habuerunt privilegiis pocientur. Item nolumus quod monetarius aliquis (M.) societatem aliam quamcumque que vulgariter ain zunft appellatur cum aliquibus aliis habeat, nisi artificium eorum, quorum societatem habere desiderat, propriis suis manibus operetur et in eodem artificio sit instructus. Item volumus quod monetarius exercere valeat omne quod voluerit artificium nec teneatur ob hoc aliquam aliam contrahere societatem que vulgariter zunft nuncupatur. Item si quis monetarius coram magistro monete per aliquem super aliqua violencia fuerit impetitus[o] quam dicitur fecisse, si conquerens in continenti antequam pedem de loco ammoveat, per tres testes monetarios videlicet non alios intencionem suam non fundaverit, reus statim debet ab impeticione actoris absolvi, prestito tamen prius per ipsum reum innocencie sue iuramento.

6. Item volumus et precipimus quod magister monete qui pro tempore fuerit respiciat et examinet et respicere et examinare debeat singulis quatuor temporibus apud unamquamque conmunitatem in civitate Spirensi que vulgariter zunft appellatur octo candelas cereas, quas ipsi habere debent et in anniversariis divorum imperatorum et regum Romanorum predecessorum nostrorum ad ecclesiam gloriose beate Marie virginis ibidem deportare et presentare debent et hactenus deportare et presentare consweverunt ob remedium animarum nostrorum predecessorum ibidem in Christo quiescencium, qui eandem civitatem nostram Spirensem multis decorarunt privilegiis, et si aliquem[p] ex ipsis circa predictas candelas defectum aliquem habere repererit, is nomine pene si infra mensem huius[modi] defectum non emendaverit, unam libram denariorum Spirensium tociens quociens fecerit dabit magistro antedicto. Item concedimus et volumus quod .. uxores legittime monetariorum premortuorum[q], quam diu ad alias non convolaverint nupcias, eisdem predictis nostris et aliis monetariorum gaudeant et gaudere debeant privilegiis, iuribus et conswetudinibus eorum antiquis.

libere et sine contradictione qualibet uti ac etiam potiri paciamini. Ipsum cum servicia seu obsequia nobis et[h] imperio debita eisdem imponere voluerit ac ab eis exigere, prout potest ex concessione nostra predicta, directe nec indirecte sub pena predicta[i] impedientes nullo modo, inmo pocius ad predicta[k] plene consequendum eidem prestetis consilium, auxilium et favorem.

Datum in Monaco, feria quinta post diem Pasce, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

---

**731.** a) Myssinen. 2. b) *deest* 2. c) *in loco raso* 1. d) marchyonatibus 2. e) prescriptis *add.* 2. f) *sequ. del.* n̅r̅i̅ 1. g) marchionem 2. h) ac 2. i) pretacta 2. k) prescripta 2.

# 732—736. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.

## 1330. Apr. 18.—22.

### 732. *Litterae ad episcopum Argentinensem.* *Apr. 18.*

*Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115 II fol. 165' nr. 1937. Contulimus nos. — Ed. Hauviller 'Analecta Argentinensia' I, 184 nr. 212 ex* c. *Reg. ep. Constant. nr. 4219.*

Bertholdo episcopo Argentinensi.

Scripsit nobis venerabilis frater noster Rudolphus episcopus Constanciensis, quod ipse ac dil. fil. nobiles viri Albertus et Otto duces Austrie adversus Ludovicum de Bavaria hereticum et scismaticum suosque fautores et complices confederacionem fecerant validam[1], ne regnum Alamannie occupare valerent, quodque tecum frater ad tractandum vias et modos, quibus premissa possint utilius et melius perfici, debebant certis prefixis loco et termino convenire. Quocirca fraternitatem tuam attencius exhortamur, quatinus circa predicta sic una cum eisdem episcopo ac nobilibus adhibere studeas diligenciam operosam, quod proinde divinam et apostolice sedis graciam uberius merearis. Et ut de hiis que dil. fil. nobilis vir Henricus comes palatinus Reni dux Bavarie nobis scripsit noviter noticiam habeas pleniorem, ecce quod litterarum ipsius seriem tibi cedula interclusa[2] presentibus plenius indicabit.

Dat. Avinion(e), XIIII. Kal. Maii, anno quartodecimo.

### 733. *Litterae ad Ottonem ducem Austriae.* *Apr. 18.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115 II fol. 165 nr. 1935. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 454 nr. 1298 ex* c. *(decurtatum); Rieder 'Römische Quellen' p. 245 nr. 864 ex* c.

Ottoni duci Austrie.

1. Binas nobilitatis tue litteras benigne recepimus noviter nobis missas[3], per quarum alteram instanter et humiliter supplicabas, quod cum monasterium Sancti Galli Constancien. dioc. vacans ad presens fortissima castra et fortalicia habeat, ad que occupanda nonnulli vicini nobiles Ludovico de Bavaria heretico et scismatico noviter adherentes cum eiusdem Ludovici favore aspirant, et ex occupatione huiusmodi, si quod absit subsequeretur, tam venerabili fratri nostro Rudolpho episcopo Constanciensi quam aliis earum parcium nostris et ecclesie fidelibus et devotis scandalosa pericula provenirent, administrationem generalem eiusdem monasterii prefato episcopo, per quem iura ipsius deffensari ac castra et fortalicia predicta tueri commodius poterunt, committere dignaremur, cui quidem supplicationi duximus, sicut in nostris inde confectis plenius continetur litteris[4], annuendum. Alia vero littera continebat, qualiter litteris nostris, quas pridem per dil. fil. Ulricum de ordine Heremitarum sancti Augustini penitenciarium nostrum et . . commendatorem provincialem in Alsacia tibi destinavimus, receptis et intellectis[5] que continebantur in eis, tu prudenter attendens, quod negocio de quo agebatur in eis expediebat necessario, quod cum dil. fil. nobili viro Alberto duce Austrie ger-

1) *Supra nr. 643.* 2) *Deperdita est.* 3) *Servatae non sunt.* 4) *Cf. Preger l. c. p. 293 nr. 525; Reg. ep. Constant. nr. 4215; Rieder 'Röm. Quellen' p. 244 nr. 863.* 5) *Supra nr. 703.*

mano tuo, ut melius et utilius procederet, tractaretur, ad eum tuos celeres nuncios super hoc destinaras et ad conveniendum cum venerabilibus fratribus nostris Argentinensi et Constanciensi episcopis certum duxeras terminum statuendum, intendens que inter te ac dictum germanum necnon memoratos episcopos ordinata super predictis extiterint, nobis scripturis et nunciis celeriter nunciare.

2. Nos itaque contentis in tuis litteris intellectis tuam in hac parte prudenciam multipliciter in Domino commendantes, eam sicut alias rogamus et hortamur attente, quatinus devotionis tue dudum oblatam nobis et ecclesie sancte Dei constanciam conservando in eis persistere indefesso studio et animo intrepido non ommittas tibique a falsis suggestionibus aliquorum, qui tue forsan salutis et libertatis emuli eiusdem L(udovici) heretici et scismatici te libenter servituti adicerent, studeas sedule precavere necnon qualiter adherentibus sibi in Lombardie partibus successerit, de quibus quasi nullus remansit, qui vel interfectus non fuerit aut depressus et gravatus multipliciter, ad memoriam reducendo, ipsius fraudulosis promissionibus, qui nichil nisi de alieno valet promittere, cum suis exigentibus demeritis bonis omnibus et honoribus exigente iusticia sit privatus, obtures nichilominus aures tuas nec paciaris gravibus penis et sentenciis, quas adherentes eidem ipso facto noscuntur incurrere te involvi. Speramus equidem in eo qui solus magna facit et inscrutabilia[1], quod sic tibi assistet eius dextera, si sibi constanter adheseris in hac parte, quod non solum conatus eiusdem heretici et scismatici reprimentur adversi, sed ipsum sua increpabit adversio et in sua perversitate defficiet, cum impium in sua malicia[2] digna Dei censura subvertet, assistente tibi nichilominus ac aliis fidelibus in premissis matre tua ecclesia consiliis et auxiliis oportunis.

3. Ut autem de hiis, que dil. fil. nobilis vir Henricus comes palatinus Reni dux Bavarie noviter nobis scripsit, noticiam habeas pleniorem, ecce quod tenorem litterarum ipsius indicabit tibi cedula presentibus interclusa[3]. Ceterum de hiis, que inter te dictumque germanum tuum et episcopos memoratos ordinata[a] in hac parte fuerint, nos studeas quantocius commode poteris efficere, sicut te facturum per tuas predictas obtulisti litteras, certiores.

Dat. Avinion(e), XIIII. Kal. Maii, anno quartodecimo.

## 734. *Litterae ad episcopum Constantiensem.* *Apr. 18.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115 II fol. 165 nr. 1936. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 455 nr. 1299 ex* c. *(decurtatum); Rieder l. c. p. 246 nr. 865 ex* c.

*Reg. ep. Constant. nr. 4218.*

Rudolpho episcopo Constanciensi.

Fraternitatis tue litteras benigne recepimus inter cetera continentes, quod tu frater ac dil. fil. nobiles viri Albertus et Otto duces Austrie confederationem validam, per quam L(udovico) de Bavaria heretico et scismatico suisque complicibus et fautoribus [resistatur][a], ne regnum Alamannie occupare valeant, facere curavistis quodque super predictis intendis secundum exhortationem nostram prefatis ducibus adherere constanter, preterea quod tu et ipsi duces necnon venerabilis frater noster . . episcopus Argentinensis super tractandis et ordinandis viis et modis, quibus predicti L(udovici) suorumque complicum et sequacium dampnandis utilius obviari valeat conatibus, simul certis die et loco prefixis intendistis convenire. Nos itaque premissis diligencius intellectis

**733.** a) *sequ.* sunt *del. c.*

**734.** a) *excidit c.*

1) *Ioh. 5, 9.* 2) *Cf. Prov. 14, 32.* 3) *Deperdita est; sed cf. nr. 735.*

fidelem tuam diligentiam et circumspectionem providam multipliciter in Domino super hiis commendantes, eandem fraternitatem tuam attencius exhortamur, quatinus in inceptis constanter persistens circa ea que restant agenda operosam solicitudinem, ut votivum exitum sorciantur, adhibere procures, quod divinam ac nostram et apostolice sedis gratiam uberius assequaris. Ceterum administrationem monasterii Sancti Galli tue diocesis tibi committendam providimus, sicut in litteris nostris inde confectis plenius poteris intueri[1]. Super aliis autem que tue predicte littere continebant, cum tuam et aliorum quos tangit responsionem habuerimus, proponimus auctore Domino quod oportunum viderimus ordinare. Et ut de hiis que dil. fil. nobilis vir Henricus comes palatinus Reni dux Bavarie nobis scripsit noviter, noticiam habeas pleniorem, ecce quod litterarum ipsius seriem indicabit tibi cedula presentibus interclusa[2].

Dat. ut supra[3].

## 735. *Litterae ad Heinricum ducem Bawariae.* *Apr. 18.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115*$^{II}$ *fol. 164 nr. 1934. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 453 nr. 1297 ex* c. *(decurtatum).*

Henrico comiti palatino Reni duci Bavarie.

Litteras nobilitatis tue[2] hiis diebus recepimus, per quas ad tuam pervenisse noticiam asserebas, quod aliqui famam tuam lacerare sinceritatemque devocionis, quam ad nos et sanctam Romanam ecclesiam fidemque catholicam geris et gessisti hactenus, denigrare mendaciter moliendo nostris auribus instillare presumpserant teque super negociis, que impresentiarum emergunt ecclesie ac fidei predictarum statum tangencia, vacillare. Quare nobis instanter et humiliter supplicasti, ut te ab huiusmodi detractorum morsibus, qui ex tuorum laudabilium operum evidencia convincuntur, habere dignaremur secure ac firmiter excusatum. Sane fili cum varia super hiis asserantur a multis, quibus tamen hactenus fidem adhibere noluimus, te inisse federa[4] cum Ludovico de Bavaria de heresi et scismate condempnato, nobilitatem tuam rogamus attencius et in Domino exhortamur, quatinus devotionis tue dudum oblatam nobis et ecclesie sancte Dei constanciam ac repetitam sepius conservando in eisdem persistere indefesso studio et animo intrepido non ommittas tibique a falsis suggestionibus alienorum, qui tue forsan salutis et libertatis emuli eiusdem L(udovici) te libenter servituti adicerent, studeas sedule precavere necnon qualiter adherentibus sibi in Lombardie partibus successerit, de quibus quasi nullus remansit, qui vel interfectus non fuerit aut depressus et gravatus multipliciter, ad memoriam reducendo, ipsius fraudulosis promissionibus, qui nichil nisi de alieno valet promittere, cum suis exigentibus demeritis bonis omnibus et honoribus exigente iusticia sit privatus, obtures nichilominus aures tuas nec paciaris gravibus penis et sentenciis, quas adherentes eidem ipso facto noscuntur incurrere, te involvi. Speramus equidem in eo qui solus magna facit et inscrutabilia[5], quod sic tibi assistet eius dextera, si sibi constanter adheseris in hac parte, quod non solum conatus eiusdem heretici et scismatici reprimentur adversi, set ipsum sua increpabit adversio et in sua perversitate deficiet, cum impium in sua malicia[6] digna Dei censura subvertet, assistente tibi nichilominus et aliis fidelibus in premissis matre tua ecclesia consiliis et auxiliis oportunis.

Dat. Avinion(e), XIIII. Kal. Maii, anno XIIII.

1) *Cf. pag. 623 not. 4.* 2) *Cf. pag. 624 not. 3.* 3) *Scil. nr. 733.* 4) *Supra nr. 705.* 5) *Iob 5, 9.* 6) *Cf. Prov. 14, 32.*

## 736. *Litterae ad Rudolfum ducem Saxoniae.* *Apr. 22.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115 II fol. 166 nr. 1943. Contulimus nos. — Ed. G. Schmidt 'Päbstl. Urkunden' I, 245 nr. 408 ex* c.; *Riezler l. c. p. 456 nr. 1303 ex* c. *(decurtatum).*

*Cf. litteras alteras ad episcopum Argentinensem, itemque litteras ad episcopum Pataviensem eodem die datas apud Riezler l. c. p. 456 nr. 1305 et 1306.*

Rudolfo duci Saxonie.

Nobilitatis tue litteras benigne recepimus, sinceritatem devotionis et fidei, quas ad matrem tuam sanctam Romanam ecclesiam gessisti hactenus et constanter intendis gerere, delectabiliter recensentes. Quarum serie diligencius intellecta tuam inde providenciam multipliciter in Domino cum gratiarum actionibus commendantes, eandem nobilitatem tuam attencius deprecamur, quatinus in predictis, que te Deo acceptiorem efficient tibique divinam et apostolice sedis gratiam ampliabunt, stabiliter perseveres, ab adhesione illius hominis perfidi L(udovici) olim Bavarie ducis heretici et scismatici, per quam Dominum et eandem matrem tuam ecclesiam graviter offenderes teque gravibus spiritualibus et temporalibus penis et sentenciis subiceres, abstinendo. Et quia iura et bona imperii per eundem hereticum et scismaticum suosque complices nequiter, sicut tuam non latere credimus prudenciam, lacerantur, exhortationibus nostris adicimus, ut una cum aliis tuis coelectoribus ad eligendam in regem Roman(orum) personam ydoneam, per quam eiusdem imperii restaurari deperdita sperari possint probabiliter, te disponas. Ceterum illas de petitionibus tuis, quas secundum Deum potuimus, ad exauditionis gratiam duximus favorabiliter admittendas. De causis autem et rationibus, quare aliis petitionibus tuis non annuimus, dil. fil. Petrus de Ungula prior Tholosan(us) et Sancti Egidii Hospitalis sancti Iohannis Ier(osolimitani), tuam prudenciam plenius informabit.

Dat. ut supra[1].

---

## 737. ADVOCATI PROVINCIALIS CONVENTIO CUM CIVITATE OBEREHNHEIM.
## 1330. Apr. 19.

*Originale* (or.) *in tabulario civitatis Oberehnheim. Descripsimus nos. Sigillum desideratur loro membranaceo relicto. — In forma integra ineditum. Extractum v. apud Gyss 'Histoire de la ville de Obernai' I (1866) p. 113 not. 1 ex* or.

Wir Albreth Humbel von Leich(temberg) lantfoget in Eylsaz tůn kunt allen den dė disen breif sehent oder gehȯrent lesen, daz wir von dem gewalt, so wir han von unserm hern keyser Ludowig von Rome, getrȯstet han und trȯsten an disem brief dė erbern wisen lůte den meister, den rat und dė burger gemenlich von Ehenheim, eb sie wider unsern hern den keyser iht getan haben biz har und sich in kein wiz, ez sie mit gewerfe, sture oder mit andern sachen gesumet haut oder fůrgessen gegen im, daz daz allez sol ab sien und gentzlich von im furzigen. Dar zů han wir in gelobet bie den eyde den wir in taten, do sie unz an dez selben unsers hern dez keyserz stat huldeten und unz fůr einen lantfoget enpheingen, daz wir schaffen sȯllen und werben an unsern hern den keyser, daz er in bestedige mit sinem keyserlichen ingesigel hinnen untz us-
Iun. 2. gander Phingostwochen[a] dė zů nehest kumet an alle geverde alle ire reth, friheit,

737. a) *secunda* o *super* w *scripta or.*

1) *Scil.* Avinion(e), X. Kal. Maii, anno quartodecimo.

gûte gewonheit[b] und handfeste, dė sie hant von kůnigen oder von keyseren unser[c] vorvaren und alz sie biz har sient gesessen an alle geverde. Und ist och daz sie dar zû dė keiner hand ding oder sache vordernt, dė in und ire stette gût sient und erlich zû iren althen rethen zû bestetegunde und in ir althe briefe durch ir nothdurf ze setzende, do geloben wir sie zû zû fürderund gegen unsern hern dem keyser, so wir beste mögen, daz er in dė gnade tû, bie gûten trůwen an alle geverde. Und dez zû eim waren urkůnde geben wir in disen breif mit unser ingesigel besigelt.

Der wart geben do man zalt von Cristez[d] geburt drůzehenhundert jar driszig jar, an dem Dunrestage nach Quasi modo geniti.

---

## 738. ABSOLUTIO PRESBYTERI ROMANI CUM LUDEWICO SOCIATI.

### 1330. Apr. 21.

*Instrumentum notarii* (or.) *in tabulario Vaticano 'Instrumenta miscellanea' caps. XVI nr. 9 signatum. — Ed. H. Otto loco supra ad nr. 62 citato XIV, 233 nr. 11 ex* or. *Editionem repetimus*[1].

*Cf. notas loco citato adiectas.*

In nomine Domini amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo [tricesimo][a], indictione XIII, die vicesimo primo mensis Aprilis, pont(ificatus) domini Iohannis pape XXII. anno XIIII, in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, in basilica Sancte Marie Maioris de Urbe in missarum sollempniis lecta epistola et cantato evangelio et premisso sermone et facta predicatione in vulgari a venerabili viro presbitero Francisco rectore ecclesie Sancti Leonardi de Blancis, universo populo utriusque sexus ibidem congregato, presbiter Martinus rector ecclesie Sanctorum Sergii et Bachi de Sebura ascendens in altum in loco, in quo dictus predicator fecerat sermonem suum, alta voce clamavit et dixit: 'Domini et domine mulieres scitote, quod ego presbiter fui unus de tredecim electis a clero Urbis pro pacifico statu cleri et ad liberandum clerum Urbis de manu heretici Marsilii dictum clerum imaniter affligentis, non tamen me immiscui electioni heresiarche Petri de Corbaria antipape. Verum est quod pro[pter] metu[m] michi et meis et in bonis meis illatum prevalente in Urbe tirannide dampnati

**737.** b) o *super* w *scripta or.* c) *ita or.* d) Cristꝫ *or.*
**738.** a) *excidit or.*

1) *Instrumentum nostrum praecedunt haec:* In nomine Domini amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo tricesimo, indict. XIII, die Sabbati quartodecimo mensis Aprilis, pontificatus domini Iohannis pape XXII. anno XIIII, in presentia mei notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum. Noverint universi presens publicum instrumentum inspecturi, quod presbiter Martinus rector ecclesie Sanctorum Sergii et Bachi de Sebura de curia Romana revertens applicuit Romam, mandatum sibi factum auctoritate apostolica a reverendis patribus domino Aniballo tituli Sancti [Laurentii][a] in Lucina [presbitero cardinali][a] et domino Gasberto Arelatensi archiepiscopo domini pape camerario ut obedientie filius intendens exequi reverenter, prout in absolutionis licteris ipsius presbiteri Martini plene dicitur contineri. Apr. 14.

Actum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem anno, die et indict. premissis. Presentibus discretis viris presbiteris Angelo rectore Sancti Adrianelli, Iohanne Processoli beneficiato Sancte Marie Maioris predicte, Cecco et Lello Matthei Padulis et Laur(entio) Nicolai Cerri testibus ad premissa vocatis et rogatis.

a) *uncis inclusa exciderunt or.*

Bavari violavi interdictum in Urbe positum per dictum dominum sanctissimum patrem dominum Iohannem papam XXII. et celebravi missarum sollempnia dicto tiranno dampnato Bavaro residente in Urbe et in processionibus honoravi propter metum michi illatum dictum heresiarcham Petrum de Corbaria apud ecclesiam Sanctorum Cosme et Damiani et apud ecclesiam Sancte Marie Rotunde de Urbe, de quibus excessibus sanctissimus pater et dominus noster dominus papa Iohannes XXII, cuius sit bona et longeva vita, me de speciali gratia absolvi mandavit. Et rogo te Dominicum Pirotti notarium, ut de premissis a me dictis et prolatis mihi facias publicum instrumentum.

Actum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem, presentibus venerabilibus viris Petro domini Laurentii et Iohanne Archionis canonicis Sancte Marie Maioris, Iohanne Pezzuti et Iohanne Processoli dicte basilice beneficiatis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

---

## 739. FORMA CONVENTIONIS PRAEVIAE INTER IMPERATOREM ET DUCES AUSTRIAE HABITAE.

### (1330. ante Apr. 23.)

*Copia* (c.) *in Libro altero cancellariae Ludewici, de quo v. supra ad nr. 676, p. 9 sq. nr. 24 Contulimus nos. — Imaginem phototypicam pag. 9 v. apud Chroust 'Monumenta palaeographica' fasc. II tab. 9.*

*Cf. Böhmer, Reg. Ludw. p. 72 nr. 1181.*

*Huic tempori vindicandam esse crediderim, cum horum tractatuum in Litteris imperatoris infra nr. 741 (pag. 631 lin. 34 sq.) mentio fieri videatur. Econtra in Litteris Ottonis ducis pontifici missis infra nr. 740 omnino negantur.*

*Cf. Kopp 'Gesch. der eidgenöss. Bünde' V, 2, 1 p. 40 not. 1—3.*

*Cf. infra ad a. 1330. Aug. 6.*

1. Wir Alb(recht) und Ott von Gots genaden herczogen ze Osterich und ze Steyr, herren ze Chrayen, auf der March und ze Portnawe verjehen offenlich mit disem brief und tůn chunt cet., daz wir mit verdachten můt und veraintem willen nach unserr vreunt und nach unsers rates rat mit unserm lieben herren und ôheim cheyser Lud(wigen) von Rom und er mit uns gæntzlich verichtet und vertaydingt sein umb alle aufleuffe, missehellung und chrieg, wie die geschehen sind seid der zeit und sich der chrieg angehebt hat untz auf disen hiutigen tag, daz ez ein lauttrew gantze sůn sein sol zwischen sein und uns und unser baider helfer und dyener, fursten, graven, vreyen, dyenstmannen, rittern und chnechten wie die genant sind, si sein pfaffen oder layen, also daz die selben sein helfer und dyener von des chriegs wegen chain entgeltnůzze haben sullen noch nemen an dheinen sachen. Und sullen auch alle gevangen die von des chriegs wegen gevangen sind ledich sein. Dez wir baidenthalben an einander beholfen sullen sein, daz es volfůrt werde und geschech, ob dez ieman wolt wider sein.

2. Auch sol er uns unsrew lehen leyhen Steyr, Osterr(ich), alle grafscheft und herscheft mit allem dem als si unser vordern an uns bracht habent, in welhen landen oder wo die gelegen sind, wie die genant sein, und uns unser pfantschaft bestetigen, die wir von chunigen und cheysern haben und die uns vor seiner wal versetzet wurden, noch uns an unserm aygen, erbe, legen und pfantschaft, daz unser vordern an uns bracht habent, nicht besweren noch besweren lazzen. Wer uns aber dar an besweren wolt, des sol er uns vor und beholfen sein.

3. Also sullen wir im auch ze geleicher weis hin wider tůn und besunderlich umb Gundolfingen. Weren aber wir dar an von im oder von seinen erben in den[a] beswært, daz sol ab sein. Wir sullen auch dem obgenanten unserm herren . . dem cheyser ledich lazzen, wider geben und einantwurten, waz wir dez rychs gůt von unserm brůder chunich Frid(richen) von Rom seligen inne haben.

4. Auch sullen wir im und dem reyche beholfen sein die weil er lebt wider allermenlich in Teutschen landen mit aller unsern maht und helfern und dyenern an allez geværde gen allen den die im oder dem reych wider wolten sein, als verr wir chunnen und mugen und als unserm ayde wol anstat, den wir im dar umb sweren sullen.

5. Wir sullen auch mit zwaynhundert helmen, ryttern und chnechten zway gantziu jar dienen[b] im uber die perge und wenne die uber daz gepirge choment, so sol er in danne iren solt geben als andern seinen dyenern und sol unser ainer selb uber die perg varen. Wær aber daz unser ainen der varen sol deuchte, daz ez uns nicht enfůgte selb ze varen, so sullen wir ainen hauptman an unser stat geben, der den dienst volfůr als vor geschriben stet.

6. Und sol auch unser vorgenanter herre cheyser Lud(wig) von Rom allez unrechts vor sein und uns auf ein recht versprechen, schermen, helfen und raten wider allermenlich.

7. Auch ist getaidingt, daz er die lantvogtey ze Elsazze oder Obern Swaben besetzen sol nach unserm rat als den landen crleich, nutzleich und vridleich ist und mit den læuten die vridlich sind. Wer aber daz ein lantvogt oder amptmann tet wider uns oder unser lant oder låut oder unser dyener, der sol uns daz pezzern und ablegen mit minne oder mit recht zehant dar nach in ainem maneyd. Ob er aber dez nicht entete, so sol der vorgenant unser herre der cheyser den vercheren und ainen andern geben an sein stat unverzogenlich aber nach unserm rat in aller der mazze als vor geschriben stat. Und daz sullen wir auch in aller der weis hin wider tůn mit unsern amptlåuten in den selben landen.

8. Ez sol auch unser obgenanter herre der cheyser in den sachen, die er mit unserm heyligen vater babst Johansen ze handeln hat, uns fůr alle ander herren und fursten gevolgig sein und uns gewalt geben auf ein richtigung, als verr er mag und im und den reyche erlich ist[1].

9. Auch sullen wir im gevolgig sein und gehorsam einer vreuntlichen richtigung und rechts, swaz wir ze schaffen gewunnen an aufleuffen, stôzzen oder missehellung mit dem chunig von Pehein oder den hertzogen von Beyren.

10. Ob auch zwischen dem egenanten unserm herren dem cheyser und unserm lieben herren und brůder chůnich Frid(erichen) von Rom seligen icht getaydingt ist, daz uns oder unsern erben an dheinen sachen ze schaden chômen môhte, oder er mit im, daz dem cheyser geschaden môhte, daz sol baydenthalb ab sein und chein chraft haben in chainen dingen.

11. Ez ist auch beret, waz unser dyener notdurftig[c] sind ze besorgen gen uns baydenthalb, daz sullen wir baidenthalb gen einander auztragen vreuntlich und lieplich. Wer aber daz wir dez vor unmůzze nicht getůn mochten, so sullen wir piderb laůt dar zů schaffen, die gewalt haben die sache paidenthalb ze verhoren und lieplich und vreuntlich[d] ze richten.

12. Dar zů sol auch unser vorgenanter herre cheyser Lud(wig) durch besunder gunst, die er zů uns hat, und auch umb die dienst, die wir im furbaz tůn sullen, uns alle die lehen leyhen, die dem reych ledig werdent oder ietzů ledich sind, es sein

**739.** a) *corr. ex* der *c.* b) *sequ.* v *c.* c) r *corr. ex* f *c.* d) li *corr. ex* h *c.*

1) *Cf. infra nr. 761—763.*

furstentum oder herscheft, und uns damit begnaden und fudern für alle ander fursten und herren, an die lant Brandenburch, Meyhsen und Duringen, die er mit namen auz nimt. Und sol auch an unsern rat nieman fudern mit aygen, legen und pfanden wie ez genant ist dez reychs gût ze Teutschen landen. Er sol uns auch beholfen sein gen allermenlich die weil wir leben an unserm erbe, aygen, legen und pfanden wie ez genant ist, wie ez doch an den andern hantvesten[1] als plos nicht geschriben stat, mit aller macht, ob des durfte wurde, ze Teutschen landen an allez geverde.

13. Wer aber auch daz uns iema[n] unserer helfer und dyener angreiffen wolt umb daz gût, daz wir im geheizzen oder geben haben in disem chrieg oder umb schaden oder umb verlust, den man dar umb auf uns zug, den sol der cheyser dar an wider uns nicht zû legen noch beholfen sein weder mit dem rechten noch mit andern sachen, an die wir gern richten wolten. Hieten wir aber ichts geschaffen mit seinen dyenern, herren oder fraw si weren, da sol er uns ein unverzogens recht von schaffen. Und wolt man des rechten uns vor sein, so sol er uns beholfen sein. Also sullen wir im ze geleicher weis hin wider tûn gen unsern herren und dyenern.

---

## 740. LITTERAE OTTONIS DUCIS AUSTRIAE PONTIFICI MISSAE. 1330. Apr. 23.

*Servantur nonnisi in Litteris pontificis infra ad a. 1330. Sept. 26 edendis, ubi vide. Cf. supra nr. 687 et infra nr. 763 et 797.*

Sanctissimo in Christo patri et domino suo gratioso glorioso domino I(ohanni) sacrosancte et universalis ecclesie summo pontifici Otto Dei gratia dux Austrie et Styrie cum filiali subiectione devota pedum oscula beatorum.

Pater sanctissime, audivi quod in Avinion(ensi) curia quorundam fabulosorum rumorum inutilis relatus ortum acceperit, quo emulorum meorum detractione venenosa aures paterne clementie in vestri honoris detrimentum non modicum propulsentur, videlicet quod cum Ludovico Bavaro quorumpiam blandimentorum conflatibus ad amicicie nexus me disposuerim quodammodo colligandum. Que si auribus paterne benignitatis aliquo modo suspiciosum pruritum parturiant, rogo eandem sanctitatem abiectis diffidentie huiusmodi scrupulis ipsa pro non dicto teneri, presertim cum sedi apostolice ac sancte Romane ecclesie tanquam obedientie filius, prout licet et expedit, continuo complacentie studio sicut hucusque parere desiderem in futurum, veluti spectabilis vir comes Hugo de Pûhekke exhibitor presentium perfectius vos poterit verbotenus informare.

Datum in Ensihshein, in die beati Georgii.

---

1) *Privilegium generale intelligi videtur; cf. infra nr. 835.*

# 741—748. IMPERATORIS LITTERAE PRO DIVERSIS ET SCRIPTA VARIA.

1330. Apr. 23.—29.

## 741—744. LITTERAE AD LOYSIUM DE GONZAGA ALIOSQUE.

1330. Apr. 23.—27.

### 741. 742. *Imperatoris litterae super expeditione Italica.* *Apr. 23.*

*Formae vicario Mantuano missae originale* 1 *in tabulario regio Mantuano. Contulimus nos. Sigilli secreti cerae rubeae ad claudendum dorso impressi vestigia adsunt. Est inscriptio:* Nobili viro Loysio de Gunzago vicario civitatis Mantue, nostro et imperii fideli dilecto. — *Ed. Böhmer 'Fontes' I, 260 nr. 12 ex* 1.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 277 nr. 2722 (Addit. I).*

*Formae civitati Cremonensi directae copia* 2 *in cod. hist. nr. 247 (Peutinger.) saec. XV. fol. 177' bibliothecae Stuttgardiensis. Contulimus nos. Variam lectionem mere orthographicam neglenimus. — Ineditum.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 359 nr. 3271 (Addit. III).*

741. *Litterae ad vicarium Mantuanum.* 742. *Litterae ad civitatem Cremonensem.*

1. 2.

Ludowicus[a] Dei gracia Romanorum imperator semper augustus

1. nobili viro Loysio de Gunzago vicario civitatis Mantue, suo et imperii fideli dilecto

2. prudentibus viris Guidoni de Camilla refendario ac vicario suo, sapientibus et communi civitatis Cremone, suis et imperii fidelibus dilectis

graciam suam et omne bonum.

Imperialis nostre celsitudinis debitum nos frequenter cura vigili ad hoc sollicitat et hortatur, quod tibi[b] et universis nostris fidelibus in Ytalia, que sponsa nostra dilecta fore[c] dinoscitur, per succursus nostros salubres et potentes Altissimo concedente preparemus tranquillitatis et pacis comodum et augmentum. Sciat igitur tua[d] fidelitas constans et devota, quod propter impedimenta ac eciam debilitatem principis et[c] affinis nostri karissimi illustris regis Boemie in termino hoc est in festo sancti Georii[e] nunc instantis, *Apr. 23.* quem tibi et aliis nostris fidelibus[f] pro reditu nostro statueramus, venire nequimus, prout in nostro conceptu habuimus et in[c] indubia ac firma intencione. Nunc vero omnia nostra negocia[g] in partibus Alemannie[h] sic disposuimus et cum omnibus nostris principibus . .[i] ducibus, . .[i] comitibus, . .[i, k] baronibus et specialiter cum illustribus ducibus Austrie consangwineis nostris amicabiliter et concorditer in unum convenimus concordia et amicicia procul dubio perpetuo duratura, quod pro certo et[i] inevitabiliter coassumptis nobis dictis nostris principibus[l] ac eorum[m] egregiis viris et viribus in festo sancti Iohannis baptiste *Iun. 24.* proxime[i] affuturo ad partes Lompardie[n] procedemus et ibi presencialiter erimus certissime constituti cum gencium nostrarum fortitudine valida et potenti. Pro speciali tamen consolacione tua[o] et aliorum nostrorum fidelium immediate unum de consangwineis nostris

**741. 742.** a) Ludovicus 2. b) vobis 2. c) *excidit* 2. d) vestra 2. e) Georgii 2. f) *loco* tibi — fidelibus 2: vobis. g) neg. nostra 2. h) Alamanie 2. i) *deest* 2. k) et *add.* 2. l) princ. nostr. 2. m) *loco* ac eorum 2: et. n) Lombardie 2. o) vestra 2.

palatinis comitibus Reni et[p] ducibus Bawarie[q] associatum sufficienti copia armatorum tibi ac nostris fidelibus[r] certissime transmittemus. Qui vos isto medio adventus nostri predicti contra rebellium et inimicorum inflaturas et insultus strennue tuebitur et deffendet. Et ideo fidelitatem tuam[s] sub fiducia singulari, quam de te[t] gerimus, requirimus et rogamus, quatinus te[u] more solito medio tempore constanter et fideliter per omnia teneas[v], custodiendo et manutenendo diligenter civitatem tuam[w], ne aliquid ante eventum[x] missionis[y] nostre predicte evenire valeat[z] in sinistro. Certus existens[a] quod nullum impedimentorum genus, cum amputata omnium discordiarum materia cuncta[b] nostra negocia sedata sint[c] penitus et planata, adventum et introitum nostrum usque ad terminum predictum differre poterunt[d], nisi quod[e] per certas provincias, quas dicti consangwinei nostri duces Austrie tenebant et occupabant, circuire necessario nos oportet et eas ad nostram obedienciam recipere ac sacro imperio ut tenemur integraliter agregare.

1.

Gratum multum habemus, quod factis nostris et imperii, prout Marsilius de Parma[1] nobis significavit, semper fideliter annuis et intendis.

Dat. Monaci[f], XXIII.[g] die mensis Aprilis, regni nostri anno[e] sextodecimo, imperii vero tercio.

## 743. *Michaelis de Caesena litterae ad Loysium de Gonzaga.* *Apr. 25.*

*Originale* (or.) *chartaceum in tabulario regio Mantuano. Sigilli dorso ad claudendum impressi lorique membranacei item adhibiti fragmenta adsunt. Est inscriptio*: Magnifico et potenti militi Loysio de Gonzaga, imperiali vicario civitatis Mantue. — *Ed. R. Salomon 'Neues Archiv' XXXVI, 482 ex* or. *Editionem repetimus.*

*Anno 1330. vindicandas esse crediderim, cum fere eadem tanguntur, quae in litteris nr. 742 et 744 relata sunt. Cf. etiam notam apud Salomon l. c. additam.*

Magnifico et potenti milliti domino Loysio de Gonzaga, imperiali vicario civitatis Mantue frater Michael ordinis fratrum Minorum generalis minister et servus honoris et gratie felica[a] incrementa.

Viso tenore litterarum vestrarum locutus fui statim cum domino imperatore secrete super intentione vestra, allegans illa que videbantur negotio oportuna. Qui dominus imperator, quantum cognosco et video, ad vos habet singularem affectum et de vestra constantia et fidellitate multum confidit, proponens affectum suum ad vos suo tempore operibus declarare. Et sicut dicit unus doctor: 'quedam non negantur, sed ut debito et congruo tempore fiant, differuntur'. Propter aliquas causas rationabilles plus me exprimere non decet. Volo etiam vos scire, quod Marsilius de Rubeis in commendationem vestri multa scripsit domino imperatori et ex diversis partibus testes fidedigni apparent bonitatis vestre, de quo gaudent multum amici vestri. Quorum unus ego sum paratus ad vestra vota et beneplacita pro posse. Rogo cum omni instantia, quod illum malefactorem, quem habetis in carcere, qui fratres nostros proditorie et temerarie cepit, cum omni dilligentia custodiri faciatis. Multa enim pericula fratribus inminerent, si

**741. 742.** p) ac 2. q) bawerie 2. r) *loco* tibi — fidelibus 2: vobis. s) vestram 2. t) vobis 2. u) vos *deest* 2. v) teneatis 2. w) vestram 2. x) adventum 2. y) manxionis 2. z) de *add.* 2. a) Certi existentes 2. b) *sigla pro* contra 2. c) *excidit* 2. d) poterant 1; non poterunt 2. e) *deest* 2. f) in Monaco 2. g) vigesimo tercio 2.

**743.** a) *sic or.*

1) *Cf. infra nr. 779.*

predictus reus carcerem evaderet. Facta domini imperatoris prosperantur mirabiliter in Allam(ania) et cito, ut firmiter spero, cum nobili potentia erit in Ytalia.

Valete semper in Domino.

Data Monachi, XXV. Aprill(is).

Nobilis vir Franciscus Scelmus ambassiator vester prudenter, fideliter et instanter procuravit per vos sibi comissa. Quem merito gratum et recomendatum habere debetis.

## 744. *Imperatoris aliae litterae ad eundem.* *Apr. 27.*

*Originale* (or.) *ibidem. Contulimus nos. Sigilli secreti cerae rubeae ad claudendum impressi vestigia adsunt. Est inscriptio:* Nobili viro Loysio de Gonzago nostro et imperii civitatis Mantue vicario fideli dilecto. — *Ed. Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 503 nr. 737 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 277 nr. 2723 (Addit. I).*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus . . nobili viro Loysio de Gonzago suo et imperii civitatis Mantue vicario fideli dilecto graciam suam et omne bonum.

Preter alia que tibi in quadam alia littera nostra scripsimus[1], scire te volumus, quod cito et in brevi personaliter ad partes Lombardie veniemus et tunc de facto vicariatus Cremone, pro quo petisti[2], una tecum deliberabimus et etiam disponemus, quod tua dilecta fidelitas poterit non inmerito contentari. Supra modum tibi regraciantes de fidelitate, quam erga nos et sacrum gesisti et geris imperium incessanter.

Datum in Monaco, vigesima septima die mensis Aprilis, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

## 745. 746. SCRIPTA AD CIVITATEM GELNHUSENSEM SPECTANTIA.
### 1330. Apr. 25.

## 745. *Remissio iuramenti fidelitatis.* *Apr. 25.*

*Originalia tria* 1—3 *in tabulario regio Marburgensi. Contulimus nos. Pendent sigilla autographi* 1 *parum laesum filis sericis rubei coloris,* 2 *illaesum,* 3 *fere illaesum loris membranaceis. — Ed. Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 2 p. 330 nr. 351 ex* 3.

1. 2.

Wir Ludowig von Gotes genaden Romischer[a] cheyser ze allen ziten merer des richs enbieten den weisen bescheiden læuten unsern lieben getriwen

1.

dem burgreven, den burgmannen, dem schultheizzen, dem burgermaister, dem rat und den burgern allen gemeinlichen

2.

. . dem burgreven und den burgmannen gemeinlich

ze Geilnhusen[b] unser hulde und alles gůt.

3.

Wir Ludowich von Gotes genaden Ro̊mischer cheyser ze allen ziten merer des riches enbiten den wisen bescheiden luten . . dem schultheissen, . . dem burgermeister, den scheffen, dem rat und den burgern allen gemeinlich ze Geylenhusen unser hulde und allez gůt.

**745.** a) Ro̊mischer 2. b) Geilenhusen *semper* 2.

1) *Supra nr. 742.* 2) *Cf. infra nr. 820.*

Als iuch wol fůrkomen ist, daz wir dem edeln man Ůlrichen von Hanowͤ[c] unserm lieben getriwen und sin erben umb den dienst, den[d] er uns und dem riche getan hat, und den schaden, den er bi uns genomen hat, versetzet haben iuch und unser burck und unser stat ze Geilnhusen in phantz wize, als die brief sagent die er von uns dar uber hat[1], gebieten wir iuch vesticlichen bi unsern hulden und wellen ŏch, daz ir im zehant und unverzogenlich huldent und swerent und im gehorsam sind in phandes wiz. Und dar umbe sagen wir iuch inrs eydes ledich ŏch in phandes wiz, als lange bis wir oder unser nahkomen an dem riche euch von im oder von sinen erben erlôsen umb als vil gůtz, als die brief sagent die er von uns hat. Dar nah wenne daz geschicht, wellen wir daz ir dem riche in alle wege wider gehorsam und undertenig seit als ir emalns wart[e], ê ir versetzet wurt von dem riche. Dez ze urchunde geben wir[f] disen brief

1. versigelt mit unserm cheyserlichen insigel.

2. besigelt mit unserm cheyserlichem insigel.

Der geben ist ze Můnichen[h], an sant Margx[k] tag, do man zalt von Christes geburt triutzehenhundert jar dar nah in dem dreizzigestim jar, in dem sehtzehenden jar unsers ryches und in dem dritten des cheysertůmes.

Als iuch wol furkomen ist, daz wir dem edeln manne Ůlrich von Hanowe unserm liben getrewen und sinen erben umb di dinste, di er uns und dem rich getan hat, und den schaden, den er bi uns genomen hat, versetz habn iuch und unser burg und unser stat ze Geilenhusen in pfhandes wise, als di brif sagent di er von uns daruber hat[1] besigelt mit unserm cheyserlichem insigel, gebiten wir iuch vestichlich bi unsern hulden und wellen ouch, daz ir im zehant und unverzogenlich ane alle irrunge und widered huldent und swerend und im gehorsam siend in phfandes wise. Und darumb sagen wir iuch iwer eides ledich ouch in phandes wise, als lange bis wir alder unser nachkomen an dem riche iuch von im alder von sinen erben erlôsen umb als vil gůtes, als di brif sagent di er von uns hat. Darnach wenn daz geschiht, wollen wir daz ir dem rich in alle wege wider gehorsam und undertenich siend als emals, ê ir versetz wurdent von dem riche. Des ze urkunde geben wir iuch disen brif besigelt mit unserm keyserlichem[g] insigel.

Der geben ist[i] ze Munichen, an sand Marcus tage, do man zalt von Christes geburt driuzehenhundert jar darnach in dem drizzigistem jar, in dem sehzehendem jar unser riches und in dem dritten des chey[se]rtůmes.

## 746. *Concessio ungelti.* *Apr. 25.*

*Originale* (or.) *ibidem. Sigillum, quod filis sericis pendebat, iam desideratur. — Ed. Reimer l. c. II, 2 p. 331 nr. 352 ex* or. *Editionem repetimus.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 69 nr. 1118.*

*Cf. Böhmer l. c. nr. 1117 (ed. Reimer l. c. II, 2 p. 332 nr. 353).*

Wir Ludowich von Gots gnaden Rômischer cheiser ze allen zeiten merer des reichs tůn chunt allen den di disen brief ansehent oder hôrent lesen, daz wir von besundern gnaden und gunst, di wir tragen unseru und dez reichs getrewen den purgern ze Geilnhusen, in erlaubt haben und erlauben, daz si einen ungelt machen und nemen in derselben stat Geilnhusen nach alter gewonheit. Den gelt wir in ewichlich vreilich

**745.** c) Hanowe 2. d) *loco* den dienst den 2: di dinste di. e) *loco* ir emalns wart 2: emals. f) euch *add.* 2. g) *prima* e *corr. ex* y *or.* h) Munichen 2. i) *supra lineam add. or.* k) Marcus 2.

1) *Supra nr. 714.*

gelazzen haben, also daz wir noch unser nachchomen an dem reiche si fůrbas an demselben ungelt nicht irren noch besweren sůllen, wan si domit di stat pezzern sůllen, als in notdurft ist und uns und dem reich erlich. Und wellen daz si nieman daran hinder oder beswaer bei unsern und des reichs hulden. Darůber ze urchůnde geben wir in disen brief mit unserm cheiserlichem insigel versigelten.

Der geben ist ze Můnchen, do man zalt von Christes geburde dreutzehenhundert jar darnach in dem dreizzigesten jar, an der Mitihen nach sant Georigen tack, in dem sechtzehendem jar unsers reichs und in dem dritten dez cheisertůms.

---

## 747. *Quitatio sturae.* *Apr. 26.*

*Originale* (or.) *in tabulario civitatis Augustanae. Iam olim contulit Jaffé. Pendet sigillum loro membranaceo. — Ed. 'Urkundenbuch der Stadt Augsburg' I, 257 nr. 293 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 69 nr. 1120.*

Wir Ludowig von Gots gnaden Romischer cheyser ze allen ziten merer des richs . . verjehen offenbar an disem brief, daz wir die wisen laeute die burgermaister, den rat und die burger gemainlichen der stat ze Auspurch ledig gesait haben und ouch sagen mit disem brief der gewônlichen stŵr die si uns und dem rich geben sůllen ein jar, wan si dieselben stiur den vesten man Peter von Hohenecke unsern lieben getrewen lantvogt verricht hant. Und daz jar sol an gen zehant nah der frigunge und nah den jaren, die si iedzu von uns gefriget sind und die brief sagent, die si von uns hant. Ze urchunde diss briefes.

Der geben ist ze Můnichen, des Dornstages nah sant Marcus tag, do man zalt von Christes geburt triutzehenhundert darnach in dem dreizzigestim jar, in dem sehzehenden jar unsers richs und in dem dritten dez cheysertůmes.

## 748. *Mandatum iteratum super precibus primariis.* *Apr. 29.*

*Originale deperditum. — Ed. Würdtwein 'Subsidia diplomatica' XII, 111. Editionem* (ed.) *repetimus in minutiis correctam.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 69 nr. 1121.*

*Cf. supra nr. 384 et infra ad a. 1334. Apr. 2.*

Ludovicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus honorabilibus viris preposito, decano et capitulo ecclesie Wimpinensis etc.

Ob id quod in nostrum contemptum et sacri Romani imperii iniuriam primarias preces nostras, quas pro Gerhardo de Eremberg clerico nostro nobis dilecto vobis porreximus cum effectu, exaudiri non curastis, nostre celsitudini non immerito displicetis. Pro firmo tenentes, quod nisi preces nostras moram et negligentiam vestram in hoc purgando celeriter admittatis, vos ad id compelli faciemus remediis opportunis et taliter contra vos procedi, quod pena docente cognoscetis, quam graviter contra nostram maiestatem [et] sacrum Romanum imperium excessi[s]tis.

Datum Monaci, dominica Iubilate, regni[a] nostri anno XVI, imperii vero III.

---

748. a) vero *add. ed.*

# 749. FOEDUS IOHANNIS REGIS BOHEMIAE CUM DUCIBUS AUSTRIAE.

## 1330. Mai. 9.

*Originale* (or.) *in tabulario caesareo Vindobonensi. Descripsimus ad imaginem photographicam a socio nostro H. Hirsch paratam. Sigillum fere illaesum pendet loro membranaceo. In plica manu omnino coaeva scriptum est:* Ein puntnusse zwischen kunig Johans von Pehein und (*sequ. eras.* seinen erben) hertzog Albr(echten) und hertzog Otten von Ôster(rich).

*Reg. Lichnowsky 'Gesch. des Hauses Habsburg' III p. CCCCIV nr. 808; Böhmer, Reg. Ludw. p. 194 Iohann nr. 128; Reg. ep. Const. nr. 4225.*

1. Wir Johans von Gotes genaden chunig ze Beheim und ze Polan und graf ze Lucemburch verjehen offenlichen und tůn chunt allen den die disen brief sehent, lesent oder horent lesen, daz wir durch liebe und freuntschaft und durch vrid und genade aller unserer lande und leut uns mit einer lautern friuntschaft gemachet und gebunden haben zu den hochgeborn fůrsten Albrechten und Otten hertzogen ze Osterich und ze Steyr und herren ze Chrayen, auf der March und ze Portnaw und sî sich her wider zů uns, dî weil wir leben ze baiden seiten, und auch unser iewederer chinde, daz die in der selben pûntnusse sullen sein, alle die weil wir ir veter leben, zu einer gantzen freuntschaft und einer freuntlichen helfnûsse wider allermenlich an die heiligen kirchen und daz riche und chunig Karel von Ungern, den wir also beschaidenlich aus genomen haben nach unsern briefen, als dî sagen die er von uns hat[1]. Wir nemen auch aus hertzog Heinrich von Bayren den eltern unsern ayden, mit sulcher bescheidenheit ob er mit den hertzogen von Osterich krîgen wůrde oder si mit im, môcht wir sî denne mit einander freuntlich nicht berichten, so sullen wir stille sitzen in dem krieg und einem auf den andern nicht beholfen sein. Wir nemen auch aus den edelen man graf Ulrich von Wirtemberch, also ob er mit den vorgenanten hertzogen von Osterrich oder si mit im wurden krîgen, so sullen wir macht haben uns anzenemen daz freuntlich ze verrichten umb[a] alle sache, die ietzů oder hernach zwischen in sind, und wie wir die selben sache verrichten, des sullent sî uns baidenthalben gevolgig sein.

2. Und ze gelicher weis habent sî ausgenomen den erwirdigen fursten den bischof von Strazburch, also beschaidenlich ob wir mit im oder er mit uns kriegen wůrden, daz denne die selben hertzogen auch macht sullen haben die selben sache ze verrichten freuntlich und wie sî die sache verrichtent, des sullen wir beidenthalb gevolgig sein.

3. Wir sullen auch wider die egenanten hertzogen von Osterrich chaiser Ludwigen von Rom oder ob ein ander chunig oder chaiser ufgestůnde, er wer einwelich oder nicht, deheins kriges zulegen. Ez ist auch getaidingt, daz unser chainer sich verpinden fůrbaz gen niemand sol, ez nem ainer den andern aus mit namen und auch also daz ez diser pûntnusse an disen briefen nicht schade.

4. Wenne auch daz riche fůrbaz ledig wirt, wollen wir uns denne umb daz riche annemen und dar nach stellen, so sullen uns die selben hertzogen von Osterrich dar zů beholfen sin freuntlich und triwelichen und sullen wir sî da inne besorgen mit allen sachen, als sie des notdůrftig sint und daz sî ez dester baz erzûgen mûgen. Wer aber daz wir uns umb daz riche nicht annemen wolten und sî dar nach stellen wolten, so

749. a) um̄b *or.*

1) *Böhmer, Reg. Ludw. p. 256 Reichssachen nr. 208.*

sullen wir in dazů beholfen sein freuntlich und triwelich und sullen sî uns da inne besorgen auch mit allen sachen, als wir des notdurftig sein und daz wir ez dester baz erzůgen můgen.

5. Wer aber daz der vorgenant hertzog Albrecht oder hertzog Otte sein bruder, des Got nicht engebe, abgienge und stůrbe, so sol doch die selbe puntnusse stęt beleiben zwischen unser und ir einem der denne lebet und unsern beiden chinden in aller der mazze als vor geschriben stet. Wer auch daz sî beide abgiengen und nicht enwern, des Got nicht welle, so sullen wir irre chinde, land und leůt phleger sein mit gantzen triwen als unser selbers chinde, als lange untz die selben ire chinde zu iren tagen komen. Also sullen sî auch her wider, ob wir abgiengen, unserer chinde, land und leůt phleger sein mit den selben triwen als ir selbes chinde, auch als lang untz unser chinde zu iren jaren komen an geverde.

6. Und dar umb loben wir dise pûntnusse als vor geschriben stet ganz und stęte zu haben bei dem aide, den wir darumb gesworn haben zů den heiligen evangelien. Und geben dar uber disen brief versigelt mit unserm grozzen insigel daz dar an hanget zu einer gezugnůzze der warheit.

Der ist gegeben ze Landow, do man zalt von Cristes gepůrde dreutzehenhundert jar dar nach in dem drizzigistem jar, des nehsten Mitwochen nach dem Suntag wenne man singet Cantate Domino.

Und aller diser vorgeschriben puntnusse und sachen sind getzeůg die erwirdigen[b] fursten der bischof von Strazburch, der bischof von Costentz, der bischof von Spire und die edelen leůt und manne margraf Rudolf von Phortzheim, graf Ulrich von Wirtemberch, graf Ebhart von Nellemburch, graf Joffrid von Lining, graf Georg von Veldentz, Ruhgraf Gorge, Arnold von Blankenheim, Conrad von der Sleiden, Arnold von der Vels, Tym von Coltitz, Arnold von Pintting, Rudolf von Ohsenstein, Heinr(ich) von Rapoltstein, Rudolf von Arburch, Johans von Hallwilr und anderer erberger leůt genug, die daz getedingt haben und da bei sint gewesen.

---

# 750—754. IMPERATORES LITTERAE DIVERSAE.

## 1330. Mai. 10.—20.

### 750. *Mandatum super episcopatu Lubucensi.* *Mai. 10.*

*Originale in tabulario civitatis Francofurtensis ad Oderam. Contulit R. Salomon. Pendet sigillum secretum loro membranaceo.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 360 nr. 3276 (Addit. III).*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris consulibus et universis civibus civitatis in Franchenfůrde, suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

Ad serenitatis nostre auditum pervenit, quod episcopus Lubucensis parrochialem ecclesiam Sancte Marie civitatis vestre intendat erigere in ecclesiam kathedralem, suam ecclesiam Lubucensem ibidem transferendo. Cum igitur huiusmodi translacio in grande preiudicium sacri imperii et dilectissimi filii et principis nostri Lud(owici) marchionis Brandenburgensis, ad quem ius patronatus pertinet, redundare dinoscatur, vobis nomine nostro et ipsius filii nostri auctoritate imperiali districte precipiendo inhibemus, ne huius-

749. b) d *corr. ex* g *or.*

modi translacionem seu quamvis aliam disposicionem vel innovacionem quomodolibet fieri permittatis circa ecclesiam memoratam. Scientes si secus attemptatum fuerit, quod ex hoc gravem indignacionem nostram et predicti filii nostri utique incurretis. Et quod circa hoc factum fuerit, decernimus irritum et inane.

Datum in Werdea, feria quinta post Dominicam qua cantatur Cantate Domino, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

## 751. *Receptio in gratiam.* *Mai. 12.*

*Contulimus* 1 *originale tabularii civitatis Sletstadiensis; pendet sigillum laesum filis sericis rosei et violacei coloris; ed. Gény 'Oberrheinische Stadtrechte' III, 1 p. 24 nr. 18 ex* 1;

2 *editionem, quam ex autographo tabularii civitatis Colmariensis non iam reperto olim paravit Schöpflin 'Alsatia diplomatica' II, 141 nr. 843.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 70 nr. 1127 (ad 2).*

*Cf. confirmationes privilegiorum eodem die civitati Sletstadiensi (l. c. III, 1 p. 25 nr. 19), item civitati Colmariensi (originale in tabulario civitatis) in forma brevi concessas. Quae de confirmatione simili civitati Hagenowensi eodem die data notat Böhmer, Reg. Ludw. p. 320 nr. 2974 (Addit. II), erronea esse videntur; cf. infra nr. 784.*

Ludowicus[a] Dei gracia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris . . sculteto, . . magistris civium, consulibus ac[b] universis civibus civitatis sue in Sletzstat[c], suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

Quia rigor discipline nonnunquam destituitur, si sine misericordia teneatur, hinc est quod imperiali nostra benignitate, que subditos cum excesserint emendari pocius quam puniri desiderat, omnem culpam et reatum, quos commisisse videmini, ex eo quod nobis tanquam vero vestro domino racione imperii obedire et subesse ut debuistis hactenus recusastis, vobis pro nobis et nostris successoribus, vos ad nostram recipientes gratiam, ignoscimus et remittimus, omnem maculam et infamiam, quas ex hoc incurristis, tollimus et penitus abolemus. Imperiali auctoritate decernentes, ut id vobis a nullo omnino[d] hominum[e], cuiuscumque dignitatis, status vel condicionis existat, in posterum possit vel debeat obici vel oponi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre remissionis et abolucionis[f] paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem attemptare presumpserit, indignacionem nostram et penam quinquaginta librarum auri puri, quarum medietatem fisco nostro, reliquam vero iniuriam passis applicari volumus, se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo mayestatis[g] nostre iussimus communiri.

Dat. in Ulma, die Sabbati ante ascensionem Domini, anno Domini millesimo trecentesimo, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

## 752. *Confirmatio privilegiorum pro civitate Swinfurtensi.* *Mai. 14.*

*Originale* (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 408. Contulimus nos. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis caerulei, rubei, viridis coloris. — Ed. Stein 'Monumenta Suinfurtensia' p. 60 nr. 53 ex or.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 70 nr. 1129.*

751. a) Ludovicus 2. b) et 2. c) Columbaria 2. d) no *corr. ex* m 1. e) homini 2. f) absolucionis 2. g) maiest. 2.

*Cf. scripta imperatoris a. 1330. Mai. 26 data, itemque litteras consensus, quae ex copiis recentioribus notat Stein l. c. p. 62 nr. 54 a—e.*

*Cf. infra nr. 773.*

‖Lud‖owicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris . . magistris consulum, consulibus et universitati civitatis Swinfurthe, fidelibus suis et imperii dilectis gratiam suam et omne bonum.

Imperialis maiestatis nostre celsitudo peramplius sublimis sublimationis tytulo sublimari concernitur et extolli, dum benemeritis nostris et sacri imperii fidelibus, ipsos favoribus, gratiis, libertatibus et munificentiis singularibus favorabiliter prosequendo, meritorum suorum condigna remuneracionis premia ex solita maiestatis nostre clementia tribuimus et largimur, per quod quidem universos fideles ad sufferendos labores continuos pro imperialis sublimacionis dyademate eo ferventius et efficacius animamus. Veniens igitur ad nostre maiestatis clementiam spectabilis vir Bertoldus comes in Henninberch secretarius noster dilectus fidelis instantibus suis precibus nobis humiliter supplicavit, quatinus vobis iura et privilegia vestra suorum rogaminum vestrorumque meritorum nobis et sacro imperio factorum et faciendorum intuitu innovare, ratificare et confirmare ex imperatorie maiestatis nostre clementia dignaremur. Cuius quidem instantibus peticionibus meritisque vestris fidelibus inclinati singula et universa iura, privilegia, gratias, libertates, emunitates, laudabiles et bonas consuetudines a divis Romanorum imperatoribus et regibus predecessoribus nostris vobis concessa et concessas, que vel quas exnunc possidetis et hactenus libere possedistis et etiam quibus a retroactis temporibus usi fuistis, presentis scripti patrocinio perpetue valituro auctoritate nostra approbamus, ratificamus et in Dei nomine confirmamus. Specialiter tamen centam et iudicium quod vulgariter dicitur lantgerithe eo modo et condicione, quod officiatus vester ibidem, qui tunc pro tempore constitutus fuerit, in singulis causis sentencialiter iudicare possit et sine inpedimento eidem iudicio valeat libere presidere auctoritate imperatoria tamquam iudex legittimus atque verus. Statuentes etiam quod nullus ex vobis personalem residentiam in civitate predicta Swinfurthe faciens ad aliud extraneum iudicium in quacumque causa civili vel criminali cuiusvis iuris aut legis auctoritate presenti nostre gratie derogantibus, quorum in presentibus esset facienda necessario mentio specialis, quibus quoad presentem gratiam derogamus et esse volumus derogatum, trahi, vocari aut citari possit nec debeat nec coram ullo alio quam coram ipsius civitatis Swinfurthe predicte iudice queat et valeat conveniri. Cui tamen querulanti aut querulantibus habundantem et expeditam iusticiam secundum ipsius civitatis aliarumque nostrarum et sacri Romani imperii civitatum bonam et communem conswetudinem volumus et mandamus presentibus exhiberi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre ratificationis, approbationis et confirmationis graciam infringere vel ei ausu temerario quolibet contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, gravem indignacionem nostram et penam quinquaginta librarum auri puri, quarum medietatem fisco nostro, reliquam vero medietatem iniuriam passis applicari volumus, se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium presentes conscribi maiestatisque nostre sigillo iussimus conmuniri.

Datum Ulm(e), anno Domini millesimo trecentesimo trecesimo, regni nostri anno sedecimo, imperii vero tercio, proxima secunda feria ante ascensionem Domini.

## 753. *Salvus conductus ad parlamentum celebrandum.* *Mai. 17.*

*Transsumtum* (tr.) *a. 1330. Iun. 18 confectum*[1] *in tabulario Lubicensi. Contulit vir d. F. Bruns. Pendent sigilla duo loris membranaceis. — Ed. 'Codex diplom. Lubecensis' II, 472 nr. 519 ex* tr.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 360 nr. 3277 (Addit. III).*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus ad universorum noticiam volumus devenire, quod universis et singulis ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus ceterisque nobilibus ac personis inferioribus imperii fidelibus plenam fidanciam, securitatem et conductum in personis et rebus pro nobis ac nostris fidelibus, servitoribus et adherentibus universis damus et concedimus per presentes ad nos veniendi, standi, morandi et redeundi ad parlamentum in Ysenach, quod personaliter habere intendimus
Iul. 8. proxima Dominica post octavam beati Iohannis baptiste nunc sequentem. Harum testimonio litterarum.

Datum in Ulma, in die Ascensionis, anno Domini MCCCXXX, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

## 754. *Concessio nundinarum pro civitate Spirensi.* *Mai. 20.*

*Originale* 1 *in tabulario civitatis Spirensis; contulimus nos; pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei coloris; ed. Hilgard 'Urkunden' p. 317 nr. 388 ex* 1;

*Copia* 2 *in Registro cancellariae imperialis, de quo v. supra ad nr. 676, pag. 2 nr. 6; contulimus nos.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 70 nr. 1131.*

*Cf. privilegium pro civitate Wormatiensi infra nr. 765; privilegium in forma Germanica civitati Frankenfurtensi a. 1330. Apr. 25 concessum v. apud Böhmer-Lau II, 291 nr. 386.*

1) *Verba transsumti in adnotatione ponere liceat:*

In nomine Domini amen.

Iun. 18. Anno nativitatis eiusdem MCCCXXX, XIIII. Kal. mensis Iulii michi infrascripto notario in presencia testium subscriptorum oblate fuerunt ex parte honorabilium virorum dominorum consulum civitatis Lubicensis quedam patentes littere sub sigillo cereo rotundo et dependente confecte, in quo quidem sigillo sculpta fuit ymago sedens in solio imperiali, habens in capite dyadema, tenens in manu dextra ceptrum et in sinistra manu pomum rotundum cum cruce, et ab utraque parte solii sive sedis ymago aquile et subtus pedibus quasi ymagines duorum leonum insculpte fuerunt. Cuius quidem sigilli circumferencia continebat hec verba: 'Ludovicus quartus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus.' A tergo vero dicti sigilli cerei impressum fuit quasi sigillum minus et rotundum, in quo sculpta fuit aquila cum alis extentis, habens rostrum retrocurvatum ad alam dextram, et in circumferencia ipsius aquile sculpta fuerunt hec verba: 'Iuste iudicate filii hominum.' Quarum litterarum tenor de verbo ad verbum per omnia talis erat:

'Ludowicus Dei gracia — imperii vero tercio.' *supra nr. 753.*

(S. N.) Et ego Hermannus dictus Kracht clericus Lubicensis publicus auctoritate imperiali notarius prefatas litteras sub debiti mei officii iuramento non minuens neque augens fideliter de verbo ad verbum manu propria transcripsi, copiavi et exemplum publicavi et ad instancias dictorum dominorum consulum civitatis Lubicensis in hanc formam publicam redegi meoque signo consueto signavi ac nomine meo roboravi rogatus in testimonium veritatis. Presentibus viris strennuis et honestis Ottone de Bochwolde et Emekino dicto Haken militibus Lubicen. dyoc. testibus fidedignis ad hec vocatis specialiter et rogatis.

In huius vero transcripcionis evidenciam pleniorem et ad maioris roboris firmitatem sigilla iam dictorum militum huic instrumento publico sunt appensa.

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus[a].

Ad hoc in oportunis locis generales nundine sunt invente, ut conmunis utilitas, quam longe lateque humana procurat industria, conmuniter alternis conmerciis procuretur. Hinc est quod nos vestigiis dive memorie Friderici[b] imperatoris predecessoris nostri, qui id ipsum statuit[1], inherentes et subditorum conmoditatibus providentes nichilominus generales curas hominum et labores benigno prospicientes intuitu, civitatem Spirensem pro mutuis conmodis exercendis utilem et acceptam ad celebrandas annuatim universales nundinas, quas in die nativitatis beate Marie virginis inchoari et usque in diem (Sept. 8.) beati Michahelis proxime sequentem inclusive perdurare volumus, duximus deputandam, (Sept. 29.) statuentes ut ibidem sub securitate nostra et imperii tam vicini quam remoti conveniant cum mercimoniis suis conmunia sicut moris est conmoda faciendo[c]. Quare mandamus, precipimus et hortamur universos et singulos, quos gerendarum usus utilitatum et conmoda rerum ubique[d] sollicitant, quatinus statutis loco et tempore sub nostro et imperii securo ducatu cum rebus, mercimoniis et ceteris oportunitatibus, que consweverunt ad invicem ad conmune conmodum procurari, hylariter et prompte conveniant pro prefixis nundinis exercendis. Presentis[e] scripti sanccientes edicto, ut omnibus ad eas venientibus, morantibus et abinde redituris secura tranquillitas et tranquilla securitas prebeatur et quod in personis et rebus undique serventur indempnes et nullus audeat eos offendere vel occasione qualibet aliquod ipsis inpedimentum inferre[f], donec ad pretaxatum locum veniant et sub eiusdem nostra et imperii securitatis indulgencia salubriter ad propria revertantur. Scientes quod quicumque mandati nostri temerarius existeret violator, indignacioni nostre et imperii ac ulcioni debite subiacebit, hiis qui pacem et indempnitatem servabunt nostri favoris graciam obtenturis. Ad cuius rei futuram[g] memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et maiestatis nostre sigillo iussimus conmuniri[g].

Dat. Spire, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo[h], XIII. Kalen. Iunii, indictione XIII, regni nostri anno sextodecimo[i], imperii vero tercio[k].

---

## 755. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE CIVITATIBUS ET NOBILIBUS GERMANIAE MISSAE.

### 1330. Mai. 23.

*Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115 II fol. 168' nr. 1953. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 462 nr. 1325 ex* c.; *Hauviller 'Analecta Argentinensia' I, 187 nr. 216 ex* c.

*Reg. ep. Constant. nr. 4226. 4227.*

Consulibus, magistris civium, consilio et communi civitatis Maguntin(e).

Claret in conspectu Dei et sedis apostolice sinceritas vestre devotionis et fidei, quas ad sanctam Romanam matrem vestram ecclesiam tanquam filii benedictionis et gratie gessistis hactenus et gerere continue non cessatis. Nos itaque delectabiliter recensentes easdem et cum gratiarum actionibus uberibus multipliciter in Domino commendantes, vestram providentiam attentius in Domino exhortamur, quatinus in fide et devotione huiusmodi, que vos Deo ac nobis acceptiores efficiunt merito vobisque ven-

**754.** a) *protocollon in* 2: Lud. et cet. b) Frid. 2. c) facienda 1. 2. d) ibique 2. e) presenti 2. f) offerre 2. g) *loco* futuram — conmuniri 2: cet. h) MCCCXXX. 2. i) *loco* nostri — sextodecimo 2: cet. k) *loco* vero tercio 2: cet.

1) *Reg. imp. V, 3488.*

# 757—760. LUDEWICI PRIVILEGIA PRO CIVITATE OPPENHEIMENSI.

## 1330. Mai. 23. — 29.

### 757. *Privilegium generale civibus et castrensibus concessum.* *Mai. 23.*

*Originale in tabulario Darmstadiensi. Descripsimus nos. Sigilli fragmentum pendet filis sericis flavi, rubei, viridis coloris.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 360 nr. 3278 (Addit. III).*

*Cf. infra nr. 760.*

Ludowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus strennuis et prudentibus viris . . magistro civium, . . sculteto, . . consulibus ceterisque castrensibus, militaribus et civibus universis oppidi sui in Oppenheim, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ob specialem favorem quem vobis gerimus universa et singula privilegia, iura, concessiones et gratias, quas a nobis ac aliis divis Romanorum principibus predecessoribus nostris hactenus habuistis vel possedistis vel in presenciarum habetis vel possidetis aut quibus usi fuistis, presentis scripti patrocinio perpetuo valitura confirmamus, approbamus, ratificamus ac etiam de novo concedimus et innovamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmacionis paginam infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem nostram se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus conmuniri.

Dat. Spyre, feria quarta ante diem sanctum Pentecost(es), anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

### 758. 759. *Privilegium speciale civitati concessum.* *Mai. 26. 29.*

*Formae minoris die 26. m. Mai. datae autographon* A *valde corrosum ibidem; contulimus nos; pendet sigilli fragmentum filis sericis flavi, rubei, viridis coloris; scriptum esse videtur eadem manu ac supra nr. 724; cf. W. Franck loco supra ad nr. 644 citato p. 295 not. *;*

*formae maioris die 29. m. Mai. datae copia* B *in Copiario castri Oppenheimensis saec. XIV.—XV. eiusdem tabularii; iussu praefecti collata est; ed. Franck l. c. p. 292 nr. 70 ex* B.

*Böhmer, Reg. Ludw. deest.*

*Ad capita 1. 2. 4 (5) cf. supra nr. 724.*

758. *Forma minor.* *Mai. 26.*

*A.*

[Lu]dowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris . . consulibus ceteris[que civibus universis oppidi nostri in Op]penheim[a], suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

759. *Forma maior.* *Mai. 29.*

*B.*

Ludowicus quartus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus . . prudentibus viris, consiliariis ceterisque civibus universis opidi nostri in Oppenheym, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

758. a) *uncis inclusa ex B suppleta sunt.*

1. Eam decet nostram imperialem clemenciam benivolencie pietatem ostende[re copiose hiis,] qui nostre celsitudini suis minime deferentes corporibus atque rebus pro viribus obsequntur, ut alii ipsorum allecti beneficiis ac honoribus, quibus [per nostram impe]riale[m] extolluntur clemenciam, eorundem incitati nobis ad beneplacita fervencius animentur ac etiam prompcius provocentur ad benegrata. Attendentes itaque grata et devota servicia nobis ac Romano imperio per vos vestrosque predecessores multis iam retro temporibus fidelitate non modica constanter exhibita nostro favore vos dignos agnoscimus et speciali vos censemus beneficiorum munere attollendos. Quam ob rem imperiali clemencia specialem vobis gratiam facientes, ut vos vestrique successores et posteri in oppido prenotato annis singulis ducentas marcas, tribus Hallen(sibus) pro denario Coloniensi conputandis, nobis aut nostris in Romano regno vel imperio successoribus aut cuiquam nostro vel ipsorum nomine in festo beati Martini tantum dare teneamini nomine stiure seu collecte consuete[b] et non ultra, tenore presentium vobis concedimus ac etiam liberaliter indulgemus.

2. Amplius nostre vobis magnificencie dexteram uberius aperiri cupientes concedimus, ut ungeltum oppidi vestri predicti, de quibuscunque rebus collectum aut receptum fuerit, in vestros vestro[rumque] successorum et posterorum in dicto oppido et ipsius oppidi communes usus perpetuo possitis convertere et expendere, sicuti vobis utilius videbitur expedire, quod exnunc vobis vestrisque successori[bus et] posteris pro nobis ac nostris successoribus plene remittimus, donamus et concedimus per presentes.

3. Ad hec uberiori vos prerogativa gratie prosequi intendentes, hoc divali [scripto statuimus, or]dinamus et decernimus per presentes, quod nullus deinceps vos vestrosque successores ac posteros pro quocunque debito, contracto per nos aut alium

1. Eam decet nostram imperialem clemenciam benevolencie pietatem ostendere copiose hiis, qui nostre celsitudini suis mynime deferentes corporibus atque rebus pro viribus obsequuntur, ut alii ipsorum alecti beneficiis ac honoribus, quibus per nostram[a] imperialem extolluntur clemenciam, eorundem incitati nobis ad beneplacita fervencius animentur ac etiam promcius provocentur ad benegrata. Attendentes itaque grata et devota servicia nobis ac Romano imperio per vos vestrosque predecessores multis iam retro temporibus fidelitate non modica constanter exhibita nostro favore vos dignos angnoscimus et speciali vos censemus beneficiorum munere attollendos. Quam ob rem imperiali clemencia specialem vobis graciam facientes, ut vos vestrique successores et posteri in opido prenotato annis singulis ducentas marcas, tribus Hallen(sibus) pro denario Coloniensi computandis, nobis aut nostris in Romano regno vel imperio successoribus aut cuiquam nostro vel ipsorum nomine in festo beati Martini tantum dare teneamini Nov. 11. nomine sture seu collecte consuete et non ultra, tenore presencium vobis concedimus et eciam liberaliter indulgemus.

2. Amplius nostre vobis magnificencie dexteram uberius aperiri cupientes concedimus, ut ungeltum opidi predicti, de quibuscumque rebus collectum aut receptum fuerit, in vestros vestrorumque successorum et posteriorum in dicto opido et ipsius opidi communes usus perpetuo possitis convertere et expendere, sicuti vobis utilius videbitur expedire, quod exnunc vobis vestrisque successoribus et posteris pro nobis ac nostris successoribus plene remitimus, donamus et concedimus per presentes.

3. Ad hec uberiori vos prerogativa gracie prosequi intendentes, hoc divali scripto statuimus, ordinamus et decernimus per presentes, quod nullus deinceps vos vestrosque successores ac posteros pro quocunque debito, contracto per nos aut alium quem-

758. b) nomine — consuete *mutato ductu, stilo latiori in loco raso scripta A.*

759. a) graciam *B.*

# 757—760. LUDEWICI PRIVILEGIA PRO CIVITATE OPPENHEIMENSI.

## 1330. Mai. 23.—29.

### 757. *Privilegium generale civibus et castrensibus concessum.* *Mai. 23.*

*Originale in tabulario Darmstadiensi. Descripsimus nos. Sigilli fragmentum pendet filis sericis flavi, rubei, viridis coloris.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 360 nr. 3278 (Addit. III).*

*Cf. infra nr. 760.*

Ludowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus strennuis et prudentibus viris . . magistro civium, . . sculteto, . . consulibus ceterisque castrensibus, militaribus et civibus universis oppidi sui in Oppenheim, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

Ob specialem favorem quem vobis gerimus universa et singula privilegia, iura, concessiones et gratias, quas a nobis ac aliis divis Romanorum principibus predecessoribus nostris hactenus habuistis vel possedistis vel in presenciarum habetis vel possidetis aut quibus usi fuistis, presentis scripti patrocinio perpetuo valitura confirmamus, approbamus, ratificamus ac etiam de novo concedimus et innovamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre confirmacionis paginam infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem nostram se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus conmuniri.

Dat. Spyre, feria quarta ante diem sanctum Pentecost(es), anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

### 758. 759. *Privilegium speciale civitati concessum.* *Mai. 26. 29.*

*Formae minoris die 26. m. Mai. datae autographon* A *valde corrosum ibidem; contulimus nos; pendet sigilli fragmentum filis sericis flavi, rubei, viridis coloris; scriptum esse videtur eadem manu ac supra nr. 724; cf. W. Franck loco supra ad nr. 644 citato p. 295 not. *;*

*formae maioris die 29. m. Mai. datae copia* B *in Copiario castri Oppenheimensis saec. XIV.—XV. eiusdem tabularii; iussu praefecti collata est; ed. Franck l. c. p. 292 nr. 70 ex* B.

*Böhmer, Reg. Ludw. deest.*

*Ad capita 1. 2. 4 (5) cf. supra nr. 724.*

758. *Forma minor.* *Mai. 26.*

*A.*

⁞Lu⁞dowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris . . consulibus ceteris[que civibus universis oppidi nostri in Op]penheim[a], suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

759. *Forma maior.* *Mai. 29.*

*B.*

Ludowicus quartus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus . . prudentibus viris, consiliariis ceterisque civibus universis opidi nostri in Oppenheym, suis et imperii fidelibus dilectis gratiam suam et omne bonum.

758. a) *uncis inclusa ex B suppleta sunt.*

1. Eam decet nostram imperialem clemenciam benivolencie pietatem ostende[re copiose hiis,] qui nostre celsitudini suis minime deferentes corporibus atque rebus pro viribus obsequntur, ut alii ipsorum allecti beneficiis ac honoribus, quibus [per nostram impe]riale[m] extolluntur clemenciam, eorundem incitati nobis ad beneplacita fervencius animentur ac etiam prompcius provocentur ad benegrata. Attendentes itaque grata et devota servicia nobis ac Romano imperio per vos vestrosque predecessores multis iam retro temporibus fidelitate non modica constanter exhibita nostro favore vos dignos agnoscimus et speciali vos censemus beneficiorum munere attollendos. Quam ob rem imperiali clemencia specialem vobis gratiam facientes, ut vos vestrique successores et posteri in oppido prenotato annis singulis ducentas marcas, tribus Hallen(sibus) pro denario Coloniensi conputandis, nobis aut nostris in Romano regno vel imperio successoribus aut cuiquam nostro vel ipsorum nomine in festo beati Martini tantum dare teneamini nomine stiure seu collecte consuete[b] et non ultra, tenore presentium vobis concedimus ac etiam liberaliter indulgemus.

2. Amplius nostre vobis magnificencie dexteram uberius aperiri cupientes concedimus, ut ungeltum oppidi vestri predicti, de quibuscunque rebus collectum aut receptum fuerit, in vestros vestro[rumque] successorum et posterorum in dicto oppido et ipsius oppidi communes usus perpetuo possitis convertere et expendere, sicuti vobis utilius videbitur expedire, quod exnunc vobis vestrisque successori[bus et] posteris pro nobis ac nostris successoribus plene remittimus, donamus et concedimus per presentes.

3. Ad hec uberiori vos prerogativa gratie prosequi intendentes, hoc divali [scripto statuimus, or]dinamus et decernimus per presentes, quod nullus deinceps vos vestrosque successores ac posteros pro quocunque debito, contracto per nos aut alium

1. Eam decet nostram imperialem clemenciam benevolencie pietatem ostendere copiose hiis, qui nostre celsitudini suis mynime deferentes corporibus atque rebus pro viribus obsequuntur, ut alii ipsorum alecti beneficiis ac honoribus, quibus per nostram[a] imperialem extolluntur clementiam, eorundem incitati nobis ad beneplacita fervencius animentur ac etiam promcius provocentur ad benegrata. Attendentes itaque grata et devota servicia nobis ac Romano imperio per vos vestrosque predecessores multis iam retro temporibus fidelitate non modica constanter exhibita nostro favore vos dignos angnoscimus et speciali vos censemus beneficiorum munere attollendos. Quam ob rem imperiali clemencia specialem vobis graciam facientes, ut vos vestrique successores et posteri in opido prenotato annis singulis ducentas marcas, tribus Hallen(sibus) pro denario Coloniensi computandis, nobis aut nostris in Romano regno vel imperio successoribus aut cuiquam nostro vel ipsorum nomine in festo beati Martini tantum dare teneamini Nov. 11.
nomine sture seu collecte consuete et non ultra, tenore presencium vobis concedimus et eciam liberaliter indulgemus.

2. Amplius nostre vobis magnificencie dexteram uberius aperiri cupientes concedimus, ut ungeltum opidi predicti, de quibuscumque rebus collectum aut receptum fuerit, in vestros vestrorumque successorum et posteriorum in dicto opido et ipsius opidi communes usus perpetuo possitis convertere et expendere, sicuti vobis utilius videbitur expedire, quod exnunc vobis vestrisque successoribus et posteris pro nobis ac nostris successoribus plene remitimus, donamus et concedimus per presentes.

3. Ad hec uberiori vos prerogativa gracie prosequi intendentes, hoc divali scripto statuimus, ordinamus et decernimus per presentes, quod nullus deinceps vos vestrosque successores ac posteros pro quocunque debito, contracto per nos aut alium quem-

**758.** b) nomine — consuete *mutato ductu, stilo latiori in loco raso scripta A.*

**759.** a) graciam *B.*

quemcunque R[omanorum regem vel imperatorem] predecessorem vel successorem nostrum aut nostro vel ipsorum nomine racione regni in rebus aut personis pignorare, capere, molestare, arrestare aut perturbare a[udeat quoquomodo.] Si qu[is] autem contrarium fecerit, nostram et imperii indignacionem gravem ipsum incurrere decernimus ipso facto.

4. Sane quoniam ampliarum liberalitatum favoribus illos nostram per clemenciam convenit circump[lec]ti grateque benignitatis affectibus grato participio decorari, qui claritatem fidei et debite devocionis constanciam strennuitate operum multipliciter probaverunt, vobis, quorum promocionem u[berem] piis gestamus in votis, vobis[c] vestrisque successoribus et posteris universa ac singula privilegia, iura, concessiones et gratias, emunitates[d], libertates et laudabiles consuetudines, quas a nobis ac aliis divis Romanorum principibus predecessoribus nostris actenus habuistis vel possedistis vel in presenciarum habetis vel possidetis aut quibus usi fuistis, presentis scripti patrocinio perpetuo valituro confirmamus, approbamus, ratificamus ac etiam de novo concedimus et innovamus. Universis et singulis regibus, ducibus, marchyonibus, comitibus, baronibus ceterisque officiatis et aliis personis inferioribus quibuscunque, cuiuscunque status existant, districcius inhibentes gratie et favoris nostri sub ob-

cunque Romanorum regem vel imperatorem predecessorem vel successorem nostrum aut nostro vel ipsorum[b] nomine racione[c] regni in rebus aut personis pignorare, capere, molestare, arrestare vel perturbare audeat quoquomodo. Si quis autem contrarium fecerit, nostram et imperii indignacionem gravem ipsum incurrere decernimus ipso facto.

4. Ceterum quoniam[d] nostram decet clemenciam benemeritos, ut dignis digna respondeant, dignis favoribus prevenire, statuimus[e] eciam ac nostra presenti pagina ordinamus, quod cives opidi vestri predicti, qui nunc sunt aut pro tempore fuerint, una cum militaribus et castrensibus dicti opidi, cum et quomodo consilium dicti opidi mutandum fuerit et novi consiliarii assumendi, consilium statuant et ordinent novosque consiliarios ad dictum consilium una cum ipsis eligant aut assumant, militarium seu castrensium predictorum contradictione qualibet non obstante.

5. Sane quoniam ampliarum liberalitatum favoribus illos nostram per clementiam convenit circumplecti grateque benignitatis affectibus grato participio decorari, qui claritatem fidei et debite devocionis constanciam locis et temporibus oportunis strenuitate operum multipliciter probaverunt, vobis, quorum promocionem uberem piis gestamus in votis, vobis[f] vestrisque successoribus et posteris universa ac singula privilegia, iura, concessiones et gracias, emunitates, libertates et laudabiles consuetudines, quas a nobis ac aliis divis Romanorum principibus predecessoribus nostris hactenus habuistis vel possedistis vel in presenciarum habetis vel possidetis aut quibus usi fuistis, presentis scripti patrocinio perpetuo valituro confirmamus, approbamus, ratificamus ac eciam de novo concedimus et innovamus. Universis et singulis regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus ceterisque officiatis et aliis personis inferioribus quibuscunque, cuiuscunque status existant, districcius in-

758. c) *ita A.* d) 9mūītates *A.*

759. b) imperii *B.* c) Romani? *B.* d) que? *B.* e) *sequ.* ut *B.* f) *ita B.*

stentu, ne vos vestrosque successores ac posteros contra predictas nostras gratias [aliquomodo moles]tent, impediant aut perturbent, immo vos pocius in eisdem manuteneant et defendant[1].

5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis, ordinacionis et confir[macionis] paginam infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem contravenire presumpserit, preter indignacionem nostram, quam ipsum incurrere volumus ipso facto, penam centum li[brarum auri] puri, quarum medietatem fisco id est nostre imperiali camere, reliquam vero iniuriam passis applicari volumus, se noverit incursurum.

In cuius rei testimonium p[resentes conscribi] et sigillo nostre maiestatis iussimus conmuniri.

Dat. in Wormacia, in vigilia Pentecost(es), anno Domini millesimo trecentesimo t[ricesimo, regni nostri] anno sextodecimo, imperii vero tercio.

hibentes gracie et favoris nostri sub obtentu, ne vos vestrosque successores et posteros contra predictas nostras gracias aliquomodo molestant, impediant aut perturbent, immo vos pocius in eisdem manuteneant et defendant, non obstantibus aliis quibuscunque[g] graciis [a][h] divis predecessoribus [nostris] Romanorum imperatoribus sive regibus vestro opido tam militibus quam civibus seu a nobis ipsis indultis vel concessis, quibus omnibus quoad premissa tenore presencium ex certa scientia derogamus.

6. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis, ordinacionis et confirmacionis paginam infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem contravenire presumpserit, preter indignacionem nostram, quam ipsum incurrere volumus ipso facto, penam centum librarum auri puri, quarum medietatem fisco id est nostre imperiali camere, reliquam vero iniuriam passis aplicari volumus, se noverit incursurum.

In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostra bulla aurea signoque consueto iussimus communiri.

Datum Spire, tercia feria post diem sanctum Pentecostes, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

Signum domini Ludowici quarti Dei gracia Romanorum imperatoris invictissimi.

## 760. *Privilegium generale in forma maiori datum.* *Mai. 29.*

*Cf. supra nr. 757 et 758. 759 cap. 4 (5).*

*Copia* (c.) *omnino coaeva in Musaeo Germanico Norimbergensi a. 1861. a iuvene docto Wormatiensi donata. Descripsimus nos. Sigilli cerae viridis dorso impressi vestigia apparent. Textum statim sequuntur haec verba:* Sigillata autem est hec presens copia nostre civitatis sigillo tergotenus applicato. — *Ineditum.*

*Böhmer Reg. Ludw. p. 278 nr. 2727 (Addit. II).*

Ludowicus quartus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris consulibus ceterisque civibus universis opidi nostri in Oppinheim, suis et imperii fidelibus dilectis, graciam suam et omne bonum.

**759.** g) cuiuscunque *add. B.* h) *excidit B.*

1) *Cf. infra nr. 760.*

Eam decet nostram imperialem clemenciam et cetera[1]. Unde ob favorem specialem, quem erga vos non inmerito gerimus[2], vobis vestrisque successoribus et posteris universa et singula privilegia, iura, concessiones et gracias, emunitates et libertates et laudabiles consuetudines, quas a nobis ac aliis divis Roman(is) principibus predecessoribus nostris hactenus habuistis vel possedistis vel in presenciarum habetis vel possidetis aut quibus usi fuistis, presentis scripti patrocinio perpetuo valituro confirmamus, approbamus, ratificamus ac eciam de novo concedimus et innovamus. Universis et singulis regibus, ducibus, marchionibus, comitibus, baronibus ceterisque .. officiatis ac aliis personis inferio[ri]bus quibuscunque, cuiuscunque status existant, districtius inhibentes gracie et favoris nostre sub obtentu, ne vos vestrosque successores ac posteros contra dictas gracias nostras concessas aliquo modo molestent, impediant aut perturbent, immo vos[a] pocius in eisdem manuteneant et defendant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre concessionis, ordinacionis et confirmacionis paginam infringere aut ei ausu temerario contraire. Si quis autem contravenire presumpserit, preter indignationem nostram, quam [ipsum][b] incurrere volumus ipso facto, penam centum librarum auri puri, quarum medietatem fisco id est nostre imperiali camere, reliquam vero iniuriam passis applicari volumus, se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostra bulla aurea signoque consueto iussimus communiri.

Dat. Spire, feria tercia post diem sanctum Penthecostes, anno Domini MCCC tricesimo, regni nostri sextodecimo, imperii vero tercio.

---

# 761—763. TRACTATUS SUPER RECONCILIATIONE IMPERATORIS CUM PONTIFICE HABITI.

## 1330. Mai. 24.—26.

### 761. *Facultas imperatoris principibus data.* *Mai. 24.*

*Copia (c.) coaeva in Copiario Balduini archiepiscopi qui est comitum de Kesselstadt p. 528. Contulimus nos. — Ed. W. Felten 'Die Bulle Ne pretereat' II 237 nr. 1 ex c. Böhmer, Reg. Ludw. p. 360 nr. 3279 (Addit. III).*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus recognoscimus in hiis scriptis, quod nos illustri Iohanni regi Bohemie et venerabili Baldewino archiepiscopo Trever(ensi) principibus nostris dilectis plenam auctoritatem et liberam potestatem dedimus et damus litteras per presentes super omnibus dissensionibus, factis et negociis, eciamsi factorum et negociorum huiusmodi qualitas expressionem exigat specialem, verbo vel facto, directe vel indirecte, viis et modis quibuscunque, quacunque causa vel occasione inter nos et sanctam Romanam ecclesiam omnesque et singulas personas ecclesiasticas, cuiuscunque condicionis, status aut ordinis existant, eciamsi patriarchali aut maiori sint predite dignitate, hinc inde subortis tractandi, ordinandi, componendi, reformandi, terminandi, firmandi[a], reconciliandi et specialiter revocandi, si qua per nos contra predictam Romanam ecclesiam et personas prefatas sunt indebite attemptata, ac satisfaciendi si decreverint personaliter vel litteris suis, id eorum discretioni per

**760.** a) *supra lineam add. c.* b) *excidit c.*

**761.** a) *bis scriptum c.*

1) *Cf. pag. 616 lin. 11 sqq. et 645 lin. 1 sqq.* 2) *Cf. pag. 644 lin. 13.*

omnia committentes, omniaque alia et singula faciendi que circa premissa vel eorum aliqua fuerint neccessaria vel eciam oportuna, eciamsi de hiis mentio alias deberet fieri specialis. Promittentes bona fide auctoritatem et potestatem predictas ullo unquam tempore non revocare nec contra ea seu aliqua eorum ex ipsis, que per predictos .. regem et .. archiepiscopum circa premissa[b] vel eorum[c] aliqua dicta, facta et ordinata fuerint, venire quovis modo, ingenio vel cautela, set ipsa omnia et singula fideliter custodire, manutenere et inviolabiliter observare.

Datum in Wormacia, proxima feria quinta ante festum Penthecostes, anno Domini MCCCXXX, regni nostri anno XVI, imperii vero III.

### 762. *Informatio principum pontifici missa.* *(inter Mai. 24.—26.)*

*Servatur nonnisi in Litteris pontificis* 1 *infra nr. 814,* 2 *infra nr. 868 edendis, ubi vide*[1].

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 194 Iohann nr. 131.*

1. Ista[a] est intentio dominorum scilicet regis Boemie[b], archiepiscopi Treverensis et[b] ducis Austrie, quod per eos tractetur et ordinetur concordia et composicio inter dominum nostrum papam sanctamque Romanam ecclesiam ex parte una[c] et Bavarum ex altera. Et si huiusmodi tractatus et ordinacio concordie sint accepti domino nostro pape ipsique Romane ecclesie, virtute potestatis eis a dicto Bavaro concesse[2] inter alia facient ista fieri per Bavarum:

Primo quod cum effectu deponet[d] suum hereticum antipapam.

Secundo quod penitus ab appellatione recedet.[e]

Tercio quod omnia que fecit seu attemptavit contra sanctam personam domini nostri pape ecclesiamque Romanam, revocet[f] cum effectu.

Quarto quod recognoscet se excessisse et sententias excommunicationis ipsum ligasse.

Quinto quod gratie domini[g] pape se offeret ad misericordiam.

2. Et si Bavarus dicta facta sic[h] tractata et ordinata facere non vellet, sciat sedes apostolica, quod dictus Bavarus antedictos dominos non modicum commovebit et a consiliis eorum recedet et potestatem eis concessam infringet in tantum, quod huiusmodi factum preordinatum per Bavarum, tamen non adimpletum possit resultare in magnum honorem et utilitatem ecclesie Romane.

3. Hec omnia sic intelligantur, quod Bavarus in honore et statu suo[i] remaneat scilicet in regno et imperio.

### 763. *Litterae Ottonis ducis Austriae ad pontificem.* *Mai. 26.*

*Supersunt nonnisi in Litteris pontificis infra nr. 869 edendis, ubi vide.*

*Cf. supra nr. 733. 740 et infra nr. 797. 812.*

Sanctissimo in Christo patri domino I(ohanni) sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici Otto Dei gratia dux Austrie et Styrie suus devotus filius cum sui recommendatione supplici devota pedum oscula beatorum.

**761.** b) *sequ. del.* aliqua dicta *c.* c) *sequ. del.* facta *c.*

**762.** a) Ita 2. b) .. *add.* 2. c) una parte 2. d) deportet *male* 2. e) recedet ab app. 2. f) *ita* 1. 2. g) nostri *add.* 2. h) sic *deest* 2. i) suo statu 2.

1) *Ed. etiam Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 333 nr. 1908 ex* 2. 2) *Supra nr. 761.*

Noverit vestra paterna sanctitas me cum serenissimo principe domino Iohanne rege Boemie sororio meo carissimo ac cum venerabili in Christo patre domino . . Treverensi archiepiscopo meos hiis diebus nuncios ad Ludovicum ducem Bavarie in quibusdam secum habendis tractatibus direxisse. Qui quidem tractatus sancte Romane ecclesie ac reverendissime persone vestre secundum ipsorum dominorum regis Boemie et archiepiscopi Treverensis ac meum iudicium utilitatem manifeste respiciunt in omnibus et honorem, prout ipsi et ego similiter s(anctitatem) v(estram) per ambaxiatores meos ad curiam in proximo destinandos intendo super hoc plenius informare. Religiosus etiam vir frater Wlricus de Lentzburg penitentiarius vester aliqua, que vobis dicenda commisi, si placet sanctitati vestre apperiet viva voce. Quocirca paterne clementie vestre devotissime supplico, quatinus si forsan aliqui per facti ignorantiam vel aliam voluntatem aliquid in contrarium s(anctitati) v(estre) suggerere niterentur, hoc nullatenus credere velitis, immo potius habere dignemini pro totaliter contrarium veritati. Hec autem cum assensu, deliberatione et voluntate prefatorum dominorum regis et archiepiscopi v(estre) s(anctitati) duxi presentibus intimandum. Personam vestram sanctissimam conservet Altissimus incolumem et longevam ad regimen ecclesie sue sancte.

Datum in Landevia, vigil(ia) Penthecostes.

---

# 764. 765. IMPERATORIS PRIVILEGIA VARIA.

## 1330. Mai. 26. — 29.

### 764. *Confirmatio privilegii pro abbati Weissenburgensi.* *Mai. 26.*

*Copia* (c.) *recentioris aetatis in bibliotheca Heidelbergensi. — Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 327 nr. 517 ex* c. *Editionem repetimus.*

Ludwicus quartus dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis graciam suam et omne bonum.

Accedens ad nostre maiestatis presenciam venerabilis Iohannes abbas Wissenburgensis ordinis sancti Benedicti Spiren. dioc. princeps noster dilectus nobis humiliter supplicavit, ut privilegium infrascriptum confirmare ex imperiali clemencia dignaremur. Cuius tenor talis est:

'Dagobertus divina favente — nomine feliciter amen.'[1]

Devotis igitur et instantivis predicti abbatis supplicationibus graciosius annuentes, ut eius ecclesia prenotata graciam ex imperiali munificentia consequatur auxilii salutaris, prenotatum privilegium, prout superius expressum est, de verbo ad verbum approbamus, innovamus et presentis scripti patrocinio confirmamus. Nulli ergo omnino hominum[a] liceat hanc nostre approbacionis, innovacionis et confirmacionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, gravem nostram indignationem et penam centum librarum auri puri, quarum medietatem fisco nostro, reliquam vero medietatem iniuriam passis applicari volumus, se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre ac signo nostro consueto iussimus communiri.

**764.** a) homini *c.*

1) *A. 663. Mai. 11, MG. Dipl. I, 149 nr. 31.*

Datum in civitate Spirensi, anno Domini MCCCXXX, VII. Kalendas Iunii, indiccione terciadecima, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

Signum domini Ludwici quarti Dei gracia Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Hermannus de Liechtenberg sacre imperialis aule cancellarius vice domini [..] archiepiscopi Maguntini sacri imperii per Germaniam archicancellarii recognovi.

### 765. *Concessio nundinarum pro civitate Wormatiensi.* *Mai. 29.*

*Formarum maioris 1 et minoris 2 autographa in tabulario civitatis Wormatiensis. Contulimus nos. Pendent bulla aurea autographi 1 filis sericis rubei flavique coloris, sigillum laesum autographi 2 loro membranaceo. — Ed. Boos 'Urkundenbuch' II, 168 nr. 239 ex 1 et 2.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 70 nr. 1133.*

*Cf. supra nr. 754.*

*Forma maior.* 1. *Forma minor.* 2.

‖Ludowicus[a] quartus[b]‖ Dei gracia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris .. magistris civium, .. consulibus necnon universis[c] civibus civitatis Wormacien(sis), suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

Cum imperialis benivolencie proprium sit subditorum investigare conmoda et honores ac reipublice expediat subiectos habere locupletes et felices, hinc est quod nos provida meditacione pensantes ex nundinis annalibus jarmargt vulgariter nuncupatis singulis annis certo tempore in civitate Wormacien(si) tenendis et habendis vobis et ipsi civitati posse multiforme conmodum obvenire, prout eciam supplicatio[d] vestra super hoc nobis exhibita plenius continebat, hoc imperiali edicto in perpetuum valituro indicimus et statuimus, quod in civitate Wormaciensi predicta singulis annis per quatuor ebdomodas quartadecima die proxima ante diem Pentecostes, hoc est in Dominica qua cantatur Vocem iocunditatis currere incipientes generales nundine habeantur. Volentes quod omnes et singuli, qui ad predictas nundinas accesserint, quam diu ibidem permanserint et in accedendo et ad sua domicilia revertendo moram traxerint, plena pace et securitate gaudeant, quos et nos in nostram et imperii protectionem recipimus specialem. Inhibentes omnibus et singulis sub Romano imperio constitutis, ne quis ipsos vel eorum aliquem, quos ab omni iniuria alienos fieri cupimus, in suis rebus vel corporibus molestare audeat seu quomodolibet perturbare. Committentes nichilominus et districte precipientes omnibus et singulis .. ducibus, .. marchionibus, .. comitibus, .. baronibus, .. provinciarum presidibus seu .. advocatis provincialibus cunctisque aliis potestatibus secularibus, quocumque nomine censeantur, ut et ipsi predictas nundinas et accedentes ad eas et revertentes ab eisdem a quibuslibet iniuriis, dampnis et violenciis imperiali auctoritate in hac parte suffulti manuteneant et defendant, iniuriatoribus et malefactoribus eorumdem accedencium et revertencium seu dictas nundinas quomodolibet inpedientibus penas debitas, prout delicti qualitas exegerit, infligendo, quas quidem manutencionem et defenssionem[e] vobis etiam .. consulibus et ..[b] civibus civitatis Wormaciensis predicte imperiali auctoritate similiter in hac parte suffultis conmittimus[f] precipientes, ut eisdem sollicite intendatis. Si quis autem in huiusmodi manutencione et defenssione[e] repertus fuerit negliens vel remissus, gravem nostre maiestatis et imperii indignacionem se noverit incursurum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostri imperialis edicti protec-

**765.** a) ‖Lu‖dowicus 2. b) *deest* 2. c) .. *post add.* 2. d) suplicatio 2. e) defension. 2. f) comm. 2.

tionis, inhibitionis, commissionis[g] et precepti paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. In cuius rei testimonium presentes conscribi et

| 1. | 2. |
|---|---|
| bulla maiestatis nostre aurea et signi nostri karactere | sigillo[h] maiestatis nostre[i] |

iussimus conmuniri.

Dat. in Spira

| | |
|---|---|
| anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, indictione tercidecima, quarto Kal. Maii[k], | feria tercia proxima post festum Pentecostes, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, |

regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

⁞ Signum domini Ludowici quarti Romanorum[l] im(M.)peratoris invictissimi. ⁞

---

## 766. IOHANNIS REGIS BOHEMIAE QUITATIO PRO IMPERATORE. 1330. Mai. 26.

*Originale in tabulario regio Stuttgardiensi. Descripsimus nos. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. — Ineditum.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 194 Iohann nr. 129.*

Nos Iohannes Dei gratia Boemie et Polonie rex ac Lucemburgensis comes recognoscimus a serenissimo domino Ludowico Romanorum imperatore primo sex milia et quingentas libras, quam summam pecunie spectabili viro Ulrico comiti de Wirtemberch pro nobis solvit, deinde trecentas, quas Conrado Ruffoni, item ducentas et quinquaginta, quas Alberto dicto Hofwart, et centum quinquaginta libras Hallensium, quas pro nobis Burchardo dicto Sturmveder pagavit et expedivit, que summa in universo septem milia et ducentas libras Hallensium in se continet, nos percepisse. De qua eciam summa pecunie et solucione ipsius totaliter contentamur. Sub harum, quas secreto nostro sigillo sigillari fecimus, testimonio litterarum.

Datum in Landow, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, in vigilia Penth(ecostes).

---

## 767—769. LITTERAE CONSENSUS PRINCIPUM ELECTORUM. 1330. Mai. 26.—Iun. 1.

### 767. 768. LITTERAE PRO COMITE DE WIRTEMBERG. 1330. Mai. 26.—Iun. 1.

#### 767. *Consensus regis Bohemiae. Mai. 26.*

*Originale ibidem. Descripsimus nos. Pendet sigilli fragmentum loro membranaceo. — Ineditum.*

*Scriptum imperatoris super hac obligatione servatum non est; cf. C. F. v. Stälin ‘Wirtemberg. Geschichte’ III, 182 not. 2.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 194 Iohann nr. 130.*

765. g) conm. 2 h) *in loco raso* 2. i) *sequ.* nostre *del.* 2. k) *ita* 1 *pro* Iunii. l) *hic monogramma imperatoris in* 2.

Nos Iohannes Dei gratia Boemie et Polonie rex ac Lucemburgensis comes ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod quia serenissimus dominus Ludwicus Romanorum imperator spectabili viro Ulrico comiti de Wirtemberch castrum dictum Achalm et civitatem Reutlingen de nostro tamquam coelectoris et principis imperii favore et consensu ac consilio in certa summa pecunie iuxta ipsius litterarum co[n]tinenciam obligavit, nos eandem obligationem legittime et iustis de causis factam approbamus ei, cum utilitatem sacri Romani imperii sapiat, nostrum benivolum prebentes assensum et expressum. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillo nostro iussimus communiri.

Datum Landow, in vigilia Penth(ecostes), anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo.

## 768. *Consensus comitum Palatinorum.* *Iun. 1.*

*Originale* (or.) *ibidem. Descripsimus nos. Sigilli prioris fragmentum pendet loro membranaceo, sigillum alterum deest loro relicto. — Ineditum.*

*Cf. infra ad a. 1331. Febr. 10.*

*Regesten der Pfalzgrafen nr. 2088.*

Nos Růdolfus et Růpertus germani Dei gratia comites palatini Reni duces Bawarie ad universorum noticiam tenore presencium volumus pervenire, quod quia serenissimus dominus dominus Ludewicus Romanorum inperator patruus noster karissimus spectabili viro Ůlrico comiti de Wirtenberg castrum dictum Achalme et civitatem Rutelingen cum suis pertinenciis de nostro tamquam coelectorum et principum sacri inperii[a] consensu ac consilio in certa summa peccunie iuxta ipsius litterarum continentiam obligavit, nos eandem obligacionem legittime et iustis de causis factam approbamus ei, cum utilitatem sacri Romani inperii sapiat, nostrum benivolum prebentes assensum et expressum. In cuius rei testimonium presentes litteras fieri et sigillis nostris iussimus conmuniri.

Dat. Spire, feria sexta ebdomade Pentecostes, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo.

---

## 769. *Litterae regis Bohemiae pro monasterio Etal.* *Mai. 31.*

*Originale in tabulario generali regni Bawarici. Descripsit H. Herre. Sigillum valde laesum pendet filis sericis violacei viridisque coloris.*

*Scriptum imperatoris super hac donatione servatum non est.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 194 Iohann nr. 133.*

Iohannes Dei gracia Boemie et Polonie rex ac Lucemburgensis comes profitemur publice per presentes, quod nos ad requisicionem serenissimi domini nostri domini Ludowici Romanorum imperatoris nostrum assensum prestitimus liberum tribuimus et consensum, cum in talibus principum electorum consensus donacionibus debeat racionabiliter intervenire, ut dominus noster imperator advocaciam monasterii Stayngadem et districtum seu vallem Ambergaw, quorum proprietas imperio debebatur, tytulo veri dominii cum universis suis iuribus, hominibus et pertinenciis quibuscumque donare et tribuere valeat monasterio dicto Etal, quod idem dominus imperator ibidem ob perpetui rei memoriam et laudem Dei duxit divinitus construendum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo nostro iussimus communiri.

Datum in Nova Civitate, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, feria quinta post diem Penthecost(es).

---

768. a) *sequ.* et *delet. or.*

## 770. LITTERAE IOHANNIS XXII. PAPAE AD OTTONEM DUCEM AUSTRIAE.

### 1330. Mai. 31.

*Copia in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115 II fol. 169 nr. 1955. Descripsimus nos. — Ineditum.*

*Reg. Lang 'Acta Salzburgo-Aquilejensia' I, 158 nr. 198 not.*

Ottoni duci Austrie.

Leta manu iocundoque recepimus animo nobilitatis tue litteras[1] sinceritatem devotionis et fidei, quas ad sanctam Romanam matrem tuam ecclesiam gessisti hactenus et gerere proponis constanter imposterum, delectabiliter recensentes. Et licet multa et a multis de te fili contraria nobis suggesta fuerint in hac parte, nunquam tamen eis aures adhibere credulas voluimus, quinimo semper fiduciam habuimus pleniorem, quod que super constancia devotionis huiusmodi offerebas per litteras, realiter adimpleres. Et quia id nobis tue misse novissime confirmant littere et fidedignorum multorum relatio attestatur, letamur admodum et tuam exinde providenciam cum gratiarum actionibus uberibus multipliciter in Domino commendamus, nobilitatem tuam rogantes attencius et hortantes, quatinus in premissis constanter et infl[e]ctibiliter perseveres. Talibus siquidem meritis divinam et apostolice sedis mereberis gratiam, talia profecto te preservabunt a noxiis et ad altioris dignitatis sublevabunt apicem non indigne. Persta in hiis igitur fili indefesso animo nec ab illo perditionis filio Ludovico de Bavaria suis iuste privato[a] bonis et honoribus et condempnato de heresi vanis paciaris promissionibus te seduci. Vanis dicimus, quia in veritate nichil nisi de alieno, cum de iure nichil habeat, potest promittere vel largiri. Et nichilominus quia sicut picem tangit, ab ea coinquinatur[2] necessario, sic si ei adherere te quod absit contingeret, inquinareris penis variis inflictis eius fautoribus tuique nominis gloriam preter divinam offensam, quam propterea incurreres, maculares.

Dat. Avinion(e), II. Kal. Iunii, anno quartodecimo.

---

## 771. PROMISSIO COMITIS DE ZOLRE PRO DUCIBUS AUSTRIAE.

### 1330. Iun. 1.

*Originale* (or.) *in tabulario caesareo Vindobonensi. Contulimus ad imaginem photographicam a socio nostro H. Hirsch paratam. Sigillum pendet loro membranaceo. — Ed. 'Monumenta Zollerana' I, 144 nr. 280 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 416 Reichssachen nr. 423; Lichnowsky 'Gesch. des Hauses Habsburg' III. pag. CCCCIV nr. 811.*

Wir grave Frid(erich) von Zolre dez Schalczburg ist verjehen und tůn kůnt offenlichen an disem brief, daz wir unserren gnaedigen herren den edelen fursten herczog Alb(recht) und herczog Otten gebrůdern von Ősterich und von Styre gelőpt habent ze wartende mit unserren vestenan darusze und ouch darine ze lassene swanne su dez bedurffent und ouch ze dienende mit zwainczig helmen den krieg usz und usze, den si

**770.** a) privat' *c.*

1) *Supra nr. 740.* 2) *Eccli. 13, 1.*

habent gen herczog Lud(wigen) von Paygern, und darnach wanne der krieg verriht wirt, dru genczu jare an geverde. Und nemen mit namen usz gen den vorg(enante)n unserren herren unsern herren herczog Rupprehten von Paygern, gen dem wir in niht beholffen sôllent sin. Wâre ouch daz die vorgena[n]ten unser herren unser bedûrffent wordent uszerhalbe dem lande, so sûllent si uns helffen als anderen iren dyenern. Und habent darumb unser aigen insigel zû ainem urchunde gehencht an disen brief.

Der ze Strazburg geben ist, an dem Vritag in der Pfingstwochen, do man zalte von Gotez geburte druczehenhundert jare und darnach in dem drisigestem jar.

---

# 772—793. LUDEWICI SCRIPTA VARIA.
## 1330. Iun. 1.—22.

### 772. *Receptio in castrensem.* *Iun. 1.*

*Originale* (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 409 a. Contulimus nos. Sigilli fragmentum pendet filis sericis flavi rubeique coloris. In dorso eadem manu ac textus exarata sunt:* Super bonis castrensibus in castro veteri prope Swinfurthe.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 70 nr. 1135.*

‖[L]u‖dowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus singulis et universis, ad quorum noticiam presentes venerint gratiam suam et notitiam subscriptorum.

Amplioribus munificentiis et prerogativis singularibus illos per maiestatem nostram gratanter circumplecti et participio gratiose benignitatis decorari convenit, quorum actus fideles sub debite fidelitatis et devocionis constantia indesinenter oportunis temporibus imperatoria serenitas approbavit. Sane cum spectabilis Bertoldus comes de Henninberch secretarius noster fidelis dilectus iam multis retroactis temporibus nobis, predecessoribus nostris et sacro Romano imperio multa grata et fructuosa hactenus prestiterit obsequia et adhuc gratiora prestare poterit in futurum, profectu, honore comodoque nostri et sacri imperii in eo diligenti consideratione consideratis, ipsum Bertoldum comitem predictum heredesque suos nostros et sacri imperii castrenses et feodotarios perpetuos in castro dicto daz alte Hus prope civitatem Swinfurthe sito, eo non obstante si nos aut successores nostros civitatem predictam Swinfurthe a dive recordacionis predecessoribus nostris sibi suisque heredibus pro quinque milibus marcarum argenti puri etiam et a nobis obligatam, prout in litteris suis desuper sibi datis continetur expresse [1], redimere contigerit, creavimus, fecimus, creamus et facimus presentium testimonio litterarum. Assignantes nichilominus eidem Bertoldo comiti suisque heredibus aream, spatium et locum in dicto castro pro ipsius et ipsorum beneplacito edificandum, si decreverit aut decreverint ibidem personali residencia residere. Volentes etiam indubie quod sibi suisque videlicet heredibus antedictis eiusdem castri, quocienscumque necessitas inheserit, ad resistendum et opponendum invasionibus illicitis et ad prohibendum iniuriosos quorumlibet invadentium ipsos insultus et universis sibi cooperantibus liber pateat obstaculo nullo prorsus obstante [a] aditus et egressus. Conferentes ipsi et ipsis nichilominus pro feodo et bono castrensi medietatem rubeti sive ligni dicti der Hayn sitam versus castrum dictum Meyenberch, ad dictum castrum ab antiquo pertinentis et advocatiam

772. a) *in nova linea;* liber pateat *add. etiam hic or.*

1) *Cf. supra tom. V nr. 73 et pag. 71 not. 2.*

ville dicte Vôrst, quam quidem advocatiam pro sexaginta marcis argenti a Iohanne dicto Vliger sibi per dive recordationis Albertum Romanorum regem predecessorem nostrum obligatam[1] redimere debet et poterit, cum voluerit. Ita quod ipse heredesque sui sit et sint nostri et sacri imperii in[b] castro predicto castrenses et feodotarii perpetui et perpetue valeant nominari. In cuius rei testimonium presentes conscribi maiestatisque nostre sigillo iussimus communiri.

Dat. Spyre, anno Domini millesimo trecentesimo trecesimo, sexta feria post festum Penthecostes, regni nostri anno sedecimo, imperio vero tertio.

## 773. *Assignatio pecuniae.* *Iun. 1.*

*Originale* (or.) *in tabulario civitatis Spirensis. Contulimus nos. Sigillum fere illaesum pendet filis sericis flavi rubeique coloris. — Ed. Winkelmann 'Acta imperii inedita' II, 329 nr. 521 ex* or.; *Hilgard 'Urkunden' p. 319 nr. 390 ex* or.

*Cf. infra ad a. 1338. Mart. 31 et 1340. Sept. 2.*

Wir Ludowich von Gots genaden Romischer cheyser ze allen ziten merer des richs verjehen offenbar an disem brief, daz wir den bescheiden mannen Ebelein und Henrichen genant vor dem Mûnster burger ze Spyre, unsern lieben wirtten, durch der dinst willen, die si uns getan habent und noch tun sûllen, bestætiget haben und bestætigen die brief, die si habent von unserm vorvarn cheyser Henrich umb fumftzehen march silbergelts Spirer gewichtes, die si jarlich von den Juden ze Spire haben sûllen[2]. Dar zû wir auch den selben Ebelein und Henrich von besundern genaden und gunst, dar umb daz si dest willichlicher uns und unser nachchomen an dem rich in ir haus nemen und enpfahen, geben haben und auch geben fumf march silbers, die si zû
Nov. 11. den fumftzehen marchen jærichlich ze sand Martenis messe von der stûwer der Juden ze Spire an allen furtzoch und irrung in nemen sullen. Da von wellen wir und gebieten vestichlich dem .. byschof ze Spire, .. dem lantvogt und andern unsern amptluten die yetzû sind oder her nach choment und besunderlichen .. dem rat ze Spire, daz si die vorgenanten Ebelin und Henrich an diser unser bestætigung und genad von unsern wegen schermen und nicht gestaten, daz si ieman dar an irre oder beswær, als lieb in unser huld und furderung sein. Dar uber ze urchund geben wir in disen brief versigelten mit unserm cheyserlichen insigel.

Der geben ist ze Spire, an dem Vreytag nach dem Pfingstag, da man zalt von Christes geburd driutzehenhundert jar dar nach in dem dreizigsten jar, in dem sechtzehenden jar unsers richs und in dem dritten des cheysertûms.

## 774. *Augmentatio summae obligatae.* *Iun. 2.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Dresdensi. Descripsimus nos. Pendet sigillum fere illaesum filis sericis rubei viridisque coloris. — Ineditum.*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus .. illustri Friderico Tûringie lantgravio, terrarum Miss(enensis) et Orientalis marchioni, genero suo karissimo graciam suam et omne bonum.

Ob grata servicia, que nobis sacroque Romano imperio multiformiter impendisti, tibi tuisque heredibus mille marcas argenti puri super civitates nostras ultra id, quod

772. [b]) dicto *add. or.*

1) *Scriptum servatum non est.* 2) *Böhmer, Reg. Heinr. nr. 626.*

antea tibi pignori obligate existunt[1], videlicet Aldemburg, Zwiggoẘ et Keminitz presentis tenore oraculi deputamus. Volentes ut dictas civitates seu oppida cum omnibus suis pertinenciis seu iuribus tu tuique heredes nomine pignoraticio teneatis, quousque per nos aut nostros in Romano regno vel imperio successores pro dictis mille marcis et ultra ea pecunie summa, qua primitus vobis obligata existunt, integraliter rediman- tur. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus conmuniri.

Dat. Spire, Sabbato post diem sanctum Pentecostes, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

## 775. *Privilegium pro civitate Wetzlariensi.* *Iun. 3.*

*Originale* (or.) *in tabulario civitatis Wetzlariensis. Pendet sigillum filis sericis rubei flavique coloris. — Ed. Wiese 'Urkundenbuch' I, 475 nr. 1169 ex* or. *Editionem repetimus.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 360 nr. 3285 (Addit. III).*

1. Wir Ludowich von Gotes genaden Rômischer cheyser zu allen ziten merer des riches tun kunt allen den die disen brief ansehent oder hôrent lesen, daz wir den wisen lůten .. dem rat und gemeynlichen den burgern ze Wepflaren unsern und des riches lieben getruwen von unser cheyserlichen milte unde von sundern genaden und gunste, die wir zu in haben durch die trůwe, die sie stetichlichen[a] an uns und an dem riche behalten hant, daz sie des baz gebowen unde vesten můgen die stat, haben die genad getan und tůn mit disem briefe, als hernach gescriben stat:

2. Des ersten daz sie haben unde nemen sůln ewichlichen in unserer vorgenanten stat daz ungelt von allen dingen, als vorher gewonlich ist gewesen, und ouch darzu ewichlichen ein malgelt, ie von einem malter chorens drei Haller und von einem malter der sumerfruht halb als vil, in der stat zu nemen.

3. Wir tůn ouch in die sundern gnade, daz si bowen mugen ein chaufhus mit einer wage in der vorgenanten stat von unserm cheyserlichem gewalt unde suln das haben und niezzen mit allen rehten und nůtzen die dazů gehôren, als ander unser und des riches stat die bi in gelegen sint.

4. Wir wellen ouch, ob si ieman lůde er si pfaffe oder lay uf geistlich gerichte umb weltlich sache, daz si da niht antwurten noch rechten sůln, ez wer denne ob reht von dem gerichte in der stat umb die selben sache verzigen unde versaget wůrde. Wer aber daz si dawider ieman schaden wolde oder beswåren, des mugen si sich weren und angriffen der gůte die es tåten und suln si und ir helfer unser unde des riches hulde darumb niht enberen.

5. Die sundern gnade haben wir in ouch getan und tůn, ob si ieman schadelich angriffe mit brande, roube oder andern schaden wider recht, daz si den oder die darumb laden mugen und fůraischen an unser gerichte in unser egenanten stat, als derselben stat recht unde gewonheit her gewesen ist. Wer aber daz sich der oder die selben die si fůr also lůden niht verantwurten, so soln unde mugen si den oder die selben angriffen, als der selben stat unde ouch der stat Frankenfurt, Fridberch und Geylenhusen recht und gewonheit ist.

6. Wir wellen ouch daz deheyn pfaffe weltlich oder geistlich swie si genant sin sich niht underwinden, annemen noch chouffen sol deheinerley gůt, daz dem riche bis-

775. a) stekichlichen *or.*

1) *Cf. supra nr. 607 et notas ibi additas.*

her gedienet hat, ez si gelegen in der stat oder uswende der stat, daz die stat doch angehôret, an als vil ob man in gût git, daz suln si in jares vriste wider verehouffen.

7. Und darumb so wellen wir unde gebieten vestiehliehen und ernstliehen allen lûten, pfaffen, leyen, edeln und unedeln wie si genant sin, daz si in die vorgesehriben genade und reeht alle mit nihtiu ubervaren noch dawider tûn und si dar niht irren noch besweren, als lieb in unser unde des riches hulde sin.

Darûber ze urkunde haben wir in geben disen brief mit unserm eheyserliehen insigel versigelten.

Der geben ist ze Spyr, an dem nehsten Suntag nach dem Pfingstag, do man zalt von Christes geburt druzehenhundert jar darnach in dem drizzigisten jar, in dem seehzehenden jar unsers riehes und in dem dritten des eheysertûmes.

## 776. *Cessio bonorum imperii.* *Iun. 5.*

*Originale* (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 410. Contulimus nos. Pendet sigillum filis sericis flavi rubeique coloris. — Ed. Reimer 'Hessisches Urkundenbuch' II, 2 p. 334 nr. 355 ex* or.; *Böhmer-Lau 'Codex diplomaticus' II, 292 nr. 389 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 70 nr. 1140 (male ad Iun. 10).*

Wir Ludowig von Gots gnaden Romiseher eheyser ze allen ziten merer des riehs verjehen offenlieh an disem brief, daz wir dureh besunder gunst, so wir han zu den edeln frowen Elyzabet Rudolfes des graven von Wertheim und Liudgarde Godfrides Gotfrids suns von Eppenstein eliehen husfrowen, in und iren erben verluhen haben unde ŏeh verleiehen an disem gegenwertigem brief diu dôrfer, gerieht, læut und ŏeh gûter, die hie naeh gesehriben stund. Zu dem ersten daz dorfe daz do heizzet Selbolt und Grindoŵ und ze Frankenfurt daz do heizzet Sal und ein teil der visehantze diu do heizzet vaeh und die eker an dem velde die do heizzent bŏwende und daz dorf zu Pergen, zu Roden und den haberzins zu Langen mit alle dem so dar zu gehôrt, besûeht oder unbesucht und gmeinliehen alle diu gûter, die wilent von uns und dem riehe ze lehen het der edel man Eberhart von Priuberg ir vater[1]. Also daz su und ir erben die obgenanten dôrfer und gûter inne haben und niezzen sullen mit allen nûtzen und reehten, vriheiten und gwonheiten, als su der vorgenant Eberhart inne gehebt hat zu reehtem lehen. Und dez ze urehunde geben wir in disen brief versigelten mit unserm eheyserliehen insigel.

Der geben ist ze Spyre, des Zinstages nah dem ahtentage nah dem Phingstage, do man zalt von Christes geburt driuzehenhundert jar darnaeh in dem dreizzigestim jar, in dem sehzehenden jar unsers riehs und in dem dritten dez eheysertûmes.

## 777. *Mandatum contra pontificem emissum.* *Iun. 6.*

*Originale* (or.) *in tabulario civitatis Tremoniensis. Contulimus nos. Sigillum fere illaesum pendet filis sericis rubei, viridis, flavi coloris. — Ed. Rübel 'Dortmunder Urkundenbuch' I, 313 nr. 453 ex* or.

*Cf. supra nr. 727 et infra nr. 788.*

Lûdowieus Dei graeia Romanorum imperator semper[a] augustus .. prudentibus viris .. seabinis, eonsulibus eeterisque civibus universis eivitatis sue Tremonie, suis et imperii fidelibus dileetis graeiam suam et omne bonum.

777. a) Romanorum — semper *in loco raso artius scripta or.*

1) *Supra tom. V nr. 455.*

Imperialem convenit maiestatem hereticorum precipue et fauctorum ipsorum audaciam coercere. Ideoque[b] cum Iacobus de Caturco, qui se . . Iohannem papam XXII. appellare presumit, in multis fuerit heresibus notorie deprehensus, propter quod constat ipsum per sacros canones a generali concilio, quod in causa fidei eciam papa superius esse dinoscitur, promulgatos et omni ecclesiastica dignitate ac potestate et auctoritate privatum[1], vobis districte precipiendo mandamus, quatenus predicti . . Iacobi de Caturco sentenciis vel mandatis quibuscunque, que nullius sunt roboris vel momenti, audeatis nullatenus obedire. Vobis firmiter iniungentes sub optentu nostre gracie, ut propter prefati . . Iacobi de Caturco vel alterius faventis eidem preceptum vel mandatum aut sentenciam qualemcunque fratres Predicatores monasterium aut claustrum vel habitacionem aliquam in vestra civitate noviter construere minime permittatis, quinimmo si propter sentenciam aliquam vel mandatum dicti Iacobi heretici inceptum fuerit, cicius destruatis. In quorum omnium testimonium presentes litteras fieri mandavimus et sigillo nostro imperiali fecimus communiri.

Data Spire, VIII. Idus Iunii, anno Domini MCCCXXX, regni nostri[c] anno sextodecimo, imperii vero tercio.

## 778—780. LITTERAE IN ITALIAM MISSAE.
1330. Iun. 6.—7.

### 778. *Litterae ad civitatem Mantuanam.* *Iun. 6.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Mantuano. Contulimus nos. Sigilli cerae albae ad claudendum dorso impressi fragmenta adsunt. Est inscriptio:* Prudentibus viris . . potestati, amzianis[a], sapientibus et conmuni civitatis Mantue, nostris et imperii fidelibus dilectis. — *Ed. Böhmer 'Fontes' I, 207 nr. 13 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 278 nr. 2728 (Addit. I).*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus . . prudentibus viris . . potestati, amzianis[a], sapientibus et conmuni civitatis Mantue, suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

Omnia que pro felici statu et honore nostro et sacri imperii nobis eveniunt, in noticiam vestre fidelitatis ferre festinantes, vobis pro singulari gaudio et consolatione votiva presentibus intimamus, quod Deo autore nostrum gubernante imperium a celesti maiestate nobis traditum et conmissum cum omnibus principibus Alamannie nobis hucusque rebellantibus et adversantibus pacem solidam et firmam firmavimus eosque ad nostram obedienciam reduximus, sic quod ipsi abhinc inantea se et sua pro nobis et imperio quibuscumque periculis exponere sunt parati. Sciat etiam fidelitas vestra, que imperio hactenus non defecit nec deficiet in futurum, quod autumpnali tempore[b] proximo unâ cum illustri Iohanne rege Bohemie principe nostro dilecto aliisque . . principibus, . . comitibus, . . baronibus et nobilibus Alamannie partes Italie potenter intrabimus armatorum multitudine sic muniti, quod omnes et singulos perfidos nostros subditos nobis superbe se opponentes, quorum elegimus domare superbiam, nobis subiugare poterimus ipsosque sic dissipare et evellere, quod ammodo resurgere non poterunt nec resistere ex adverso[2], vosque fideles nostros plantare et edificare[3], quod in voto nobis semper fuit et est, ut ceteri culpabiles hoc exemplo culpe supplicium timeant et

**777.** b) o *corr. ex* q *or.* c) *sequ.* ſ *eras. or.*

**778.** a) *sic or.* b) tempere *or.*

1) *Cf. supra nr. 437.* 2) *Deut. 9, 2.* 3) *Cf. Luc. 17, 28; Ierem. 31, 28.*

virtuosi virtutis retribucionem debeant merito expectare. Exultate igitur et gaudete. Constantes etiam estote, quia videbitis super vos consilium et auxilium nostre cesarie maiestatis.

Dat. Spire, sexta die mensis Iunii, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

## 779. 780. *Litterae ad Loysium de Gonzaga et comitem de Claromonte. Iun. 6.—7.*

*Litterarum ad Loysium Gonzagam die 6. m. Iun. missarum autographon* 1 *ibidem. Contulimus nos. Item sigilli fragmenta apparent. Est inscriptio:* Nobili viro Loysio de Gunzaga vicario civitatis Mantue, nostro et imperii fideli dilecto. — *Extr. apud Böhmer l. c. I, 208 nr. 14 ex* 1.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 278 nr. 2729 (Addit. I).*

*Litterae* 2 *comiti de Claromonte die 7. m. Iun. missae servantur in solo Chronico Siciliae cap. 96, quas ad editionem a Rosario Gregorio loco supra ad nr. 111 citato paratam II, 236 contulimus.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 320 nr. 2977 (Addit. II).*

779. *Litterae ad Loysium de Gonzaga. Iun. 6.* — 780. *Litterae ad comitem de Claromonte. Iun. 7.*

1. — 2.

Ludowicus[a] Dei gracia Romanorum imperator semper augustus

1. nobili viro Loysio de Gunzaga vicario civitatis Mantue,

2. spectabili [viro] Iohanni comiti de Claromonte per sacram imperialem maiestatem Anconitane Marchie marchioni,

suo et imperii fideli dilecto gratiam suam et omne bonum.

Omnia que pro felici statu et honore nostro et sacri[b] imperii nobis eveniunt[c], in noticiam tue fidelitatis ferre festinantes, tibi pro singulari gaudio et consolacione votiva presentibus intimamus, quod Deo auctore nostrum gubernante imperium a celesti maiestate nobis traditum et comissum cum omnibus principibus Alemannie nobis hucusque rebellantibus et adversantibus pacem solidam et firmam firmavimus eosque ad nostram obedienciam reduximus, sic quod ipsi abhinc inantea se et sua pro nobis et imperio quibuscumque periculis exponere sunt parati. Sciat eciam fidelitas tua, que[d] imperio[e] hactenus non defecit nec deficiet in futurum, quod tempore autumpnali[f] proximo una cum illustri Iohanne rege Bohemie[g] principe nostro dilecto aliisque . .[h] principibus, . .[h] comitibus, . .[h] baronibus et nobilibus Alemannie[i] partes Italie potenter[k] intrabimus armatorum multitudine sic muniti, quod omnes et singulos perfidos nostros subditos[l] nobis superbe se opponentes, quorum elegimus domare superbiam, nobis subiugare poterimus ipsosque sic dissipare et evellere, quod amodo[m] resurgere non poterunt nec resistere ex adverso[1], teque ac[n] alios[o] fideles nostros plantare et edificare[2], quod in voto nobis semper fuit et est, ut ceteri culpabiles hoc exemplo culpe supplicium timeant et virtuosi virtutis retribucionem debeant merito exspectare. Exulta igitur et letare. Constans eciam esto[p], quia[q] videbis super te consilium et auxilium nostre[r] cesarie[s] maiestatis.

1. — 2.

1. Insuper fidelitatem tuam seriosius requirimus et monemus, ut nobilibus viris Marsilio

2. De promissis confide et firmam consolationem habens nullos tractatus vel compo-

779. 780. a) Ludovicus 2. b) totius 2. c) eveniant 2. d) quod 2. e) imperium 2. f) aut. temp. 2. g) Boemie 2. h) . . *des.* 2. i) per *add.* 2. k) potentes 2. l) subdictos 1; subiectos 2. m) omnino 2. n) et 2. o) ac alios *supra lineam add.* 1. p) esto *deest* 2. q) quod 2. r) nostre *deest* 2. s) cesaree 2.

1) *Deut.* 9, 2. 2) *Cf. Luc.* 17, 28; *Ierem.* 31, 28.

de Rubeis de Parma vicario nostro generali, Henrico comiti de Tuingen marschalco nostro et Gyselberto de Swardis vicario nostro in Pergamo ac aliis nostris et imperii fidelibus, quocienscumque per ipsos requisitus fueris, prout de te presumimus, fideliter asistas tuis consiliis et auxiliis oportunis. In quo nostre celsitudini specialissime complacebis. sitionem cum inimicis nostris et imperii ineas vel habeas, nisi tales sint quos nobis et imperio credideris profuturos.

Datum Spyre[t], VI.[u] die mensis Iunii, regni nostri anno XVI, imperii vero tercio.

## 781—783. LITTERAE PRO PETRO DE HOHENECK.

1330. Iun. 8.

### 781. *Litterae priores.* *Iun. 8.*

*Originale* 1 *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 411. Descripsimus nos. Sigillum laesum pendet filis sericis rubei viridisque coloris.*

*Minuta non confecta ut videtur* 2 *in tabulario civitatis Augustanae, quam contulimus ad editionem a Th. Herberger 'Kaiser Ludwig der Bayer und die treue Stadt Augsburg' (= Jahresbericht des histor. Vereins von Schwaben und Neuburg XVII. 1852) p. 62 nr. 25 paratam (= Urkundenbuch der Stadt Augsburg I, 261 nr. 295).*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 70 nr. 1136.*

Wir Ludowig[a] von Gots gnaden Rômischer cheiser zû allen ziten merer des richs verjehen offenlich an[b] disem brief allen den die in ansehent oder hôrent lesen, daz wir dem edeln manne Peter von Hohenekk unserm lieben getriwen versetzet haben und versetzen mit disem brief die Juden ze Auspûrch unser[c] chamerchneht fûr driuhundert march silbers, do wir im vormals[d] umb versatzet heten die[e] vreyen in der graschaft ze dem Eglolfe[f] und die er uns graf Albrehten von Werdenberch aufgeben und ledich lazzen[g] hat[1], als daz im[h] die egenanten unser chamerchneht[i] alle jare geben sullen sehtzick pfûnt Auspûrger pfenning, als lang untz wir oder unser nachomen an dem riche die Jûden von im[k] erledigen[l] umb driuhundert march silbers. Ez wær dann ob wir mit den Juden ander sach schaffen wolten oder ir[m] zû andern sachen bedûrften, so sûllen wir in[n] nach des edeln mannes rate Berhtoldes graves von[o] Grayspach und Marsteten genant von Nyffen und Heinrichs von Gumppenberg unsers vitztûms und Berhtoldes des Truchsæzzen von Chûllental berihten mit anderer pfantûng[p] und satzûng, wo si uns der beweisen mûgen. Wær auch ob er selb[m] iht pfantûng fûnde[q], die wir im versetzen mahten[q], do sullen wir in[r] auch der obgenanten pfenning auf berihten[r] und verschreiben. Und dar uber ze urchund geben wir im disen brief[s] mit unserm cheiserlichen insigel versigelten[t].

Der geben ist ze Speir[u], an dem Vreytag vor Viti, do man zalt von Christes gebûrt driutzehenhundert jare dar nach in dem dreizzigistem jare, in dem sehtzehenden unsers richs und in dem dritten des cheisertûms.

**779. 780.** t) Spire 2. u) VII. 2.

**781.** a) Ludewig 2. b) mit 2. c) liebe *add.* 2. d) vor 2. e) unser 2. f) Eglofs 2. g) getan 2. h) *deest hic* 2. i) im und sinen erben *add.* 2. k) und sinen erben *add.* 2. l) und erlôsen *add.* 2. m) *deest* 2. n) *corr. ex* im 1. o) ze 2. p) andern pfanden 2. q) *loco* fûnde — mahten 2: fund oder wizzete, die er da fur genem. r) *loco* in — berihten 2: im auch die vorgenanten pfening uf rihten. s) versigelt *ponit hic* 2. t) *deest hic* 2. u) Spir 2.

1) *Cf. Böhmer, Reg. Ludw. p. 68 nr. 1098.*

## 782. *Litterae alterae.* *Iun. 8.*

*Originale ibidem KLS nr. 412. Descripsimus nos. Pendet sigillum laesum filis sericis rosei viridisque coloris. — Ed. 'Urkundenbuch der Stadt Augsburg' I, 262 nr. 296 ex cop.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 70 nr. 1137.*

Wir Ludowig von Gotes gnaden Rômischer cheyser ze allen ziten merer des riches verjehen offenlich an disem briefe, daz wir dem edeln manne Petern von Hohenegge unserm lieben getriwen versetzet haben und versetzen mit disem briefe . . die Juden ze Auspurch unser chamerknehte für hundert march silbers, die wir im geben ze heymstwr zu siner elichen husfrawen unsers getriwen . . des Erenvelsers swester, also daz im die êgenanten Juden unser chamerchnehte alle jar geben sůllen zweinzig pfunt Auspurger pfenning, als lang untz wir oder unser nachkomen an dem riche die selben Juden von im ledigen und lôsen umb die êgenanten hundert march silbers. Ez wer denne ob wir mit den Juden ander unser sache und nutz schaffen wolden, so sůln wir in nach des edlen mannes rat Berhtoldes graven ze Grayspach und ze Marsteten genant von Nyffen und Heinriches von Gumppenberg unsers vitztums und Berhtoldes von Chůllental des truhsezzen rat berichten mit ander pfantung und satzung wa si uns der bewisen mugen. Wer ouch ob er selb iht pfantung fůnde, die wir im versetzen môhten, do sůln wir in des vorgenanten silbers uf wisen richten und verschriben. Dar ůber ze urkůnde haben wir im geben disen brief mit unserm insigel besigelten.

Der geben ist ze Spyr, an dem Vritag vor sand Vits tag, do man zalt von Christes geburt driuzehenhundert jar dar nach in dem drizzigisten jar, in dem sehzehenden jar unsers riches und in dem dritten des cheysertůms.

## 783. *Forma litterarum praecedentium Libro cancellariae inserta.* *Iun. 8.*

*E Libro cancellariae* (c.), *de quo v. supra ad nr. 676, pag. 2 nr. 5. Contulimus nos.*

*Cf. Böhmer, Reg. Ludw. p. 70 nr. 1136.*

Lud(ovicus) cet. Wir Lud(wig) verjehen cet., daz wir Peter von Hohenekk versetzet haben die Juden ze Auspurch für driuhundert march silbers, dorumb wir im versetzet heten die vreyen in der graschaft ze dem Eglolf, die er uns ledich lazzen hat Alb(rechten) von Werdenberg, und sullen im die Juden alle jar geben achtzig pfůnt Auspurger, als lang unz wir oder unser nachkomen an dem rich si von in erledigen umb driuhundert march silbers. Dar nach haben wir im versetzt die selben[a] Juden[b] umb hundert march silbers, die wir im geben ze heimstewer zů seiner hausfrawen, und sullen im auch geben all jar zwaintzick pfůnt Auspurger. Es wær dann ob wir die Juden selb haben wolten, so sullen wir im ander pfantůng setzen nach Berchtoldes graves von Nyffen cet., Heinr(ich) von Gumppenb(erg), des Truchsæzzen von Chullental rat.

Dat. Spire, feria VI. ante Viti, anno Domini MCCCXXX, regni cet., imperii cet.

---

## 784. *Receptio in gratiam.* *Iun. 9.*

*Originale* (or.) *in bibliotheca Heidelbergensi. Descripsimus nos. Pendet sigillum parum laesum filis sericis rubei viridisque coloris.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 70 nr. 1139.*

*Cf. supra nr. 751.*

783. a) sullñ *c.* b) *praecedit* Juden *del. c.*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris . . schulteto, . . magistris civium, consulibus ac universis civibus civitatis sue in Hagenowe, suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

Quia rigor discipline nonnumquam destituitur, si sine misericordia teneatur, hinc est quod nos ex augusti clemencia, que libencius in subditis peccata emendat quam puniat nec exercet precisionis ferrum[a] in morbos, quos sanare potest mulcebris lenitas medicine, vobis omnem reatum et culpam, quos conmisistis et incidistis, ex eo quod nobis tamquam vestro vero domino obedire et subesse, ut debuistis, hactenus recusastis, remittimus et ignoscimus omnemque maculam et infamiam, quas ex hoc contraxistis, imperiali auctoritate tollimus[b] et penitus abolemus. Volentes et decernentes auctoritate qua supra, ut huiusmodi processus vobis in posterum in iudicio vel extra numquam possit obici vel opponi. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre remissionis et abolicionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignacionem maiestatis nostre se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus conmuniri.

Dat.[c] Spire, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, proximo Sabbato ante festum beatorum Viti et Modesti, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

## 785. 786. *Privilegia pro civitatibus Pragensi et Egrensi.* *1330. Iun. 10.*

*Contulimus* P 1 *autographon spurium tabularii civitatis Pragensis saec. XV. ut videtur ad originale forsitan corrosum denuo confectum; bulla aurea pendet filis sericis pallidissimis, olim ut videtur flavi rubeique coloris; in plica manu saec. XV. scriptum est:* Ad mandatum dn̄i imperatoris | Eberhardus ep̄s Bambergen̄[1]; *textus mendis scatet; extr. praebet Emler 'Regesta Bohemiae' III, 645 nr. 1651 ex* P 1*;*

P 2 *copiam in Registro cancellariae imperialis, de quo v. supra ad nr. 676, pag. 1 nr. 1 servatam; est rubrum:* Exempcio a thelonio*; textum sequuntur haec verba:* Similiter dat(um) eisdem sub sigillo imperiali*;*

E *exemplar tabularii civitatis Egrensis bulla aurea insignitum secundum editionem quam paravit Čelakovský 'Codex iuris municipalis regni Bohemiae' II, 266 nr. 155; exemplar sigillo cereo sigillatum eiusdem tabularii, itemque copiam omnino coaevam sigillo civitatis Egrensis membranae impresso sigillatam, quae Argentinam missa in tabulario huius civitatis adhuc servatur, conferre supersedimus; in Libro cancellariae pag. 2 nr. 2 notantur haec:* Nota quod civitas in Egra similiter exempta est sub omnibus clausulis et articulis sicuti civitas Bragen(sis). Dat(um) sub bulla et sub sigillo imperiali.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 71 nr. 1141 et p. 320 nr. 2978 (Addit. II).*

### 785. *Exemplar Pragense.*

*P.*

Ludowicus[a] quartus Dei gracia Roman(orum) imperator semper augustus[b] . .[c] prudentibus viris[d] consulibus ceterisque civibus universis civitatis Pragen(sis)[e], suis et[f] imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum[f].

### 786. *Exemplar Egrense.*

*E.*

Ludovicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris [. .], magistris civium, . . consulibus ac universis civibus civitatis seu oppidi in Egra, suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

**784.** a) *supra lineam add. or.* b) collimus *or.* c) Dat̄ *or.*

**785. 786.** a) Lud. *P* 2. b) *loco* quartus — augustus *P* 2: cet. c) *deest P* 2. d) . . *add. P* 2. e) Bragen. *P* 2. f) *loco* et imperii — bonum *P* 2: cet.

1) *Saec. XIV. non exstitit.*

Gloria celsitudinis nostre peramplius dilatari et adornari indubitanter cognoscitur[g], dum nostros et imperii fideles specialibus favoribus, honoribus et beneficiis respicimus ac eciam[h] prosequimur prerogativarum munificenciis graciosis. Sane itaque considerantes, quod per huiusmodi liberalitatis nostre benivolenciam nobis subditorum nostrorum ac aliorum fidelium vota favorabilia et constancia necnon eciam obsequiorum suorum promptitudinem certitudinaliter vendicamus[i], vobis universis et singulis vestrisque successoribus in[k] civitate predicta de solita clemencia largitatis nostre hanc graciam specialem facimus[l], concedimus[m] et[n] harum litterarum serie liberaliter indulgemus, ut in singulis civitatibus et per singulas et universas civitates, oppida, loca, villas et castra universa Romano imperio seu[o] regno subiecta seu subiectas ubicumque constituta seu constitutas cunctas res seu mercancias vestras, bona ac mercimonia vestra quecumque, cuiuscumque nominis, nature, generis, speciei[p] seu condicionis existant, sine solucione seu prestacione cuiusquam[q] thelonei[r] ac pedagii ducere, educere et reducere, emere, vendere et permutare et distrahere seu alienare ac eciam de eisdem alias disponere ac tractare tanquam veri exempti ab onere solucionis theloniorum[s] predictorum queatis et valeatis liberaliter inantea pro vestre libito voluntatis. Nullus ergo princeps, etiamsi regali vel pontificali prefulgeant dignitate, nullusque[t] dux, ..[u] marchio, ..[u] comes, ..[u] baro, ..[u] advocatus provincialis, rector, officiatus, civitas, universitas seu communitas, collegium ac alia persona singularis quecumque, cuiuscumque status, preminencie vel[v] dignitatis[w] existat, amodo audeat vel presumat contra presentis exempcionis sive concessionis nostre graciam a vobis universis aut a quolibet singulari civitatis predicte vestrisque successoribus ut premissum est directe vel indirecte, publice vel occulte per se, alium vel alios thelonea[x], exacciones vel pedagia exigere, petere, recipere, tollere aut aliqualiter extorquere. Si quis autem predictorum[y] hoc attemptare presumpserit, presentis gracie nostre[z] paginam ausu temerario in toto vel in parte aliqualiter infringendo, indignacionem nostram et gravem maiestatis nostre offensam ac eciam penam quinquaginta librarum auri puri, quarum medietatem fisco imperiali, reliquam vero vobis passis solvi volumus ipso facto et tociens quociens violaverit, in gracia nostra prefata se noverit procul dubio incurrisse.[y] In cuius rei testimonium presentes[a] conscribi et nostra bulla aurea signoque consweto[b] iussimus communiri[a].

Datum Spyre[c], Dominica proxima ante festum beati Viti, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo[d], regni nostri[e] anno sextodecimo, imperii vero tercio[e].

‖Signum[f] domini Ludovici quarti Dei gracia Romanorum imperatoris invictissimi.‖

## 787. *Revocatio donationis iurium imperii.* *Iun. 11.*

*Copia* (c.) *in Libro cancellariae citato p. 2 nr. 4. Contulimus nos.*
*Böhmer, Reg. Ludw. p. 71 nr. 1142.*

Lud(ovicus) cet. ad universorum [cet.], quod nos omnem accionem et omne ius, que vel quod in bonis mobilibus et immobilibus quondam Hinfridi advocati in Landaw et Christine uxoris sue legitime nobis et imperio competiit seu competere potuit, pro nobis[a] et nostris successoribus omnino remittimus et ex toto[b] renunciamus eidem.

**785. 786.** g) cognoscatur *P* 2. h) ac eciam *excidit P* 1. i) *excidit P* 1. k) oppido seu *add. E.* l) *deest P* 2. m) *bis scriptum P* 2. n) *super* et *del. P* 2. o) et *P* 2. p) speciei, generis *P* 1. q) cuiuscunque *P* 2. r) theolonio *P* 2. s) theoloniorum *P* 1. 2. t) .. *add. P* 2. u) *des. P* 1. 2. v) aut *P* 2. w) condicionis *sequ. del. P* 2. x) theolonea *P* 1; theolonia *P* 2. y) *loco* predictorum — incurrisse *P* 2: cet. sub indignacione et pena quinquaginta librarum auri cet. z) nostre gracie *P* 1. a) *loco* presentes — communiri *P* 2: cet. sub bulla nostra aurea cet. b) signoque consweto *des. P* 1. c) Spire *P* 1. 2. d) MCCCXXX *P* 2. e) *loco* nostri — tercio *P* 2: cet., imperii cet. f) *signum desideratur in P* 1. 2.

**787.** a) *super* nris̄ *non delet. c.* b) *sequ.* remittimus *delet. c.*

Volentes quod heredes dictorum Hunfridi et Christine eadem bona pleno iure possideant pacifice et quiete. Et si predicta bona vel ius nobis et imperio competens in eisdem alicui donavimus vel in feodum concessimus et specialiter si huiusmodi donacionem vel infeodacionem nobili viro Alberto Humloni de Lichtenberch fideli nostro fecimus[1], illam pro non facta haberi volumus ac ea[m] presentibus revocamus. Precipientes districte cet. In cuius cet.

Dat. Spire, feria secunda ante festum beati Viti, regni cet., imperii cet.

788. *Litterae iteratae contra pontificem emissae.* *Iun. 12.*

*Cf. supra nr. 727 et 777.*

*Originale* (or.) *in tabulario civitatis Aquisgrani. Contulimus nos. Sigillum fere illaesum pendet filis sericis rubei viridisque coloris.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 71 nr. 1143.*

*Cf. ea quae de his litteris et ratione, quae inter eas et litteras ut dicuntur deprecatorias Michaelis de Caesena intercedit, disseruit Ernst Knotte 'Untersuchungen zur Chronologie von Schriften der Minoriten am Hofe Kaiser Ludwigs des Bayern' (Diss. Bonn. 1903) p. 46 sqq. et 60 sqq.*

Ludowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris . . scabinis, consulibus ceterisque civibus universis civitatis sue Aquensis, suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

1. Imperiali[a] convenit magestati[b] hereticorum precipue et fautorum ipsorum audaciam coercere. Sane Iacobus de Caturco, qui se Iohannem papam vicesimum secundum appellare presumit, quinque edidit constituciones[2] seu pocius destituciones, in quibus insaniarum suarum detestandas blasfemias publice dogmatizat ac pertinaci animositate defensat.

2. De erroribus autem eius pauci presentibus inseruntur:

(1) Dogmatizat enim erronee, quod redemptor noster Iesus Christus, in quantum erat homo viator, fuit rex terrenus et mundanus regnorum et principatuum dominium possidens temporale nec erat pauper per carenciam alicuius dominii temporalis, dictum dogma perversum callide introducens, ut sibi qui vicarium nostri Redemptoris se asserit, vendicet potestatem de Romano imperio regnisque aliis universis libere disponendi[c]. Sed dicti dogmatis perversitas ex sancto ewangelio convincitur evidenter, Redemptore nostro de se ipso dicente Math. VIII: 'Filius hominis non habet, ubi capud suum reclinet'[3], quod nequaquam verum fuisset, si regni temporalis et per consequens civitatum, villarum et castrorum temporale dominium habuisset. Quod eciam Christus non fuerit iudex et rex in temporalibus constitutus, ipse testatur cuidam roganti ipsum, ut diceret fratri suo, quod divideret secum hereditatem, respondens Luce XII. et dicens: 'Quis me constituit iudicem et divisorem super vos'[4], quasi diceret: 'Nullus', et beatus Iohannes in ewangelio suo declarans Christum nolle esse regem terrenum et mundanum ait: 'Iesus ergo cum cognovisset, quod venturi essent ut raperent eum et facerent eum regem, fugit iterum in montem'[5], et Iohannis XVIII. dicit Salvator: 'Regnum meum non est de hoc mundo'[6], satisfaciens per hoc Pylato, quod quamvis esset rex, non tamen erat rex in preiudicium cesaris, ut ipse Pylatus assereret: 'Nullam invenio in

788. a) *ultima* i *in loco raso or.* b) i *in loco raso or.* c) *ultima* i *corr. ex* o *or.*

1) *Scriptum de his rebus servatum non est.* 2) *'Quorundam exigit', 'Ad conditorem', 'Cum inter nonnullos' 'Quia quorundam', c. 1. 3—5 Extrav. Ioh. XXII, 14; 'Quia vir reprobus', Bullar. Franciscan. V, 408 nr. 820.* 3) *Matth. 8, 20.* 4) *Luc. 12, 14.* 5) *Ioh. 6, 15.* 6) *Ioh. 18, 36.*

eo causam'[1], quod tamen non fecisset, si se regem terrenum et mundanum affirmasset. Ad predicti autem fulcimentum erroris auctoritates loquentes de regno Christi, sicut illam Luce I: 'Dabit ei dominus Deus sedem David patris sui et regnabit in domo Iacob in eternum et regni eius non erit finis'[2] et illam Danielis VII: 'Regnum eius non corrumpetur'[3] et huiusmodi plures adducit, quas asserit de regno Christi terreno et mundano debere intelligi. Quod non est aliud quam dicere, quod iste mundus est in perpetuum duraturus et quod numquam erit generalis resurreccio mortuorum.

(II) Adhuc autem suam stultitiam magis ostendit dicens, quod Redemptor noster, in quantum erat homo, regno temporali et dominio non potuerit renunciare, quia si fecisset, contra ordinacionem patris fecisset. Ex qua doctrina sequitur evidenter, quod omnia que fiunt de necessitate fiunt nec aliter fieri possunt, cum omnia a Deo, sine quo factum est nichil[4], ab eterno fuerint ordinata.

(III) Rursus erronee dogmatizat, quod apostoli dominium rerum temporalium minime reliquerunt et quod votum paupertatis minime emiserunt. Ex quo sequitur evidenter, quod apostoli consilium Christi de abdicacione proprietatis et dominii temporalium minime inpleverunt, quod determinacioni sancte Romane ecclesie posite in decretali 'Exiit qui seminat'[5], que libro VI. Decretalium est inserta et per concilium generale Viennense extitit approbata[d. 5], obviat manifeste.

(IV) Nec predictis erroribus est contentus, set eciam audet asserere quod apostoli post missionem Spiritus sancti in Iudea predia habuerunt, que eciam vendiderunt. Quod decreto sancti Melchiadis pape dicentis, quod apostoli in Iudea predia minime sunt adepti[6], repugnat.

(V) Adhuc in maiorem prorumpit insaniam dicens, quod nullam legem vivendi specialem inposuit Christus apostolis nisi sicut aliis discipulis, per discipulos, sicut ex serie processus sui evidenter apparet, intelligens omnes conversos ad Christum. Ex quo concluditur manifeste, quod apostoli per legem inpositam eis a Christo nec erant obligati ad castitatem nec ad obediencıam nec etiam paupertatem, nisi sicut ceteri christiani. Quod est omnino dissonum veritati, cum Salvator noster precepit ipsis dicens: 'Nolite possidere aurum neque argentum et cet.', quod tamen constat ipsum non omnibus precepisse.

(VI) Rursus ut vitam aliam quam presentem ostendat minime se sperare, non veretur asserere quod quarundam rerum temporalium dominium[e] Romane ecclesie reservatum propter hoc est censendum inutile, quia est ab omni temporali comodo denudatum, et quod omne dominium a temporali comodo in perpetuum separatum est inutile reputandum. Predictus autem error ex verbis suis in duobus suis libellis scilicet 'Ad conditorem' et 'Quia vir' colligitur evidenter. Ex quo errore patenter concluditur, quod nullum est comodum spirituale meritorium vite beate. Si enim esset aliquod spirituale comodum meritorium vite beate, propter tale comodum posset dominium rerum temporalium utile reputari, quamvis esset ab omni temporali comodo denudatum. Unde ex predicto errore sequitur manifeste, quod oraciones, ieiunia, elemosine et cetera opera misericordie, que carent comodo temporali[f], inutilia sunt censenda. Ex quo concludendum est ulterius, quod post presentem vitam est vita alia nullatenus expectanda.

(VII) Amplius ut sancto ewangelio contradicat expresse applicando sancto Augustino quamvis falso inponit, quod Christus quando misit apostolos ad predicandum, non precepit eis, quod non portarent pecuniam. Cuius tamen contrarium asserit

788. d) approbate *or.* e) *supra lineam add. or.* f) *corr. ex* temporalia *or.*

1) *Ioh. 18, 38.* 2) *1, 32. 33.* 3) *7, 14.* 4) *Cf. Ioh. 1, 3.* 5) *c. 3 in VI. de verb. signific. (V, 12) et c. 1 in Clem. de verb. signific. (V, 11).* 6) *c. 15 C. XII qu. 1.*

sanctus Marcus ewangelista dicens in hec verba: 'Et precepit eis, ne quid tollerent in via nisi virgam tantum, non peram, non panem neque in zona es'[1].

(VIII) Insuper ut universos christianos ab ingressu religionis avertat, erronee dogmatizat quod expropriacio rerum temporalium, quam constat fieri per votum paupertatis, si post huiusmodi expropriacionem equalis sollicitudo circa temporalia perseverat, ad perfeccionem valet nil conferre. Ex quo sequitur manifeste, quod nullum bonum scilicet nec castitas nec paupertas nec obedientia nec ieiunium nec aliquid aliud opus factum cum voto ceteris paribus plus valet quam sine voto, quia qua racione votum paupertatis stante equali sollicitudine ad perfeccionem valet nil conferre, eadem racione nec votum castitatis nec obediencie aliquid facit ad perfeccionem ceteris existentibus paribus, que inerant ante tale votum.

3. Preter predictos errores et plures alios presentibus non insertos in allegacionibus peritorum plenissime reprobatos predictus hereticus Iacobus de Caturco suam stulticiam et se ignarum theologice facultatis et racionis naturalis aperte demonstrans plurimas asserciones fantasticas magis derisione quam reprobacione dignas, quarum insania eciam illiteratis statim apparet, que tamen inter hereses et errores, quia sacre scripture obviant evidenter, sunt merito computande, in suis libellis, quos[g] decretales appellat, pertinaciter asserit et affirmat, sicut:

(IX) Quod nemo potest uti rebus que usu consummuntur, cuiusmodi sunt cibus et potus, vestes et pecunia eciam secundum istum hereticum.

(X) Quod licet rebus usu consumptibilibus non contingat uti, ipsis tamen contingit abuti.

(XI) Quod actus utendi non potest esse in rerum natura.

(XII) Quod servus ad mandatum domini sui actualiter tradens pecuniam et emens rem aliquam non habet usum nec abusum illius pecunie.

(XIII) Quod nullus potest uti re aliqua usu consumptibili, sicut veste vel pecunia aut cibo vel potu, nisi habeat dominium et proprietatem eius.

(XIV) Quod persona representata et imaginaria potest habere usum iuris, quamvis non possit habere usum facti.

(XV) Quod ordo fratrum et eadem racione quelibet alia congregacio est persona imaginaria et representata.

(XVI) Quod nulla talis congregacio potest actum realem aliquem exercere.

(XVII) Quod carens dominio rerum temporalium non est propter hoc quoad paupertatem temporalem censendus pauperior. Quod habens dominium rerum temporalium, de quibus numquam vult eciam sponte de facto percipere comodum temporale, non est propter huiusmodi divitias dicior iudicandus.

(XVIII) Quod ius utendi in rebus usu consumptibilibus non potest constitui vel haberi.

4. Predicta et plura alia tam heretica quam insana[h], que hic causa brevitatis omittimus, prefatus hereticus Iacobus de Caturco in suis libellis, quos decretales appellare presumit, docet et asserit ac nititur pro viribus defensare. Propter quod constat ipsum per sacros canones a generali concilio, quod in causa fidei eciam pape superius esse dinoscitur, promulgatos esse omni ecclesiastica dignitate ac potestate et auctoritate privatum.

5. Ideoque vobis districte precipiendo mandamus, quatinus predicti Iacobi de Caturco sentenciis vel mandatis quibuscunque, que nullius sunt roboris et momenti, audeatis nullatenus obedire, quin inmo vobis omnibus et singulis communiter et divisim sub ob-

788. g) *corr. ex* quas *or.* h) *ultima* a *in loco raso or.*

1) *Marc. 6, 8.*

tentu nostre gracie firmiter iniungentes, ut non obstantibus preceptis vel sentenciis predicti Iacobi heretici de Caturco vel alterius faventis eidem personas seculares vel ecclesiasticas publicare volentes doctrinam saluberrimam, quam Christus in sancto ewangelio et sancta Romana ecclesia in sacris canonibus docent firmiter tenendam, credendam et fideliter confitendam, efficaciter defendatis, maxime fratrem Gigelbertum de Landesberch et fratrem Iohannem dictum Meyst(er) de Royda, quorum fidelitatem erga nos et imperium sacrum experiencia certa didicimus, quocienscunque vos vel aliquem vestrum per se vel per alios requisierint contra quamcunque personam secularem vel ecclesiasticam, cuiuscunque dignitatis, condicionis aut religionis extiterit, eciam contra fratres sui ordinis ab omnibus iniuriis, molestiis et offensionibus defendere ac eisdem consiliis et auxiliis oportunis[i] assistere efficaciter studeatis.

6. Vobis nichilominus mandantes, ut cum prefati fratres per litteras religiosi viri fratris Mychahelis generalis ministri ordinis fratrum Minorum vel vicariorum ipsius fratris Heinrici de Talheim seu fratris Wilhelmi dicti Ockam de Anglia sacre theologie doctorum fratres sui ordinis expresserint nominatim, nobis et dicto Mychaheli generali ministro rebelles capiatis et incarceretis tamquam dicto generali ministro aut vicariis eius inobedientes et fautores heretici ac defensores heretice pravitatis, detinentes eosdem, donec per prefatum generalem ministrum vel ipsius vicarios antedictos iudicatum fuerit, quid sit de talibus pseudofratribus faciendum.

In quorum omnium testimonium presentes litteras fieri mandavimus et sigillo nostro imperiali fecimus conmuniri.

Dat. Spire, duodecima die mensis Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

## 789—792. SCRIPTA PRO WILHELMO COMITE HAYNONIAE.
1330. Iun. 14.

### 789. *Remissio iuris in comitatibus Hollandiae etc.* *Iun. 14.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Montensi 'Trésorerie des chartes' nr. 467 (olim DD* $38^{bis}$*)*[1]. *Contulimus nos. Sigillum, quod filis sericis pendebat, desideratur. In dorso legitur:* ℞. — *Ed. P. J. Blok 'Nachrichten der Göttinger Gesellschaft der Wissenschaften. Philol.-histor. Kl.' 1908 p. 635 nr. 2 ex* or.

*Quae conveniunt cum Scripto regis supra tom. V nr. 130, ea typis minoribus excudenda curavimus.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 71 nr. 1144.*

V nr. 130. ‖Ludovicus quartus‖ Dei gracia Romanorum imperator* semper augustus universis et singulis presentes litteras inspecturis gratiam suam et omne bonum.

Ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod nos propter grata et obsequiosa servicia, que spectabilis vir Guillelmus comes Hannonie (M.) et Hollandie et sui predecessores nostris antecessoribus regibus et imperatoribus Romanorum et imperio exhibuerunt et adhuc nobis et imperio exhiberi speramus in futurum, omne ius, quod iidem nostri predecessores in comitatibus Hollandie, Zelandie et dominatu Frizie reclamaverunt seu reclamare potuerunt aut nos reclamare possemus, libere et absolute de consensu et assensu nostrorum principum quittamus ac eidem eiusque heredibus et successoribus presentibus duximus remittendum. Salvo tamen nobis et im-

788. i) *in loco raso or.*

1) *Cf. J. de Saint-Genois 'Monumens anciens. Droits primitifs' I (Paris 1782) pag. 418.*

perio homagio debito pro eisdem. Si autem processus aliqui per nostros predecessores facti exstiterint contra eundem comitem aut suos predecessores pro iure predicto, ex certa sciencia presentibus irritamus. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostra bulla aurea signoque consueto iussimus comuniri.

Dat. Spire, quartadecima die mensis Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

‖ Signum domini Ludovici quarti Dei gratia Romanorum imperatoris invictissimi. ‖

## 790. *Mandatum civitatibus Frisiae missum.* *Iun. 14.*

*Originale deperditum*[1]. *Copia* (c.) *in Cartulario Haynonensi II fol. 501 nr. 155 tabularii Insulensis. Contulimus nos. — Ed. Devillers 'Monuments pour servir à l'histoire des provinces de Namur, de Hainaut et de Luxembourg' III (1874) p. 224 nr. 233 ex* c.

*Quae conveniunt cum Mandato regis supra tom. V nr. 131, ea typis minoribus excudenda curavimus.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 71 nr. 1147.*

Ludovicus quartus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus prudentibus viris V nr. 131.
grietmagnis, consiliariis et communitatibus terre Frizie de Westrogo et Ostrogo, fidelibus suis dilectis gratiam suam et omne bonum.

Mandamus vobis et vestrum singulis, quatinus spectabilem virum Guillelmum comitem Hannonie, Hollandie, Zeelandie ac dominum Frizie in vestrum dominum admittatis sibique de omnibus iuribus suis respondeatis ac integraliter responderi faciatis. Si quis autem vestrum contra mandatum nostrum temere venire presumpserit, indignationem imperatoriam se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et bulla nostra aurea signoque consueto iussimus communiri.

Dat. Spire, quartadecima die mensis Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tertio.

## 791. *Confirmatio privilegiorum.* *Iun. 14.*

*Originale in tabulario regio Montensi l. c. nr. 468 (olim DD 39)*[2]. *Contulimus nos. Pendet sigillum laesum filis sericis rubei flavique coloris.* *Copia* (c.) *in Cartulario citato fol. 503 nr. 157. — Ed. Devillers l. c. III, 226 nr. 235 ex* c.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 71 nr. 1146.*

*Cf. supra tom. V nr. 863.*

Ludowicus Dei gratia Romanorum imperator semper augustus spectabili viro Guilhelmo comiti Hannonie, Holandie, Zelandie et domino Frizie, socero et fideli suo karissimo gratiam suam et omne bonum.

Ob specialem favorem, quem tibi gerimus, universa et singula privilegia, concessiones, libertates, iura et laudabiles consuetudines, que vel quas tu aut tui predecessores a nobis ac aliis divis principibus Romanorum regibus seu imperatoribus predecessoribus nostris hactenus habuistis, possedistis vel quibus etiam usi fuistis, rata seu ratas, grata vel gratas habentes presentis scripti patrocinio perpetuo valituro tibi tuisque heredibus auctoritate imperiali ratificamus et approbamus ac etiam tenore presencium confirmamus, volentes ipsa vel ipsas sortiri perpetui roboris firmitatem. Nulli ergo omnino homini liceat hanc nostre confirmacionis paginam infringere aut ei ausu temerario con-

1) *Cf. Saint-Genois I, 432, qui notot transsumtum GG 19, 4 signatum iam ut videtur deperditum.*
2) *Cf. Saint-Genois I, 418.*

traire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, gravem indignacionem nostram se noverit incurrisse. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Dat. Spyre, in die quartadecima mensis Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

### 792. *Commissio inquisitionis limitum imperii.* *Iun. 14.*

*Originale in tabulario Insulensis 'B. 644 nr. 6154' signatum (olim in tabulario Montensi D 50 signatum*[1]*). Descripsimus nos. Sigillum desideratur filis sericis relictis. In verso leguntur:* Commissio dn̄i imperatoris ad distinguendum limites inter regnum Francie et terram de Ostrevant renovata in festo Purificationis anno trigesimo[2] sub data alterius commissionis, in qua deerat comiti. *Copia* (c.) *in Cartulario citato fol. 504' nr. 158, itemque fol. 164' nr. 51. — Ed. Devillers l. c. III, 227 nr. 236 ex* c.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 71 nr. 1145.*

*Cf. supra tom. V nr. 137 et 864.*

Ludowicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus spectabili viro Guilhelmo Hannonie, Hollandie, Zelandie comiti ac domino Frisie, socero suo karissimo graciam suam et omne bonum.

Intelleximus quod fines imperii nostri Romani circa partes Hannonie et terram de Ostrevant versus regnum Francie ibidem hinc retro per divos memorie Romanorum imperatores seu reges predecessores nostros positi et distincti modo remoti et turbati sint et ab aliquibus occupati, ita quod ad presens non sint certis limitibus distincti nec discerni valeant quoquomodo. Cupientes igitur more dictorum predecessorum nostrorum circa hec utiliter providere tibi auctoritate nostra presentibus committimus et eciam concedimus, quod per te vel per alias certas personas quas duxeris eligendas, tociens quociens volueris et tibi videbitur expedire, una cum personis ab illustre rege Francorum electis vel eligendis fines et terminos in locis predictis inter imperium et regnum Francie ponere, limitare, distinguere et determinare nostro nomine valeas atque possis. Promittentes ratum et gratum habere in perpetuum pro nobis et imperio, quitquid per te vel electos seu eligendos ut premittitur in predictis positum, limitatum extiterit, distinctum et eciam terminatum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et nostre maiestatis sigillo iussimus communiri.

Datum Spyre, quartadecima die mensis Iunii, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tertio.

---

### 793. *Privilegium de non evocando comitibus Palatinis concessum.* *Iun. 22.*

*Originale in tabulario secreto reipublicae Bawaricae. Descripsit H. Herre. Pendet sigilli fragmentum parvum filis sericis rubei flavique coloris. In plica inter foramina sigilli scriptum est:* S(erico)?

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 71 nr. 1149; Regesten der Pfalzgrafen nr. 2090.*

Wir Ludwig von Gots genaden Rômischer cheiser ze allen ziten merer dez richs verjehen offenbar mit disem brief und tûn chunt allen den di in sehent, lesent oder hôrent lesen, daz wir unsern lieben vetern und fûrsten Rudolfen und Ruprechten gebrûdern pfalenczgraven bi dem Rein und herczogen ze Beiern und iren erben von

1) *Cf. Saint-Genois I, 245.* 2) *A. 1331. Febr. 2.*

unserr cheiserlicher gůt und durch besunder lieb und genad di freiung von unserm vollen gewalt getan haben und tůn mit disem brief: Swer der ist oder wirt der ichtes icht ze sprechen oder ze chlagen h[et oder] habend wirt ewiglich umb allerlay sache gen allen lůten edeln oder unedeln, di nu sint oder hernach werdent, di an di Pfalencz bi dem Rein gehôrent, der sol si bechlagen und ansprechen vor nieman anders danne vor den vorgnanten pfalenczgraven oder vor iren amptlůten, als von alter gewonheit her chomen ist. Ez wer danne ob di vorgeschriben pfalnczgraven oder ir amptlůte den chlagern nicht recht wolten tůn oder di hintz den man ze chlagen gewunne. Darůber ze urchůnd geben wir disen brief versigelten mit unserm cheiserlichem insigel.

Der geben ist ze Speir, dez Frytags nach sand Vits tag, do man zalt von Christs geburt dreuzehenhundert jar darnach in dem drizzigistem jar, in dem sehczehendem jar unsers richs und in dem dritten jar unsers cheisertůms.

---

## 794. 795. CONVENTIO OTTONIS DUCIS AUSTRIAE CUM CIVITATE BRISACENSI.

### 1330. Iun. 11.

*Scriptum ducis* A *autographon valde corrosum in tabulario civitatis Brisacensis. Descripsimus nos. Sigillum deest, lori membranacei fragmento relicto. — Ineditum*[1].

*Scriptum civitatis* B *autographon in tabulario generali Karlsruhano. Contulimus nos. Sigillum laesum pendet loro membranaceo. — Ed. 'Zeitschrift für die Gesch. des Oberrheins' XIII (1861) p. 91 ex* B.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 416 Reichssachen nr. 424 (Addit. III).*

794. *Scriptum ducis.*

A.

1. Wir Ott(e) von Gots gnaden hertzog ze Ôster(ich) und ze Styr verjehen und tůn chunt offenlich mit disem brief allen den di in ansehent oder hôrent lesen, daz wir mit den bescheiden wisen lůten .. dem meister, .. dem schult(heizzen), dem rat und mit den burgern gemeinlich der stat ze Brisach ůberain chomen sein und uns zu in verbunden und ouch zu in gesworen haben, also daz wir sie schîrmen und in ouch beholfen sůllen sein gen allermênlich und mit namen gen hertzog Ludwigen von Payren, .. dem Hummel von Liechtenberg und gen andern seinen dienern und helfern und ouch sunderlichen gen dem edeln man(ne) graf Chunr(ade) von Friburg und gen allen seinen dienern und helfern, den chrieg uz der zwischen in ist.

795. *Scriptum civitatis.*

B.

1. Wir .. der schulth(eizze), .. der meister, .. der rat und die burgere gemeinlich von Brisach verjehen und tůn kunt ôffenlich[a] mit disem briefe allen den die in ansehent oder lesen[b] hôrent, daz wir uns[c] mit dem hochgebornen fursten hertzog Ott(en) zů Ôsterrich und zů Styr unserme gnedigen herren verbunden, vereinet und im eide zů den heiligen gesworn han ze wartende mit der stat ze Brisach, in und sin diener und helfer dar in und dar us ze laszende, swenne er[d] des bedôrffe[e], und ze beholfen sin mit aller unserre maht gegen allermengelichen und mit nammen gegen hertzogen Lud(wigen) von Peyern, gegen sinen dienern und helfern, den krieg us der zwischent in ist.

795. a) ôffen *in loco raso B.* b) lese *in loco raso B.* c) *supra lineam add. B.* d) *in loco raso B.* e) *corr. ex* bedôrffent *B.*

1) *Cf. 'Zeitschrift für die Gesch. des Oberrheins. Neue Folge' IV (1889) p. 6 nr. 13.*

2. Ze glîcher wîs sûllen si uns ouch beholfen sein gen allermênlich, mit namen gen dem vorgenanten von Payren, gen allen seinen dienern und helfern ungeværlich, den chrieg uz der zwischen uns ist. Si sûllen uns ouch mit der vorgenant(en) stat ze Brisach warten uns, unser diener darin und daruz ze lazzen, swanne uns des dûrfft ist.

3. So haben wir in gelobt, daz wir di wil dhainer stîwr [an] siw mûten sûllen. Ouch sulle wir in di Juden lan. Ez sol ouch di burch ze Brisach in der stat in des rats gewalt beleiben. Und wêr daz wir durch notdûrfft oder durch ander sache willen uz dem land varen welten, so sûllen wir in ainen unser diener oder helfer geben, der in wol fûgt, der si von unsern wegen besorg nah îr notdurfft. Wêr ouch ob si dhain poẘ an di stat ze Brisach nah îrr notdûrfft legen oder machen wolten, daran sulle wir sie nicht irren.

4. Darnach so han wir in gelobt, daz wîr sie bei aller îrr freihait, rehten und gûter gewonhait sullen beliben lan, als îrr stat reht ist, und sullen sie darau an dheinen weg îrren noch soumen.

5. Wir sullen ouch dhain richtung mit dem vorgenant(en) von Payren nemen, wir besorgen sie danne darinne[a] nah îr notdûrfft in der mazze als si herchomen sind und also daz in beschehen und widervaren alle di recht, als in unser herre und brûder chûnig Frider(ich) seliger und ander chûnig sein vorvodern getan habent. Also sullen si sich mit dem selben von Payren ouch nicht richten, ez sei danne unser wizzen und wille dabei.

6. Wêr auch daz der von Payren in der zeit abgieng, so sullen wir gen den vorgenant(en) burgern von Brisach unsers aydes ledig sein und si gen uns gar [un]d genczlich.

2. Ze gelicher wise sol uns der vorgenant unser herre hertzoge Ott(e) ŏch beholfen sin gegen allermengelichen und sunderlichen gegen .. dem vorgenanten von Peyern[f] und gegen dem Humbel von Liehtenberg[g] und gegen allen sinen dienern und helfern und ŏch gegen dem edeln herren graven Cůnrade von Friburg, gegen allen sinen dienern und helfern, den krieg us der zwischent uns ist.

3. So hat uns der vorgenant unser herre der hertzog gelobt, daz er die wile enkein sture an uns mûten sol. Er sol uns ŏch die Juden laszen[h]. Ŏch sol die burg in der stat zů Brisach stan und bliben in des rats gewalt. Und were dz der selbe unser herre der hertzog durch siner notdurft oder durch anderre sache willen us dem lande varen wolte, so sol er uns ein siner diener oder helfer geben, der uns wol fûget und der uns besorge von sinen wegen nach unserre notdurft. Were ŏch ob wir dekeinen bu an unserre stat zů Brisach nach unserre notdurft tůn oder machen wôlten, dar an sol er uns niht irren.

4. Dar nach so hat er uns gelobt, daz er uns bi aller unserre friheit, rehten und gûter gewonheit sol beliben laszen als unserre stette reht ist und sol uns dar an in enkeinen weg irren noch sumen.

5. Er ensol ŏch enkein richtegunde nemmen mit dem vorgenanten von Peyern, er besorge uns denne dar inne nach unserre notdurft in der masze als wir har kommen sin und dz uns beschehen und widervaren alle die reht, als uns chunig Frider(ich) selige sin brûder und ŏch andere chunige sin vorvarn getan habent. Also sôllen wir uns mit dem vorgenanten von Peyern ŏch in enkeinen weg richten, es si denne des vorgenanten unsers herren des hertzogen wiszen und gunst da bi.

6. Were ŏch dz der von Peyern in der zit abeginge, so sôllen wir gegen dem egen(anten) unserme herren hertzog Otten unsers eides lidig sin und er des sinen gegen uns gar und gantzilichen.

794. a) darime *A.*

795. f) vorgenanten von Peyern *in loco raso B.* g) Humbel von Liehtenberg *in loco raso B.* h) l *corr. ex* ſ *B.*

6. Wir haben in ouch gelobt, daz wir in beholfen suͤllen sein umb den schaden, den in der Hummel, di von Cholmaren oder di von Sletzstat oder ander des von Bayren diener oder helfer oder der vorgenant graf Chunr(at) von Friburch, sein diener oder sein helfer getan habent, daz in der selbe schad abgelegt[b] werd. Moͤcht wir aber des nicht getuͤn, so sollen wir in dennoch gen mênlich beholfen sein nah iͤr notduͤrfft. Ouch suͤllen wir in anderswa, da man in unreht getan hat, des rehten beholfen sein, als wir beste muͤigen on gevêrd.

7. Und daz globen wir in stête ze halten und ze volfůren bei gůten triwn und bei dem aid als wir getan haben on gevêrd. Und geben darůber disen prief ze einem urchůnd der warhait versigelten mit unserm grozzen insigel.

Der ist geben do man zalt von Christs gebůrd dreutzehenhundert jar in dem drizsigistem jar darnah, an Mentag nah unsers Herren lichnammen tag, ze Brisach in der stat.

6. Er hat uns ŏch gelobt, dz er uns beholfen sol sin umb den schaden, den uns .. der Humbel, .. die von Colmer oder die von Slezstat oder andere des von Peyern diener oder helfer oder der vorgenant grave Cůnr(at) von Friburg, sin diener oder sin helfer getan hant, dz uns der selbe schade abegeleit werde. Moͤchte[i] er[k] aber des niht getůn, so sol er uns dennoch gegen[l] mengelichem beholfen sin nach unserre notdurft. Ŏch sol er uns anderswa, do man uns unreht getan het[m], des rehten beholfen sin, als er beste mag ane geverde.

7. Und soͤllen ŏch wir imme hin wider beholfen sin getruwelichen nach der verbuntgnischen, als do vorgeschriben stat.

8. Und das geloben wir imme stete ze hande und volle ze fůrende bi gůten truwen und bi dem eide, alse wir unserme vorgen(anten) herren dem hertzog(en) gesworen haben. Und gegeben[n] wir imme disen brief dar uber zů einer warheit und sicherheit dirre sache versigelt mit unserm groszen ingesigele.

Der wart geben zů Brisach, do man zalte von Kristes geburte druzehenhundert und drissig jar dar nach, an dem Mentage nach unsers Herren fronlichamen tag.

---

## 796. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE AD COMITEM GELRENSEM.

### 1330. Iun. 17.

*Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115[II] fol. 169 nr. 1956. Contulimus nos. — Ed. Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 339 nr. 1916 ex* c.

Raynaldo comiti Gelrensi.

Gratis admodum relatibus percepimus te fili in devotione nostra et sancte Romane ecclesie perstitisse constanter hactenus et inmobiliter permanere. Super quo tuam providenciam cum gratiarum actionibus uberibus multipliciter in Domino comendantes nobilitatem tuam rogamus et in Domino attencius exhortamur, quatinus in premissis, ex

**794.** b) b *corr. ex* g *A.*

**795.** i) *corr. ex* Moͤchten *B.* k) *in loco raso latius scriptum B; prius scriptum erat* Sie. l) so sol — gegen *in loco raso B.* m) unreht getan het *in loco raso B.* n) *sic B.*

quibus divinam et apostolice sedis benedictionem et gratiam habundancius assequeris, inviolabiliter persistere non omittas, fideles alios in suis fidelitate, devotione et obedientia fulciendo nichilominus et eos, qui forsan ab eis deviaverint, ad illas quantum poteris reducendo. Et ecce dilecte fili quod peciones pro te tuisque nunciis nobis oblatas ad exauditionis effectum duximus, prout secundum Deum potuimus, favorabiliter admittendas.

Dat. Avinion(e), XV. Kal. Iulii, anno quartodecimo.

---

## 797. LITTERAE OTTONIS DUCIS AUSTRIAE PONTIFICI MISSAE. 1330. Iun. 17.

*Servantur nonnisi in Litteris pontificis* (tr.) *infra nr. 869 edendis, ubi vide. Responsum pontificis v. infra nr. 812.*

Sanctissimo in Christo patri et domino suo gratioso domino I(ohanni) sacrosancte Romane ac universalis ecclesie summo pontifici Otto Dei gratia dux Austrie et Styrie cum filiali reverentia devota pedum oscula beatorum.

Transmitto ad vestre paternitatis presentiam nobilem virum Rudolfum de Ochsenstein avunculum meum et honorabilem virum Nicolaum de Vrownveld[a] capellanum nostrum ambaxiatores et secretarios meos dilectos de mentis mee proposito super cunctis meis agendis et agendorum meorum circumstanciis plenius informatos, quibus de vestre pietatis clementia fidem adhiberi peto credulam in dicendis. Ceterum ad cuncta que v(estra) s(anctitas) apostolica michi iniungenda duxerit mandata me offero tanquam filium obedientie benivolum in vera sinceritate pariter et paratum.

Datum in Ensisheim oppido meo, XV. Kal. Iulii.

---

## 798. IOHANNIS XXII. PAPAE PROCESSUS CONTRA CIVITATEM TUDERTINAM. 1330. Iul. 1.

*Copiae* 1 *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom.* $115^{II}$ *fol. 32' nr. 1169; contulimus nos;*

2 *in litteris legati apostolici a. 1332. Iun. 1 datis, quas ex autographo tabularii civitatis Tudertinae*[1] *edidit L. Fumi 'Codice diplomatico della città di Orvieto' (='Documenti di storia Italiana' VIII 1884) p. 464 nr. 645 (male ad a. 1330. Iun. 1); editionem adhibemus.*

*Cf. Löher loco supra ad nr. 243 citato p. 236 nr. 712 et Preger-Reinkens p. 298 nr. 537.*

Ad[a] futuram rei memoriam.

1. Insipientes viri et stolidi[2], nescientes per viam veritatis et iusticie[3] dirigere gressus suos, cum a viis suis malis pedes non curant retrahere, in dampnationis preci-

**797.** a) Vroronveld *tr.*

**798.** a) legato Tuscie *in margine add.* 1; *in* 2 *praecedunt:* Iohannes episcopus servus servorum Dei.

1) *Cf. Mazzatinti 'Gli archivi della storia d'Italia' III, 117 nr. 250 (male ad a. 1330. Iun. 1).* 2) *Cf. Ps. 48, 10.* 3) *Cf. Eccli. 34, 22.*

picium propriis excecati maliciis sepius se inmergunt, propter quod sancta mater ecclesia de salute filiorum[b] solicita errantes huiusmodi ad viam salutis caritativis monitionibus revocare libenter interdum satagit et cum ipsam obaudiant[c], virgam correctionis adicere[d] non omittit[e]. Sane commune, universitas et populus civitatis Tudertin(e) dudum[f] adversus matrem suam Romanam ecclesiam[g], quam revereri filiali devotione debebant ut dominam, cum sibi subesse inmediate spiritualiter et temporaliter dinoscantur, rebellionis calcaneum non absque ingratitudinis vicio magnoque temeritatis ausibus erigentes ipsam iniuriis et offensis provocare variis contumeliisque[h] afficere sibi terga vertentes non faciem[1] multipliciter presumpserunt. Ipsi siquidem sua rebellione dampnanda, per quam civitatem predictam cum suo districtu et territorio ad ius et proprietatem eiusdem Romane ecclesie pleno iure spectantem detinebant, sicut adhuc detinere noscuntur in magnum ipsius ecclesie contemptum et preiudicium occupatam tirannice, non contenti congregatis dudum hostibus et rebellibus prelibate ecclesie civitatem nostram Urbevetanam infra patrimonium beati Petri in Tuscia consistentem hostiliter invaserunt ac etiam expugnarunt, occupandi de manibus eiusdem ecclesie ipsamque subiciendi tam sibi quam aliis hostibus et rebellibus posse suum tunc nichilominus faciendo. Preterea in prefata civitate Tudertina receptare hostes et rebelles eiusdem ecclesie non erubuerunt, quin ymo eis tam ibi[i] quam alibi contra ecclesiam favores multiplices[f] prestiterunt, officialibus et gentibus eiusdem ecclesie denegantes obedienciam eisque multas offensas et iniurias sepius irrogantes. Nec hiis contenti, cum dil. fil. noster Iohannes Sancti Theodori diaconus cardinalis apostolice sedis legatus olim ad civitatem Tudertinam predictam infra sue legationis terminos consistentem vellet exercendo sue legationis officium se conferre, prefati commune, universitas et populus licet requisiti et moniti eundem legatum in Dei et apostolice sedis contumeliam recipere recusarunt. Et licet[k] nos, qui pii more patris salutem zelabamur, sicut adhuc zelari noscimur eorundem, per litteras nostras eisdem transmissas sepius monuerimus et per eundem legatum moneri fecerimus, ut relictis inviis huiusmodi ad sinum et gratiam ecclesie memorate redire curarent, ipsi tamen corde indurato et irreverenti animo salutaria monita huiusmodi dampnabiliter contempnentes nedum continuare predictos detestandos excessus, quin ymo mala malis, scelera sceleribus et culpas culpis aggregare in sue dampnationis cumulum non cessarunt, ita quod suis excecati malitiis per diversoria mortis currendo precipites in deteriora et horribiliora, sicuti inferius exprimitur, sunt prolapsi.

2. Quamvis equidem per diversos processus nostros de fratrum nostrorum consilio solenniter habitos ac ecclesie Avinionensis affixos ianuis et in Italie aliisque diversis mundi partibus publicatos deductum ad communem noticiam extitisset, quod Ludovicus olim Bavarie dux et discorditer in regem Roman(orum) electus suis grandibus[l] culpis, contumaciis, excessibus, inobedienciis exigentibus diversis excomunicationum sentenciis existebat, sicut nunc existere dignoscitur, innodatus necnon iure, si quod sibi ex electione discordi, que de ipso celebrata fuisse dicebatur, ad regnum Romanum vel imperium forsitan competebat, ac ducatu Bavarie omnibusque privilegiis, iuribus, bonis, feudis et honoribus, que a Romana vel quibusvis aliis ecclesiis seu imperio quomodolibet obtinebat, iusto privatus iudicio et de heresi ac scismate successive per processus eosdem servata maturitate debita fuerat sententialiter et publice condempnatus, diversis spiritualibus et temporalibus penis et sententiis propter hoc promulgatis et declaratis inflictis nichilominus contra eum, nosque universis et singulis civitatibus, comunitatibus et uni-

798. b) fil. sal. 2. c) obaudiunt 1. d) adiacere 1; adiciere 2. e) omittat 1. f) *deest* 2. g) Rom. eccl. *des.* 2. h) que *deest* 2. i) sibi 1. k) Et licet *excid.* 1. l) gravibus 2.

1) *Ierem.* 32, 33.

versitatibus ac personis aliis singularibus quibuscunque, cuiuscunque conditionis aut status existerent, etiamsi regali vel alia quacumque dignitate fulgerent, in virtute sancte obedientie ac sub excommunicationis in personas singulares et interdicti in predictas civitates, terras, communitates et universitates, quam eos qui[m] contrafacerent incurrere voluimus ipso facto, necnon privationis privilegiorum quorumcunque apostolicorum et imperialium ac feudorum, bonorum et honorum, que a Romana vel quibusvis aliis ecclesiis seu inperio obtinerent, penis et sentenciis iniungendum districte duxerimus et expressius inhibendum, ne prefato Ludovico in hiis, que ad regimen vel administrationem predicti regni seu imperii pertinebant, quomodolibet intenderent seu parerent nec cum eodem de heresi et scismate condempnato ut premittitur participarent aut eidem faverent seu quomodolibet prestarent auxilium, consilium vel favorem nec privilegia, immunitates, feuda vel iura quecunque reciperent ab eodem nec ea sibi recognoscerent nec ei concederent dominium, rectoriam seu potestatem in aliqua civitate vel loco neve cum ipso etiam societatem, confederationem, pactionem aut ligam contraherent vel inirent et a factis et initis, si que forsan existerent, quanto citius resilire curarent eumdemque Ludovicum non retinerent vel foverent in Italia nec eidem cum armis vel sine armis prestarent auxilium, consilium vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte, tunc apertius nichilominus predicentes[n] eisdem, quod adversus civitates, communitates et universitates necnon personas singulares quascumque, que contra mandatum et inhibitionem huiusmodi presumerent aliquid attemptare, ad privationem privilegiorum, feudorum, bonorum et honorum predictorum et alias coniunctim vel divisim procedere absque citatione alia, si, quando et quociens nobis videretur expediens, curaremus, sicut in eisdem processibus plenius continetur[1]. Tamen predicti . . commune, universitas et populus Tudertin(us) tanquam sue salutis inmemores ac proprie fame prodigi et honoris predictis mandatis, inhibitionibus ac penis et sentenciis deductis sua dampnanda insania in contemptum dicto Ludovico suisque complicibus, fautoribus et sequacibus, cum olim terras dicti patrimonii beati Petri in Tuscia pro invadendis et occupandis terris predictis fidelibusque ibidem commorantibus offendendis et depredandis intrarent, predicti . . commune, universitas et populus Tudertin(us) coadunatis viribus asisterunt et adheserunt contra memoratam Romanam ecclesiam ac prestiterunt multipliciter auxilia, consilia et favores.

3. Et subsequenter missis ad eundem Ludovicum suis . . ambaxiatoribus et nunciis solennibus dominium civitatis Tudertin(e) predicte, quod ad eandem ecclesiam pleno iure pertinere dinoscitur, ipsi Ludovico in manifestam eiusdem ecclesie iniuriam et preiudicium concesserunt de facto, Iohannem Tani de Susinana in eiusdem civitatis vicarium pro dicto Ludovico heretico et scismatico receptando et nichilominus Ludovico prefato certa contra ecclesiam et eius fideles subsidia, presertim de viginti milibus floren(orum) auri quos sibi misisse diversis dicuntur vicibus, prestiterunt[2]. Demum vero non attendentes, quam periculose sint acceptationes, defensiones, participationes et adhesiones hereticorum et scismaticorum, tam memoratum Ludovicum quam Petrum de Corvaria heresiarcham et scismaticum eorumque sequaces et complices in eadem civitate Tudertina cum honore et reverentia receperunt, dicto Ludovico tanquam imperatori et prefato Petro tanquam pape reverentiam exhibendo ac ipsos non absque presumptione plectibili ut tales publice nominando, vocando et ab ipsis et eorum quolibet beneficia et officia ecclesiastica et mundana eorum aliqui recipiendo illosque, quos dictus Petrus in cardinales, prelatos, notarios et officiales de facto promoverat, receptando, similiter honorando, vocando [et] reputando velut in sensum dati reprobum[3] sicut

798. m) *excidit* 1. n) pred. nich. 2.

1) *Supra nr. 685.* 2) *Cf. supra nr. 372 et excerpta varia ibi, itemque ad nr. 488 citata.* 3) *Cf. Rom. 1, 28.*

tales dictaque beneficia et officia adhuc in suarum animarum salutis dispendium retinendo. Rursus interdictum, cui eadem civitas subiacebat, sicut adhuc subiacere propter excessus predictos dinoscitur, quodque venerabilis frater noster . . episcopus Tudertinus inviolabiliter observari mandaverat, violare nequiter et violari facere presertim per fratres Minores criminosos et scismaticos, quos in eadem civitate receptarunt eisque faverunt multipliciter, predicationes et sermones eorum erroneos ac missas et divina officia, que dicto interdicto durante, sicut nunc durat, profanarunt ibidem ipsis presentibus, faventibus et consencientibus dampnabiliter, tanquam male sencientes de clavibus presumpserunt. Et ut sua insania magis omnibus esset nota, pro parte dicti Ludovici quem imperatorem nominabant temerarie in civitate publice preconisari fecerunt predicta, quod quilibet notarius in suis instrumentis poneret pontificatum dicti Petri de Corvaria, quem Nicolaum papam quintum in opprobrium tocius cetus fidelium nominabant. Subsequenter autem Baldinum Gelli de Marsciano [o] et Iohannem Sciarra de Columpna successive admiserunt in vicarios pro eodem Ludovico in civitate predicta. Nec huiusmodi detestandis contenti sceleribus una cum eodem Iohanne Sciarra castrum Sancti Gemini, quod est peculiare predicte Romane ecclesie, violenter et proditorie occuparunt et adhuc in nostram et eiusdem ecclesie offensam et iniuriam occupatum illud detinent, licet per dictum legatum sepius requisiti, restituere recusantes.

4. Cum autem tot et tanta detestanda facinora in divine magestatis offensam, eiusdem ecclesie Romane contumeliam, preiudicium et contemptum ac fidei et fidelium dispendium perpetrata diuciusque continuata et aucta, que adeo dinoscuntur esse per evidentiam facti notoria, quod nulla possunt tergiversatione celari, dissimulare ulterius salva conscientia nequeamus, adversus eosdem . . commune, universitatem ac populum necnon singulares personas ecclesiasticas et seculares civitatis, comitatus et districtus predictorum, qui eorumdem excessuum, delictorum et scelerum patratores fuerunt aut in eis perpetrandis prestiterunt auxilium, consilium vel favorem, quosque diucius de benignitate sedis apostolice, si ad cor redirent, expectavimus, in nomine Domini exsurgentes omnes tales personas videlicet singulares cuiuscunque ordinis, conditionis aut status existant, de predictis culpabiles excommunicationis, eosdem vero . . commune, universitatem et populum necnon civitatem eandem Tudertin(am) cum suo comitatu et districtu interdicti sententiis subiacere ac subiacuisse continue post perpetrationem criminum et excessuum predictorum ac omnes penas et sententias alias, que per processus nostros iam dudum diversis temporibus solenniter habitos contra tales promulgate et inflicte fuerunt, incurrisse nichilominus declaramus. Et cum sit notorium et manifestum, quod dictos hereticos et scismaticos receptarunt, honorarunt eisque faverunt sicut superius exprimitur ac consilium et auxilium prestiterunt, nos ipsos esse fautores hereticorum et scismaticorum omnesque penas et sententias spirituales et temporales, quas iura et quecunque constituciones receptatoribus, fautoribus et defensoribus hereticorum et scismaticorum infligunt, incurrisse pronunciamus et etiam declaramus.

Dat. Avinion(e), Kal. Iulii, anno quartodecimo.

---

798. o) Mazſiario 1.

## 799. IOHANNIS REGIS BOHEMIAE LITTERAE AD AZONEM VICECOMITEM.
### 1330. Iul. 4.

*Servantur nonnisi in litteris pontificis* (tr.) *infra nr. 868 edendis, ubi vide. — Ed. Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 343 nr. 1921 ex* tr.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 194 Iohann nr. 134.*

Iohannes Dei gratia Boemie et Polonie rex ac Lucemburg(ensis) comes spectabili viro Azoni de Vicecomitibus, civitatis et districtus Mediolanensis sacri imperii vicario generali, amico nostro carissimo et salutem et dilectionis[a] affectum.

Super eo quod nos legationis nobis ex parte vestra[b] per strenuum virum Symonem de Vienna militem et in hac parte nuncium vestrum[b] sub commissa sibi credencia et provide et sapienter exposite motu[c] per litteras nostras, que eidem militi in dicendis pro parte nostra fidem et relatus credulos conferebant, nos nuncios nostros ad vos in proximo missuros, vobis nuper duximus pollicendum, dilectionem vestram non lateat, quod obstantibus plurium diversorum[d] negociorum[e] curis hoc hactenus commode nequivimus adimplere. Nunc vero de negociis ipsis aliter disposito circa hec duximus (Aug. 8.) taliter respondendum, quod infra octabam beati Petri ad vincula proxim(am)[f] ad aliquem locum tam vobis vicinum quam nobis, [ubi][g] nobiscum infra dictum terminum poteritis convenire, nos dante Domino personaliter transferemus vel infra eundem terminum nuncios solennes nostros vobiscum habebitis, cum quibus de negociis imperii et nostris poteritis tanquam cum persona nostra propria in omnibus ordinare. Unde secundum hoc aliis imperii fidelibus, quibus expedire videritis, aperire curetis [ac] de nostris et imperii negociis medio pro meliori tempore disponatis, in devocione et constancia solitis postpositis quibuscumque accidentibus persistentes. De nostris in omnibus, que sacri imperii ac nostri honorem respiciant, consilio et consolacione confisi.

Datum Lucemburg(i), IIII. Iulii.

---

## 800—808. LUDEWICI SCRIPTA PRO DIVERSIS.
### 1330. Iul. 13.—31.

### 800. *Privilegium super feudis abbatis Prumiensis.* *Iul. 13.*

*Originale* (or.) *valde corrosum in tabulario regio Marburgensi. Contulimus nos. Pendet sigillum laesum filis sericis rubei flavique coloris. Uncis inclusa non omnino legi poterant.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 71 nr. 1152.*

*Cf. alia scripta l. c. nr. 1155—1157.*

1. Wir Ludowich von Gots genaden Romischer cheyser ze allen ziten merer des richs verjehen offenbar an disem brief und tůn chunt allen den die in sehent, horent oder lesent: Wan Heinrich ein abbt des gotshuses zu Průmen sein lehen von unserr cheyserlichen hant nicht hat enpfangen und uns fůr pennich und unser e[heliche fra]wen die cheyserinne hat gehaben und noch hat und uns nicht auch fůr sinen rehten herren

**799.** a) dilectionem *tr.* b) nostr. *tr.* c) mota *tr.*; motu *vel potius* intuitu *legendum esse videtur.* d) *idem verbum sequitur delet. tr.* e) negociis *tr.* f) vel quod *add. tr.* g) *excidit tr.; ita fere addendum.*

siner herschayft, die da von uns und dem riche ruret, nicht hat bechennet und von der unverstandnůzze und smacheit, da er an verharret ist, und uns von reht alle sein lehen, die er von dem riche hat, uns und dem riche ledich sind worden, des lihen wir und han gelihin dem edlen manne Wilhalm grafen von Katzenellenbogen und sinen erben, ez sin sůn oder toͦchter, also ob die sůn abgyengen, daz ez auf die toͦchter erbe, alle di lehen di der vorgenant abbt und sin gestift zu Průmen von uns und dem riche zu lehen hant gehabt, si sin geystlich oder wertlich, swie si genant sin, auf dem Rine zů Einriche und zů Hůndesrugge und mit namen Rinvels das hus, Sant Gwer die stat mit allem dem daz da gelegen ist daz von dem riche ruret, Palzvelt, Nasteden, Swalbach und waz dar zů gehoͦret. Und wellen in der selben lehen weren an aller der stat, da wir ez von rehts wegen für den churfürsten sullen tůn.

2. Herumb gebieten wir allen unsern und des richs mannen, ez sien [fursten geist]lich oder wertlich, graven, frien, herren, ritter oder knechte, bei unsern hulden, daz si dem furg[enanten grafen Wilhalm und sinen] erben daz helfen beherten mit tat und mit rat, wenne si sî manent dar uber, [daz] si unser und des riches [reht behalten. Wir gebie]ten dir auch grave Wilhalm und dinen erben bei unsern hulden, [daz ir iůch setzet] und auch iůch [under]windet der [furgenanten lehen] von unser und des riches wegen und uns und [dem riche davon] wartent [und tut, als] ir billich [ewerm rechten herrn sollent tun].

3. Und wan auch der furgenant apt unser bede und unserr frawen der[a] cheyserinne, die wir im haben getan für sůllich persone, als von reht ein cheyser und cheyserinn von ir wale und ir chronunge sollent, hat versmehet und nicht [erhoret], dez gebieten wir dir grave Wilhalm und deinen erben, daz ir den selben paffen wer si sin, die mit chuntschaft unser bede kunnen bewisen, helfet, daz in ir pfrůmde werden ledichlich an hindersal, wo si iur bedůrfen. Und waz in auch versezzen ist seit der zit als unser brief sprechent, daz reichet in auch von des abbtes und des gestiftes gůten von Průmen, wo ir ez begriffen můget.

4. Wer auch die vorgenanten grave Wilhalm und sein erben daran hindert, irret oder besweret, der hat unser ungenad also verdienet, daz er vellich ist worden und hat verbrochen hundert march luters goldes, der fumftzich sullen dienen unser und des richs chamer und die andern funftzich grafe Wilhalm und sinen erben für den gewalt und daz unrucht, daz in ist geschehen. Und dar uber ze urchund geben wir in disen brief mit unserm cheyserlichen insigel versigelten.

Der geben ist ze Wizzenbůrg, an sand Margareten tag, da man zalt von Christes gebůrde dreutzehenhundert jar dar nach in dem dreizigstem jar, in dem sechtzehendem jar unsers richs und in dem dritten des cheysertůmes.

## 801. *Facultas civitates construendi.* *Iul. 14.*

*Originale in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 414 ½. Contulimus nos. Sigillum deest filis sericis viridis coloris relictis.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 361 nr. 3291 (Addit. III).*

Wir Ludowich von Gots genaden Romischer cheyser ze allen ziten merer des richs verjehen offenbar an disem brief und tun chunt allen den, die in sehen, hoͦrent oder lesent, daz wir dem edlen manne Johansen grafen von Spanheim unserm lieben getrewen durch der dinst willen, die er uns getan hat und noch tůn sol und auch mach, im und sinen erben erlaubet haben und erlauben mit disem brief, daz si zwo stet ze Winterbach und ze Koppenstein zimmern, gebuwen und machen sullen und mugen mit graben und muren, so si aller peste volbrinngen mugen und wellen. Und wellen auch

800. a) *corr. ex* die *or.*

daz die selben stet gefreiet sein und sten in allen den freyungen, rechten und guten gewonheiten und marchtreht haben ze gelicher weis, als unser und des richs stat ze Oppenheim stet und hat. Und davon wellen wir und gebieten allen unsern amptluten, . . lantvogten, vogten und anderen unsern und des riches getrewen, swie die genant sind, die yetzů sind oder her nach chomen, daz si den vorgenanten Johansen von Spanheim und sein erben an diser unser genade nicht irren, hindern noch beswaern, mer daz si si schermen gen mannichlich, die si leidigen wolten an diser unser genad und freyung, als lieb in unser huld und furderung sein. Dar uber ze urchund geben wir in disen brief mit unserm cheyserlichem insigel versigelten.

Der geben ist ze Wizzemburg, des Samptztages nach Margarete, da man zalt von Christes gebůrd drintzehenhundert jar dar nach in dem dreizigsten jar, in dem sechtzehenden jar unsers richs und in dem dritten des cheysertums.

## 802. *Obligatio civitatum imperii.* *Iul. 21.*

*Originale in tabulario generali Karlsruhano. Contulimus nos. Sigillum laesum pendet filis sericis rubei flavique coloris.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 71 nr. 1154; Regesten der Markgrafen nr. 862.*

Wir Ludowich von Gots gnaden Romischer cheyser ze allen ziten merer des richs verjehen offenbar an disem brief und tůn kunt allen den dy in ansehent oder hôrent lesen, daz wir dem edeln mann Růdolfen dem eltern margraven ze Baden unserm lieben o̊han sibenhundert mark silbers geben han und geben och an disem brief umbe solichen dienst, den er uns und dem rich noch tůn sol, und setzen im und sinen erben oder wem er sie geben wil unser und dez richs stat Såls und Hagenbůch fur dy selben sibenhundert mark. Dy sol er und sin erben also lange inne haben und niezzen mit allen rechten und nutzen dy da zů gehôrent, biz wir oder unser nachkomen an dem rich kunge oder cheyser si von im oder sinen erben oder swem er si geben hat erlosen umbe dy vorgeschribenn sibenhundert mark silbers. Daruber ze urkunde geben wir im disen brief besigelt mit unserm cheyserlichem insigel.

Der geben ist ze Hagenowe, an dem nåhstem Sampztag vor sant Jacobs tag, do man zalt von Christes geburt driuzehenhundert jar dar nach in dem drizzigisten jar, in dem sechzehenden jar unsers richss und in dem driten des cheysertůms.

## 803. 803a. *Obligatio Iudaeorum in Ladenburg.* *Iul. 21 (28).*

*Originale* 1 *ibidem. Descripsimus nos. Sigilli fragmentum pendet filis sericis caerulei viridisque coloris. In dorso scriptum est:* de Iudeis in Lautenburg.

*Minuta vel copia* 2 *in Libro cancellariae imperialis, de quo v. supra ad nr. 676, p. 13 nr. 33. Contulimus nos. Datum praebet:* Sabbato post Iacobi.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 72 nr. 1161 et p. 361 nr. 3292.*

1.

*1330. Iul. 21.*

Wir Ludowig von Gots gnaden Romischer cheiser zů allen ziten merer des reichs verjehen offenlich an disem brief und tůn chůnt allen den die in sehent oder hôrent lesen, daz wir dem erwi[r]digen Gerlach bischof ze Wormsze unserm lieben fůrsten

2.

*1330. Iul. 28.*

Wir Lud(wig) cet. verjehen cet. daz wir dem erwirdigen Gerlachen bischof ze Wormtz und dem vesten ritter Hartmůden[a] von Chronberck und seinen erben geben mit disem brief zwelfhundert pfůnt Haller. Und fůr die selben Haller geben wir ir

803a. a) *ita 2; cf. nr. 805, quod in 2 praecedit.*

umb den dienst, den [er][a] uns und dem reiche noch tůn sol, und dem vesten ritter Hartmann von Chronenberck unserm lieben getriwen und seinen erben umb solichen dienst, den er uns und dem reiche getan hat und noch tůn sol, gegeben haben und geben awch mit disem brief zwelfhundert pfůnt Haller gůter und gæber. Und fůr die selben zwelfhundert pfůnt geben wir ir iegelichem achtzig pfůnt Haller jærlicher gult auf unsern und des reichs Juden, die in der stat ze Laudenburck ietzo sitzent oder her nach si[tze]nt werdent. Und wellen daz ir iegelicher die selben achtzick pfůnt Haller einnemen alleu jare, als lang biz wir oder unser nachkomen an dem reich kůnig oder keiser die vorgeschriben gůlt umb si wider gechawffen umb die vorgeschriben zwelfhůndert pfůnt. Wær auch daz die vorgenanten Juden mit merem dienst und mit grozzer stewr gedienen mohten jærlich uber zwaintzick und hůndert[b] pfůnt Haller, swaz daz wære daz sol uns in unser kamer gevallen. Wir w[el]len auch, ob wir her nach ze rat werden, daz wir alle Jůden in unser kamer wellen ziehen, so sollent uns die vorgenanten . . der bischof, Hartman . . und sein erben, ob er niht enwær, die selben Juden ledick sagen und sullen wir si ir gult anderswa, da si ir sicher sind, berihten. Dar uber zů urchund geben wir in disen brief mit unserm cheiserlichem insigel versigelten.

Der geben ist ze Hagenawe, an dem Sambtztag vor sant Jacobs tag, do man zalt von Christes gebůrt dreutzehenhundert jare dar nach in dem dreizzigstem jare, in dem sehtzehendem jare unsers reichs und in dem dritten des cheisertůms.

ieglichem achtzick pfůnt Haller jarlicher gůlt auf unsern und des reichs Juden ze Laudenberg. Und sullen die selben gult als lang einnemen, untz wir oder unser nachkomen si von in losen umb die egenanten zwelfhůndert pfůnt. Wær awer ob die vorgenanten Juden mit mer dienst und mit grozzer stewer gedieuen mohten jærlich uber zwaintzick und hundert pfůnt Haller, swaz des waer daz sol in unser kamer gevallen. Wir wellen auch, ob wir hernach ze rat werden, daz wir alle Juden in unser kamer wellen ziehen, so sullent si uns die selben Juden ledig lazzen und sull wir si ir gůlt anderswa, da si ir sicher sinde, berihten. Dar uber cet.

Der geben ist ze Hagenaw, anno Domini MCCCXXX, Sabbato post[b] Iacobi, regni cet., imperii cet.

## 804. *Privilegium de non evocando.* *Iul. 26.*

*Copia* (c.) *in Libro cancellariae citato p. 12 nr. 30.* *Contulimus nos.*
*Böhmer, Reg. Ludw. p. 71 nr. 1158.*

Wir Lud(wig) cet. verjehen, daz wir[a] der stat ze Friburg in Brisgow die besundern [gnad][b] getan han, also daz si nieman umb cheinerley sach ze reht sullen stan dann

**803.** a) *excidit* 1. b) *in loco raso* 1.
**803a.** b) *ita* 2.
**804.** a) *seq. del.* de *c.* b) *excidit c.*

vor dem schulth(eizze) und in[c] der stat oder vor uns und unserm hofrihter. Und wûrden si dar uber geladen und geæhtet, daz sol in chein schad sein. Wem awer si rehtes liezzen, der mag anderswo chlagen. In cuius cet.

Dat. in Hagenaw, anno Domini MCCCXXX, feria quinta post Iacobi, regni cet., imperii cet.

### 805. *Receptio in libertatem.* (*Iul. 26.*)

*Copia* (c.) *ibidem p. 12 nr. 31, ubi rubrum* manumissio. *Contulimus nos. Indicatio diei omissa est.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 71 nr. 1159.*

*Cf. infra nr. 828. 829.*

Lud(owicus) Dei cet.

Accedens ad nostre maiestatis presenciam strenuus vir Hartmannus de Chrônberck sacrii imperii ministerialis nobis humiliter supplicavit, quatinus Hartmadum[a] eius natum dignaremur ex augusta liberalitate manumissionis beneficio decorare. Consideracione igitur premissorum devotis supplicacionibus suprascripti Hartmanni favorabiliter annuentes et prefatum Hartmûdum eius natum manumissionis beneficio dignum estimantes, ipsum Hartmûdum in ipsam manumissionem consencientem auctoritate imperiali manumittimus et libertatem sibi damus. Reddentes et facientes auctoritate predicta eundem Hardmûdum[a] libere condicionis hominem et capacem omnium iurium, dignitatum, honorum et[b] libertatum, quorum et quarum liberi homines sunt capaces et que vel qui cadere possent, si libere fuisset ab inicio procreatus. Supplentes nichilominus de plenitudine potestatis omnem deffectum et errorem, si quis forsan in presenti nostra manumissione propter aliquam sollempnitatem iuris extrinsecam vel intrinsecam obmissam esset habitus vel comissus. Nullus ergo cet. sub pena centum lib. auri. In cuius cet.

Dat. in Hagenawe, anno Domini MCCCXXX, regni cet., imperii cet.

### 806. *Obligatio officii scultetatus.* *Iul. 27.*

*Copia* (c.) *ibidem p. 13 nr. 34. Contulimus nos.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 71 nr. 1160.*

Wir Lud(wig) verjehen cet., daz wir dem vesten ritter Chûnr(at) von Hilzigg, seinen brûder und seinen erben fûr dreuhundert marck silbers daz schulthaizzampt unser stat Mulhausen versetzet haben, also daz er, sein brûder und sein erben daz schulthaizzampt inn haben und niezzen sont mit allen rehten und nûtzen, biz wir oder unser nachkomen an dem reiche daz selb schulth(aizzambt) von in umb die drewhundert[a] marck erlosen. Ze urchund cet.

Dat. in Hagenaw, anno Domini MCCCXXX, feria sexta post Iacobi, regni cet., imperii cet.

### 807. *Cessio iudicii et bonorum imperii.* *Iul. 29.*

*Originale* (or.) *in tabulario secreto reipublicae Bawaricae. Descripsimus nos. Pendet sigillum parum laesum filis sericis rosei viridisque coloris. — Ineditum.*

Wir Ludewig von Gots gnaden Romischer kayser zu allin zitin merer des reychis tun kunt allin den die disin brief sehin oder horint lesin, daz wir dem vestin manne Gerharte von Spanheim genant von Neuen unserm libin getreuwin und sinin erbin durch

**804.** c) *supra lineam add. c.*

**805.** a) *ita c.* b) *sequ. del.* dignitatum *c.*

**806.** a) *sequ. del.* pfûnt *c.*

den dinst den er uns getan hat vorlihin habin und vorlihin daz gerichte und die gût zu Neuen mit allin rechtin und zugehôrdiu wie die genant sin, die wir in durch recht lihin sullin. Und wellin daz in[a] nieman dar an hinder bey unsern und des reychis huldin. Und dar ubir so gebin wir im disin brief zu einim gezeuge disir sache vorsigilt mit unserm insigel.

Disir brief ist gebin auf dem velde zu Haginowe, an dem nehestin Suntage nach sand Iacobs tage, in dem sechtzehindin jare unsers reychis und in dem drittin unsers kaysirtûmis.

## 808. *Statutum super civibus non recipiendis.* *Iul. 31.*

*Originale in tabulario regio Stuttgardiensi. Descripsimus nos. Pendet sigillum laesum filis sericis flavi viridisque coloris. — Ineditum.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 72 nr. 1165.*

Wir Ludowich von Gots genaden Romischer cheyser ze allen ziten merer des richs verjehen offenbar an disem brief und tûn chunt allen den die in ansehent oder hôrent lesen, daz wir dem edlen manne Ulrichen grafen ze Wirtenberg unserm lieben ôheim die besundern genad getan haben und tûn auch mit disem brief, daz nieman dhein sin lûte die in angehôrent noch sin amptlût oder sin diener in dhein stat ze burger enpfahen sol. Und wer ez dar ûber taet, so wellen wir daz daz dhein chraft oder macht habe und daz si die also enpfangen werden der selben stet vreyheit in dheinig weg nicht geniezzen sullen noch enmugen. Und dar uber ze urchund geben wir im disen brief mit unserm cheyserlichem insigel versigelten.

Der geben ist ze Hagenowe, an dem Dinstag nach sand Iacobs tag, da man zalt von Christes gebûrd driutzehenhundert jar dar nach in dem dreizigsten jar, in dem sehtzehenden jar unsers richs und in dem dritten des cheysertums.

---

## 809. LITTERAE BERNARDI IORDANI DE INSULA REGI ARAGONUM MISSAE.
## (1330.) Iul. 20.

*Originale* (or.) *chartaceum in tabulario regio Barcinonensi CRD 3399. — Ed. Finke 'Acta Aragonensia' I, 449 nr. 299 ex* or. *(decurtatum). Editionem repetimus.*

... Item quel antipapa a scrit al papa en tal manera, deteribuntz[a] per alcunas personas avia comesa aquela malvestat et aquela error e que ara ... regoneyxia sas colpas e que era aparellat des usar tota la penitencia, quel papa li mandes far. E finalment conclusia, ques tenia a pagat, quel papa le fes far sa penitencia en Roma e que romangues aqui penitencier del papa. E legidas las ditas letras del antipapa dix ayso als cardenals e que cossintessen[a], si ayso era prendedor ...

En cort a vengut enbayxadors de part dels nobles d'Alamanna per dir al papa alcus[a] tractamens que an agutz sobre la reconsiliacio del Bauari, la qual certament no es encara publicat. Ni sap hom, quins es ...

Die XX. Iulii.

**807.** a) *corr. super* sie *delet. or.*

**809.** a) *sic or.*

## 810. PROTESTATIO EPISCOPI BRANDENBURGENSIS.
### 1330. Iul. 28.

*Originale* (or.) *in tabulario regio Dresdensi. Iussu praefecti collatum est. Pendet sigillum laesum loro membranaceo. — Ed. Riedel 'Codex diplomaticus' B II, 62 nr. 667 ex* or.

Wir Ludewig von Gotes gnadin bischof von Brandinbůrg bekenin offenlich an disem brife allen den di in sein odir horen lesin, daz wir mit gůtin willen unbetwngen gewest sint zů Ysenach und haben gebeit do zukunft unsers herrin des keysers zů berichtene und zů endene mit um unse geschefte und sachen und daz wir von unsem herrin dem marcgravin von Misne zů Gotha sint gescheiden, also hy nach geschriben stat: Wir sullin uns do zů halden und gereyten, daz wir varen in unses herrin hof des keysers, so wir schirst můgen. Wer aber daz unser herre der keyser zurnin wolde odir vor ungut inphan umb den orlob, der uns gegebin ist von unserm herrin den marcgraven von Misne, so sulle wir in vier wochin dar nach, also wirs gemant werden von unsem vorgenanten herrin dem marcgravin von Misne, kůmen keyn Ysenach und do von nicht kůmen den mit simen willen unde geheize. Wir bekenin ouch daz wir alle dise vorgeschriben stucke und rede haben gelobet stete und ganz zů haldene an argelist, also daz di brife, sache unde rede, die do vor zvissen unserm herrin dem keyser und uns gegebin und geschen sin, do vor der edele man greve Gunther von Lindow und Hasse von Wedele gelobet haben[1], stete, ganz und unvorschrotin bliben und von disen sachen keyn swachunge und hindirnisse inphan.

Und gebin dor obir disen brif vorsigelt mit unsem heymelichen ingesigele in der stat zů Gotha, also man zalte von Gotes gebůrt thusint jar drihundirt jar in dem dryzegistem jare, an dem Sunnabende nach dem tage des heyligen apostolen sande Jacofs.

Do bi sint gewest di erberin lůte unse herre bischof Heinrich von Nwenbůrg, der ouch sin ingesigele hengit an disem brif zů eyme gezůcnisse, greve Gunther der eldere, greve Heinrich sin vettere der herre ist zů Arnstete, greve Gunther der jungere von Swarzbůrg, her Heinrich von Gera, her Otte von Kothewicz der do marsalk ist unsers herrin des marcgravin von Misne und andirre vrumen herrin und lůte vil.

Und wir Heinrich von Gotes gnadin bischof von Nwenbůrg bekenin an disem brife, daz wir bi alle dirre vorgeschriben rede und gelubde gewest sint und gehort haben, und hengin unse heimeliche ingesigele dar an zů eyme gezucknisse, an dem tage und in der stat also vor geschriben stat.

---

## 811–819. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.
### 1330. Iul. 28.—31.

**811.** *Litterae ad Iohannem regem Bohemiae priores. Iul. 28.*

*Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom.* $115^{II}$ *fol. 169 nr. 1959. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 472 nr. 1358 ex* c.

1) *De his rebus litterae servatae non sunt.*

Iohanni regi Boemie illustri.

Dil. fil. nobiles viros Iofridum comitem de Linanges et Guillelmum Pinchon archidiaconum Abrincensem ac Nicolaum de Monstorf clericum ambaxiatores et nuncios regios nuper ad nostram presenciam destinatos necnon litteras tuas ab eis nostro apostolatui presentatas benigne recepimus et que coram nobis curaverunt pro parte regia tam verbo quam scriptis proponere dicteque littere continebant, intelleximus diligenter. Tandemque premissis diligenti premeditatione discussis eorundem nunciorum ambaxiate respondimus, sicut in litteris nostris, quas inde tue celsitudini dirigimus, regalis circumspectio plenius poterit intueri[1], illis ex petitionibus pro parte regia per eos nobis oblatis, quas honeste secundum Deum potuimus, ad exauditionis gratiam introductis nichilominus, prout ipsi nuncii regie celsitudini referre seriosius poterunt viva voce.

Dat. Avinion(e), V. Kal. Augusti, anno quartodecimo.

## 812. *Litterae ad Ottonem ducem Austriae priores.* *Iul. 28.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115 II fol. 169 nr. 1960. Descripsimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 473 nr. 1359 ex* c. *(decurtatum).*

Ottoni duci Austrie.

Dil. fil. nobiles viros Rudolfum de Ochsestein et Nicolaum de Wrowinveld[a] capellanum tuum tue nobilitatis ambaxiatores et nuncios ad nostram[b] nuper presenciam destinatos necnon litteras tuas ab eis nostro apostolatui presentatas[2] benigne recepimus et que coram nobis tam voce quam scriptis pro parte tua curaverunt proponere dicteque continebant littere, intelleximus diligenter. Tandemque premissis diligenti meditacione discussis eorundem nunciorum ambaxiate respondimus, sicut in litteris nostris, quas inde magnificentie tue dirigimus[1], tua potest circumspectio plenius intueri, illis ex petitionibus per ipsos pro parte [tua] nobis oblatis, quas honeste secundum Deum potuimus, ad exauditionis gratiam introductis nichilominus, prout ipsi nuncii tue prudencie referre seriosius poterunt viva voce. Alia vero, de quibus tibi per alias litteras[3] scribimus, nuncii nostri, quos ad eas partes de intentione nostra plenius informatos destinare intendimus, tib[i] plenius reserabunt.

Dat. ut supra[4].

## 813. *Litterae ad eundem alterae.* *Iul. 31.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115 II fol. 170 nr. 1962. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 475 nr. 1367 ex* c.

Ottoni duci Austrie.

De tua fili memoria non credimus excidisse, [quod] tam prompte quam efficaciter obsequiis sancte matris ecclesie te nobis per tuas nudius tercius litteras[2] obtulisti. Et licet angeli sathane non defuerint, qui te multis falsis suggestionibus a tam laudabili laboraverint multipliciter revocare proposito teque illius gehenne filii et maledictionis alumpni[5], qui sibi nomen indigne nimis imperatoris presumit assumere, adicere servituti, divina tamen ut letanter audimus tibi assistente dextera, spretis insanis eorum suasionibus in tuo primo proposito solidius perstitisti. Gratias igitur[a] tantam largienti gratiam uberes referentes tuamque constanciam merito plurimum commendantes in Domino et

**812.** a) Wrowimeld *c.* b) nostros *c.*

**813.** a) tibi *add. c.*

1) *Infra nr. 814.* 2) *Supra nr. 797.* 3) *Infra nr. 813.* 4) *Scil. nr. 811.* 5) *Cf. Matth. 23, 15 et 2. Petr. 2, 14.*

gratiarum actionibus prosequentes circumspectionem tuam rogamus in Domino et hortamur attente, ut cogitans et recogitans diligenter, quod illius hominis communicatio communicantes sibi nisi in hiis, que ad salutem eius anime pertinerent, inficit Deoque odibiles reddit necnon quod promissiones eius vane sunt, cum nichil nec de suo quondam patrimonio et utique minus de hiis que ad regnum et imperium pertinent de iure habeat, sed tirannice et de facto dumtaxat, ad eius promissiones seu largitiones mentem tuam non erigas, sed attendens, quod modicum fermenti[1] totam massam corrumpit, et attente considerans, quod illud quod ab ipso reciperes id quod obtines licite fermentaret, eius promissiones, in quibus iuxta illud poeticum 'Pollicitis dives quilibet esse potest'[2] se divitem reputat, respuens largitiones eius, quas effuse velut de alieno non veretur facere, non attendas. Vulgo siquidem dicitur, quod large corrigie de corio consueverunt fieri alieno[3]. Hoc probavit sapiens in illis duabus mulieribus, quarum quelibet infantem vivum suum proprium asserebat[b]. Cum enim dixisset: 'Dividite infantem unum et cuilibet mulieri dimidiam date', illa cuius erat filius dixit regi: 'Obsecro domine date illi infantem vivum et non occidatur'. Alia vero dicebat: 'Nec michi nec tibi sit, sed dividatur'. Rex autem precepit dicens: 'Date huic scilicet que infantem interfici noluit nec dimidiam sibi dari, et non occidatur. Hec enim' inquit 'est mater eius'[4]. Cognovit itaque illam non esse matrem que infantem voluit dividi, sed illam que ipsum vivum voluit preservari. Sic etiam dixit ipse Bavarus de imperio fratri tuo: 'Nec michi nec tibi sit, sed dividatur'. Ex quo sapientes possunt evidenter percipere, quod ad istum nec regnum nec imperium perinde pertineat, cum effuse non vereatur eorum bona distribuere et dividere, ut possit in sua tirannide remanere. Considera fili nichilominus penas graves iuris et hominis, quas sunt adherentes ei vel de regno seu imperio recipientes aliquid incursuri, nec[c] a matre tua sancta ecclesia catholica, que te gerit velut predilectum filium in caritatis visceribus, separes timore, precio vel amore, sed sic illi iunctus caritatis glutino adherere studeas, quod coronam, que solis est cum illa perseverantibus repromissa, percipere merearis. Quod tibi concedat, qui velle tribuit hoc et posse. Scimus fili, quod si hec que tibi suademus adimplere studueris, favor, subsidium et auxilium ecclesie tibi non deerunt, sed aderunt pocius circa ea, sicut per certos nuncios, quos ad eas partes destinare proponimus, tue magnificencie plenius patefiet.

Dat. Avinion(e), II. Kal. Augusti, anno quartodecimo.

## 814. *Litterae Iohanni regi, Baldewino archiepiscopo et Ottoni duci directae.* *Iul. 31.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115$^{II}$ fol. 171' nr. 1971. Contulimus nos. — Ed. Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 347 nr. 1930 ex* c.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 223 Päbste nr. 104.*

Regi Boemie.

1. Regie serenitatis litteras pridem recepimus continentes, quomodo tu fili carissime et venerabilis frater noster . . archiepiscopus Treverensis patruus tuus diebus istis cum Bavaro de voluntate et conscientia magnifici principis Ottonis ducis Austrie et per eum super hoc informati plenius tractatus aliquos personaliter habuistis. Qui quidem tractatus sancte Romane ecclesie ac persone nostre secundum tuum fili carissime ac dictorum principum iudicium utilitatem respiciunt in omnibus et honorem, prout tu et ipsi per ambaxiatores vestros solennes in proximo destinandos ad curiam nos intendebatis

**813.** b) afferebat *c.* c) et *c.*

1) *Cf. Gal. 5, 9.* 2) *Ovid. ars amat. 1, 444 (J. WERNER).* 3) *Cf. Bebel 'Proverbia germanica' ed. Suringar nr. 245 (J. WERNER).* 4) *3. Reg. 3, 25—27.*

plenius informare. Subsequenter vero alias regias etiam recepimus litteras [1] continentes, quod ad nostram presentiam dil. fil. nobiles viros Iofredum comitem de Linanges, Symonem Philippi militem, Guillelmum Pinchon archidiaconum Abrincensem consiliarios ac Nicolaum de Mestorf clericum regios destinabat. Quibus quidem nunciis tu et prefatus archiepicopus in hiis, que nobis ex parte vestra exponerent viva voce, tanquam vobis adhiberi fidem plenariam petiistis. Quos utique excepto dicto Symone, qui dicebatur propter egritudinem impeditus, una cum prefati ducis Ottonis nunciis [2] consideratione mittentium benigne admisimus et audivimus diligenter.

2. Quibus auditis et que proposuerunt [a] orethenus plenius intellectis, nuncii ipsi sub commissa sibi credencia prefata quandam nobis exhibuerunt cedulam tenoris et continentie subsequentis:

'Ista est intentio dominorum — scilicet in regno et imperio.' *supra nr. 762.*

3. Nos autem ad predicta et ea que eorum domini circa illa nobis scripserunt, ipsis verbo respondimus et eorum dominis ut sequitur per scripturam:

'Profecto fili quin intentio tua aliorumque principum circa premissa recta fuerit, nequaquam in dubium revocamus. Sed fuisset admodum nobis gratum, quod tu fili carissime et prefati principes condicionem prefati Bavari et ingressum eius ad imperium et in eodem progressum examinassetis attencius in consistorio rationis. Profecto ipsum reperissetis privatum iure, si quod sibi ex electione illa in discordia celebrata quesitum fuerat, iusticia exigente. Et quia hiis non contentus Marsilium de Padua et Iohannem de Ianduno, qui quendam librum composuerant plures hereses continentem et ad eum velut hereticorum patronum fugerant, prompte recipere et ut illas [b] predicarent publice, necnon et hereticis aliis in partibus Italie publice non erubuit impertiri favorem, fuit declaratus hereticorum fautor publicus et notorius et ut hereticorum fautor exigente iusticia condempnatus. Sane quia diucius expectatus ab hiis non resipuit, sed velut venumdatus, ut faciat malum [3], nedum favorem impendere curavit hereticis, sed ipsis heresibus facto et verbo se publice non est veritus inmiscere, fuit merito pronunciatus hereticus et ut hereticus exigente iusticia condempnatus, prout hec in processibus apostolicis plenius continentur [4]. Ex predictis satis potest eius inhabilis condicio ad tale fastigium apparere. Qualis autem ingressus eius ad imperium fuerit, ex sequentibus patet, quod Deo odibilis, iniuriosus sancte Dei ecclesie et de facto dumtaxat nimium temerarie attemptatus [est] [c]. Sicut enim ex predictis iam liquet, electus fuerat in discordia privatusque exigente iusticia iure, si quod sibi ex electione eadem fuerat acquisitum, et nichilominus fautor hereticorum declaratus et hereticus et ut fautor et hereticus condempnatus. Quibus non obstantibus, ut ad ea que requirit imperialis dignitas, videlicet iniunctionem, consecrationem et coronationem posset saltem pervenire de facto, cum de iure non posset, Petrum de Corbario in Christi opprobrium, subversionem catholice fidei et iniuriam tocius cetus catholici in antipapam assumere non expavit. In quo quidem facto confessus est ipso facto illam dampnatam heresim, quam incurrerat antea, scilicet quod ad imperatorem papam pertineat ordinare. A quo quidem Petro se pati inungi [5] seu fedari potius non erubuit ac per Romanos, quibus hoc non competit, etiam coronari. Ex quibus patet, qualis ingressus eius fuerit ad imperialis fastigium dignitatis. Progressus autem eius qualis fuerit, est lippis et tonsoribus satis notum [6], quia ubicumque fuerit, ecclesiam catholicam et fideles est inmanissime ut membrum sathane persecutus, ecclesias ipsas vasis et ornamentis spoliando, ecclesias ac fideles compellendo violare interdictum ecclesiasticum et prophanare divina, spoliando insuper viros catholicos suis

**814.** a) *in margine add. c.* b) illos *c.* c) *excidit c.*

1) *Servatae non sunt.* 2) *Cf. supra nr. 763.* 3) *3. Reg. 21, 25.* 4) *Supra nr. 361 et 575.* 5) *Cf. pontificis Litteras additionales infra nr. 872.* 6) *Horat. 1. Sat. 7, 3.*

prelationibus et beneficiis ac eis de facto hereticos seu scismaticos subrogando ipsisque hereticis et scismaticis contra catholicos inpertiendo favorem et consilium ac fideles ipsos inmaniter persequendo. Profecto sicut fili probabiliter arbitramur et credimus, quod si ad memoriam tu et dicti principes revocavissetis predicta, nullatenus dixissetis ipsum remanere in regno et imperio ad utilitatem et honorem nostros et ecclesie vestro iudicio pertinere. Quomodo posset ad utilitatem et honorem ecclesie pertinere, quod vir tam reprobus de fautoria hereticorum et heresi iusto condempnatus iudicio regno et imperio presideret, qui etiam impresentiarum hereticos in suo habet consorcio et quantum ad clericos hereticorum et scismaticorum consilio gubernatur. Tenet enim in suo consorcio Iacobum dudum Castellanum episcopum Castellano episcopatu privatum, quem in anticardinalem de facto creari per prefatum P(etrum) de Corbario idem Bavarus procuravit, item Michaelem de Cesena olim ordinis fratrum Minorum generalem ministrum, qui suis exigentibus demeritis est pronunciatus hereticus et de heresi condempnatus, Guillelmum quoque de Okam Anglicum fratrem ordinis Minorum heresiarcham, qui hereses varias dogmatizabat publice et scripta fecerat heresibus et erroribus plena, propter que fuerat vocatus ad curiam eiusque scripta fuerant pluribus doctoribus assignata, ut ea deberent examinare cum diligentia et que invenirent hereticalia seu erronea declararent, qui iam multos articulos hereticales declaraverunt, qui quidem male sibi conscius fuge presidio vitare voluit canonicam ultionem, Bonagratiam insuper de Pergamo ordinis fratrum Minorum, qui suis demeritis exigentibus in curia fuerat arrestatus et iuramento prestito, quod de curia non recederet absque licentia apostolice sedis, obligatus, qui male similiter sibi conscius de curia ad ipsum Bavarum et Petrum de Corbario una cum Michaele et Guillelmo predictis gressus suos infelices dirigere curaverunt. Marsilium quoque de Padua condempnatum de heresi in sua familiaritate detinere presumit. Talibus est stipatus consiliariis, talium consilio, ne dicamus decipitur, gubernatur. Qualem itaque posset de tali homine habere ecclesia defensorem? Si enim in arido id est sine statu nisi usurpato tam crudelis sibi persecutor extiterit, qualis eidem putas existeret, si in viridi[1] hoc est in statu solido se videret[d]? Rursus quomodo sub regimine talis hominis posset christianus populus, quem sic afflixit inmaniter, quiescere in pu[l]chritudine pacis? Profecto fili talem hominem dimittere in regali et imperiali regimine non esset consulere populo, sed nocere, non prestare regimen, sed augere discrimen. Si enim integritas presidencium salus est subditorum, sequitur quod instabilitas et infidelitas ipsorum scilicet presidencium perditio sit eorum scilicet subditorum. Qualem putas fili ex principatu huiusmodi, quem extorsit seditio et ambitus occupavit, subsequi posse finem? Profecto sperari non potest probabiliter, quod bono peragi possint exitu, que tam malo et perverso sunt[e] principio inchoata. Audi quid de talibus principibus sapiens dicat: 'Regnantibus' inquit 'impiis ruine hominum'[2] scilicet subsequuntur. Et alibi: 'Gemet' inquit 'populus, cum impii sumpserint principatum'[3]. Attende fili, quantum esset gregi dominico sub tam infideli principe vivere formidandum. Teste enim sapiente, qualis est rector civitatis, tales scilicet sunt vel fiunt habitantes in ea[4]. Esset itaque nimium formidandum, quod si remaneret in prefato regimine, multos a fide retraheret catholica sueque perfidie quod absit plurimos aggregaret. Adhuc fili quantum in principe quolibet veritas requiratur, tua non ignorat prudencia et quantum in eo vigeat, te audivimus non latere.'

4. 'Sane si que offeruntur pro parte fili carissime cogites diligenter, reperies utique quod de tot et tantis excessibus per eum commissis emendam Deo et ecclesie nullam offert.

**814.** d) videretur *c.* e) sicut *c.*

1) *Luc. 23, 31.* 2) *Prov. 28, 12.* 3) *Ib. 29, 2.* 4) *Eccli. 10, 2.*

(I) Imprimis enim offertur pro parte sua, quod ipse Bavarus deponet suum hereticum antipapam. Hoc autem non est offerre emendam aliquam de commissis. Primo quia etiam si verus imperator existeret, quod tamen constat eum non esse, depositio talis ad eum minime pertineret. Secundo quia ipsemet Petrus de Corbario reatum suum humiliter recognoscens a statu illo, quem de facto receperat, illi renunciando se de facto deposuit et ab ipso di[s]cessit Bavaro, sicut nobis idem P(etrus) hiis diebus preteritis per suas litteras manu scriptas propria, quarum tenor in hec verba sequitur, nunciavit:

'Reverentissimo ac sanctissimo patri et domino domino I(ohanni) pape sacrosancte Romane ecclesie frater Petrus de Corbario dignus omni pena se ipsum ad pedes cum reverencia vere subiectionis.

Licet secundum canonem evangelice veritatis, qui non intrat per hostium in ovile gregis dominici, fur appellatur et latro[1] rapacitatis lupine[2], audiens et considerans diligenter tam enormia scelera pravitatis heretice[f] stilo ferreo exarata in ungue adamantino[3], quanta dicebantur a multis de vestra solida fide, sicut presumptuosus, temerarius et superbus ascendi supra astra celi ecclesiastica, ubi michi meis peccatis exigentibus parata fuit sedes inique prelationis[4]. Set postquam deveni ad territorium Pisanorum et quesivi diligentissime de predictis et inveni, quod obliqua erant et falsa et deficiebant in pondere veritatis, dolui et doleo vehementer et penitet me fecisse que feci contra iura et leges vestri sacratissimi nominis de consilio perversorum. In cuius rei testimonium iam est completus annus quod adversarium vestrum sponte dimisi et sedem mei presumptuosi culminis dereliqui. Et propono firmiter in civitate Pisana et etiam in Urbe atque ubique locorum renuere, secundum quod vestra beatissima sanctitas decreverit ordinandum. Et quia gravissime peccavi et erravi patenter in invio[5] et non in via, supplico vestre clementissime pietati, quatinus michi maximo peccatori dignemini parcere secundum multitudinem magnam misericordie[6] Dei vivi, ut renuens ex totis visceribus deleam et adnichilem supradicta de cordibus universorum fidelium et ora claudam[7] omnium [obloquentium][g] de vestra serenissima sanctitate, ut in ecclesia de cetero sit unus pastor et unum ovile[8] pro pace totius populi christiani.

Dat.'

(II) Secundo dicitur, quod recedet de appellatione sua. Certe nec emendam aliquam per hoc offert, cum nec sue appellationi si qua fuerit renunciare nisi de facto valeret, cum de iure non tenuerit velut ab heretico interiecta et ab eo, a quo non licet, cum superiorem non habeat, appellare.

(III) Tertio offertur, quod omnia que fecit seu attemptavit contra nos et sanctam Romanam ecclesiam, cum effectu debeat revocare. In hoc etiam clare patet, quod emenda aliqua non offertur. Contra nos enim seu contra Romanam ecclesiam non potuit nisi de facto aliquid facere. Unde si quod de facto fecit, de facto revocet, in hoc nulla Deo, nobis seu ecclesie prestatur emenda.

(IV) Quarto pro parte eius offertur, quod recognoscet se excessisse et sententias excommunicationis ipsum ligasse. Per hoc patet etiam, quod nec Deo, nobis nec ecclesie aliqua offertur emenda.

(V) Quinto offertur pro parte eius, quod gratie nostre se offerret ad misericordiam. Per hoc quippe offert, quod a nobis petet misericordiam, non quod aliquam prestet emendam.

**814.** f) *in margine add. c.* g) *excidit c.*

1) *Ioh. 10, 1.* 2) *Cf. Act. 20, 29.* 3) *Ierem. 17, 1.* 4) *Cf. Ps. 93, 20.* 5) *Cf. Ps. 106, 40.* 6) *Dan. 3, 42.* 7) *Cf. Esth. 14, 9.* 8) *Cf. Ioh. 10, 16.*

(VI) Ultimo concluditur pro parte Bavari supradicti, quod omnes oblationes predicte intelligantur ita, quod Bavarus in honore et statu permaneat scilicet in imperio et in regno. Ex quo procul dubio evidenter concluditur, quod de hiis que commisit est impenitens homo iste et ideo reddit absolutione qualibet, que nulli nisi penitenti conceditur, merito quantum in eo est se indignum. Sed iuxta hoc querimus fili, quomodo intelligat iste Bavarus in regno et imperio remanere. Aut enim intendit remanere in statu et regno sine iure in eis de novo querendo aut per ius novum, quod intendat acquirere in predictis. Si enim illa sine novo iure intelligat retinere, sequitur quod regnum et imperium sine iure et honore imperiali et regio detineret. In regno siquidem nullum ius obtinet in presenti, cum iure, si quod sibi per electionem in eodem quesitum fuerat, iusto iudicio sit privatus. Quantum ad imperium autem, quia nomen imperatoris per inunctionem, consecrationem et coronationem quis nanciscitur factas quidem a vero Romano pontifice seu alio eius auctoritate, patet ipsum Bavarum ius aliquod non habere, quia non a vero summo pontifice, sed ab antipapa recepisse noscitur supradicta scilicet inunctionem, consecrationem et coronationem. Quare sequitur quod hoc casu imperium sine iure aliquo[h] obtineret et per consequens quod nisi de novo ius sibi in regno et imperio quereret, nec rex nec imperator debet dici a fideli aliquo, sed fur et latro iuxta nostri sententiam Salvatoris dicentis, quod qui non intrat per hostium in ovile ovium sed aliunde, non pastor ovium sed fur et latro[1] potius est dicendus. Et quod nullum ius in regno vel imperio habeat in presenti, palam est recte consideranti. Constat enim ipsum multa notorie commisisse, ex quo illa discors electio celebrata extitit, propter que et quodlibet eorum se prorsus fecisset ab honore regni et imperii alienum. Si vero intelligat, quod sibi de novo in regno et imperio ius acquiret, constat quod cum sit sacrilegus excommunicatus et tyrannus crudelissimus, nec a quoquam posset eligi nec sibi etiam ab aliquo, cum tales sint ineligibiles, de regno et imperio provideri. Cum igitur petit Bavarus, quod in honore suo et statu remaneat scilicet in imperio et in regno, possumus sibi dicere, quod Dominus dixit filiis Zebedei: 'Nescitis quid petatis'[2]. Vere ipse hoc petendo ignorat quid petat. Rem siquidem impossibilem petit. Impossibile enim est ipsum remanere in imperiali honore et regio sine novi iuris acquisitione, cum honorem et dignitatem non habeat, sed ipsum regnum et imperium sine ipsorum honore visus est usurpare tyrannice et adhuc nititur retinere.'

5. Rogamus itaque providenciam regiam et in Domino exhortamur, quatinus premissa attente considerans et nichilominus pericula varia et inconveniencia innumera, que eius prefata presidencia universali gregi dominico comminatur, consideranter attendens et ad ea que honorem Dei, statum ecclesie et imperii respiciunt prosperum, te convertens partes tui consilii et auxilii sedule interponas, quomodo de persona digna tanto regimine provideri debeat, sub qua fides stabiliatur catholica, augeatur fidelium numerus et a noxiis preservetur. Ad quod quidem nos promptos dante Domino reperies et omnino paratos. Licet autem offense predicti Bavari excedant omnes alias, que legantur a patrum nostrorum temporibus hactenus perpetrate, quia tamen licet inmeriti vices illius in terris gerimus, qui cum iratus fuerit, non obliviscitur misereri[3], ac more pii patris conversionem eius et salutem intensis desideriis affectamus, ad Dei honorem tuique et aliorum principum predictorum intuitu et ut salus ipsius Bavari et multorum aliorum vobis mediantibus procuretur, offerimus, si ad gremium ecclesie redire voluerit

814. h) aliquod *c*.

1) *Ioh. 10, 1.* 2) *Marc. 10, 38.* 3) *Cf. Tob. 3, 13 et Ps. 76, 10.*

dictus Bavarus, sicut debet, ipsum benigne recipere nos paratos eique tantam et talem impertiri graciam, quod tu et principes supradicti poteritis merito contentari.

Dat. II. Kal. Augusti, anno XIIII.

In e. m. . . archiepiscopo Treverensi

In e. m. Ottoni duci Austrie.

## 815. *Litterae ad episcopum Argentinensem aliosque.* *Iul. 31.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115[II] fol. 173' nr. 1972. Contulimus nos. — Ed. Hauviller 'Analecta Argentinensia' I, 211 nr. 251 ex* c.

Episcopo Argentinensi.

Ne lingua tercia[1] vera supprimens seu falsa proferens circa ea, que per nuncios carissimi in Christo filii Iohannis regis Boemie illustris ac venerabilis fratris nostrorum Balduini archiepiscopi Treverensis necnon dil. fil. magnifici viri Ottonis ducis Austrie ex parte ipsorum circa negocium Bavari fuerunt verbo proposita et in scriptis queque per nos tam per eosdem propositis quam per eorum dominos circa illam materiam nobis scriptis extiterunt responsa, tui quietem animi valeat perturbare, ecce quod ad fraternitatis tue noticiam illa nil detracto vel addito deducimus per presentes. Ipsi enim verbo primo et subsequenter per scripturam patentem ipsorum communitam sigillis proposuerunt in nostra et plurium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium presencia que sequuntur:

'Ista est intentio dominorum scilicet regis Boemie, . . archiepiscopi Treverensis et . . ducis Austrie, quod per eos tractetur et cet. ut supra in illa que dirigitur dicto regi Boemie usque in finem.'[2]

Datum ut supra[3].

In eundem modum fuit scriptum mutatis mutandis multis nobilibus et communitatibus diversarum parcium, sicut in rubricis reperitur.

## 816. *Litterae ad comitem Iuliacensem aliosque.* *Iul. 31.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115[II] fol. 170 nr. 1961. Descripsimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 474 nr. 1364 ex* c. *(decurtatum); Sauerland l. c. II, 356 nr. 1934 ex* c. *(decurtatum).*

Willelmo comiti Iuliacensi.

Non delevit a nostra memoria dilecte fili ingratitudinis mater oblivio, quin pocius probata rei experiencia cordi nostro[a] infixit inmobiliter integritatem devotionis et fidei, qua ad nos et Romanam ecclesiam viguisti hactenus et viges animosius incessanter nec etiam quod, prout a pluribus recepimus fidedignis, tu et nonnulli potentes illarum parcium cunctis machinationibus subdolis procul pulsis et inimicorum Dei et ecclesie sancte sue prorsus devitatis consorciis nunc usque in fida constancia perstitisti. Que cum cordis leticia merito recensentes ac providenciam tuam cum uberibus gratiarum actionibus super hiis plurimum in Domino commendantes, nobilitatem tuam rogamus et in Domino attencius exhortamur, quatinus consideratis periculis variis, que eorundem inimicorum adhesio secum trahit, et quantum constancie virtus extollat quantumve inconstancia infidelitatis mater in principe presertim vere nobilitatis eius nominis claritatem obnubilet, in debita rationis libra pensato, in solita constancia et fidelitate debita velis persistere inconcusse. Quia vero, prout quorundam relatu percepimus, nonnulli parcium earundem tui honoris et fame zelatores fallaces ac nostri et dicte ecclesie orthodoxeque

**816.** a) *sequ.* n̄ro *delet.* c.

1) *Eccli. 28, 16 et 19.* 2) *Supra pag. 687 lin. 12—690 lin. 33.* 3) *Scil. nr. 814.*

fidei atroces persecutores et hostes te eorum dolosis suggestionibus a firmo et laudabili perquam proposito divertere et ut dil. fil. nobili viro Ottoni duci Austrie in hac parte non propriam, sed pocius Dei et ecclesie predicte causam prosequenti viriliter te opponas, totis viribus moliuntur, contra eandem ecclesiam assumpto Ludovico de Bavaria hosti Dei et ipsius ecclesie manifesto ac de heresi iusto iudicio, prout tuam sinceritatem latere non credimus, condempnato adhereas sibi contra dictum ducem consilium et[b] auxilium exhibendo, nos quamvis indubiam de te geramus fiduciam, quod calumpniancium huiusmodi latratus pestiferos de innata tibi fidelitate et constancia probata obaudias, te fili ex habundanti, attendentes illud poeticum 'non nocet emisso subdere calcar equo'[1], paternis monitis et precum instanciis excitamus, ut nostris assueto more salutaribus monitionibus acquiescens huiusmodi calumpniancium, qui suam nituntur querere in tua iactura quietem, periculosis vocibus studeas denegare assensum et prefato duci tam potenter assistere auxiliis oportunis, quod apud nos et sedem apostolicam extolli laudibus et gratiis uberibus merearis. Et ut tua circumspectio non ignoret, quid nunciis inclitorum principum super facto Bavari proposuerunt coram nobis quidque per nos ad eadem proposita sit responsum, ecce quod illa seriose nil addito nil detracto eidem per nostras litteras alias[2] nunciamus, ut circa illa lingua tertia[3] vera supprimens vel falsa suggerens pacem tui animi nequeat perturbare.

Dat. II. Kal. Augusti, anno quartodecimo.

In e. m. . . comiti de Marka

In e. m. . . comiti Locensi.

817. *Litterae ad eundem et Heinricum ducem Bawariae.* *Iul. 31.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115[II] fol. 170 nr. 1963. Descripsimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 474 nr. 1365 ex* c. *(decurtatum); Sauerland l. c. II, 355 nr. 1933 ex* c. *(decurtatum).*

Willelmo comiti Iuliacensi.

Licet de tue probate fidelitatis costancia indubiam spem geramus, quia tamen non nocet emisso interdum subdere calcar equo[1], presertim cum supponamus multos suggerentes contraria non deesse, nobilitatem tuam exhortandam duximus et rogandam, ut quanta tibi adhesio Bavari cominetur discrimina quantaque ab eius consorcio, favore et auxilio separatio erga Deum et ecclesiam ac viros catholicos premia repromittat, consideranter attendens in ceptis tua providencia inmobiliter curet persistere, ut premia que repromittuntur perseverantibus valeas merito promereri. Ut autem quid nunciis carissimi in Christo filii . . regis Boemie illustris et venerabilis fratris nostrorum archiepiscopi Treverensis ac dil. fil. nobilis viri Ottonis ducis Austrie responderimus super hiis, que super negocio proposuerunt Bavari, tua magnificencia non ignoret, ecce quod de hiis per nostras litteras[2] alias curamus te reddere certiorem.

Datum ut supra.

In e. m. Henrico duci Bavarie.

818. *Litterae ad administratorem ecclesiae Basiliensis.* *(Iul. ex.).*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115[II] fol. 168 nr. 1950. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 459 nr. 1316 ex* c. *(decurtatum); 'Urkundenbuch der Stadt Basel' IV, 84 nr. 82 ex* c. *(ad m. Maii).*

816. b) *supra lineam add. c.*

1) *Ovid. Pont. 2, 6, 38:* Nec nocet admisso subdere calcar equo; *ars amat. 2, 732; rem. 788.* 2) *Supra nr. 814. 815.* 3) *Eccli. 28, 16 et 19.*

*Huic tempori potius Litteras nr. 818 et 819 adiudicandas esse, apparet ex eis quae in fine referuntur.*

Iohanni episcopo Lingonensi administratori ecclesie Basiliensis auctoritate apostolica in spiritualibus et temporalibus deputato.

Grata Deo ac nobis et apostolice sedi admodum relatione percepimus, quod tu frater nostris et ecclesie Romane te coaptans beneplacitis in omnibus et exhortationibus diligenter et fideliter acquiescens dil. fil. magnifico viro Ottoni duci Austrie gentis armigere subsidium adversus illum Bavarum Dei et ecclesie sancte sue fideique catholice atrocem persecutorem et hostem ac manifestum hereticum et scismaticum destinasti procurastique nichilominus inter prelatos et magnates nonnullos earum partium ad obsistendum fortius et virilius eiusdem hostis detestandis conatibus ligam et confederationem iniri et insuper dil. fil. commune, universitatem ac cives civitatis Basiliensis et alios fideles circumvicinos in fide ac devotione memorate ecclesie et ne hosti predicto adherent vel intenderent, confortasti ac etiam solidasti. Nos itaque premissis diligentius intellectis tuam circumspectam prudentiam, que procedit ex puritate devotionis et fidei, quibus erga nos et eandem Romanam ecclesiam prefulgere dinosceris, cum gratiarum actionibus uberibus multipliciter in Domino commendantes fraternitatem tuam rogamus et in Domino attentius exhortamur, quatinus premissa que tibi divinam et eiusdem sedis exuberant merito gratiam, continuare indefessis solicitudinibus non ommittas. Nos equidem geminas litteras nostras, qualiter ambaxiatoribus carissimi in Christo filii Iohannis regis Boemie illustris et venerabilis fratris nostrorum Balduini archiepiscopi Treverensis ac ducis Austrie predicti super facto eiusdem Bavari nuper ad nostram presentiam destinatis respondimus continentes[1] tibi et eisdem civibus necnon et alias[2] ipsis civibus, per quas eos super constantia sue devotionis et fidei commendamus, eidem fraternitati tue cum presentibus mittimus, ut illas que diriguntur prefatis civibus eis facias presentari, nobis super hiis et aliis que tibi occurrerint nichilominus rescripturus.

Datum.

## 819. *Litterae ad civitatem Basiliensem.* (Iul. ex.)

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115<sup>II</sup> fol. 168 nr. 1951. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 459 nr. 1317 ex* c. *(decurtatum); 'Urkundenbuch' IV, 84 nr. 83 ex* c. *(ad m. Maii). Cf. infra nr. 825.*

Communi, universitati ac civibus Basiliensibus.

Litteras vestras[3] leta manu recepimus continentes, quod Bavari littere nondum ad vos pervenerant, per quas a vobis obedienciam vel subiectionem aliquam postularet, et si contingeret ipsum vobis aliqua scribere, sibi non intendebatis aliquid absque nostra conscientia respondere. Super quo vestram ad Deum et sanctam ecclesiam devotionem et fidem plurimum in Domino commendantes, circumspectionem vestram exhortamur in Domino et rogamus, quod quia pix tangi nequaquam potest, quin tangens coinquinetur ab ea[4], a tactu eiusdem Bavari, cuius tactus nedum corpus sed animam inficit et totum penis eternis et temporalibus subicit, per consensum abstinere sicut viri prudentes et providi procuretis. Et quia certi principes pro negocio dicti Bavari suos ad nostram presenciam nuncios hiis diebus preteritis destinarunt, ne ling[u]a tercia vera[5] supprimens seu falsa proferens possit vestri pacem animi perturbare, ecce quod per nostras litteras alias[1] vobis, quid per ipsos propositum quidve per nos responsum fuerit, nil detracto, nil addito nunciamus.

1) *Supra nr. 814. 815.* 2) *Infra nr. 819.* 3) *Servatae non sunt.* 4) *Eccli. 13, 1.* 5) *Eccli. 28, 16 et 19.*

## 820. PROCURATORIUM VICARII GENERALIS CIVITATIS MANTUANAE.

### 1330. Iul. 30.

*Originale in tabulario regio Mantuano. Descripsimus nos. — Ineditum.*

In nomine Christi amen.

Die Lune penultimo Iulii, presentibus nobilibus viris dominis Nicolao de Ravanis iurisperito, Corado de Saviola et Raynerio de Villana notario, Mantue in palacio habitationis infrascriptorum fratrum nobilis miles dominus Loysius de Gonçaga pro imperatoria maiestate civitatis et districtus Mantue vicarius generalis et Guido, Filippinus et Feltrinus eius filii cum voluntate et consensu ipsius fecerunt, constituerunt et ordinaverunt reverendum in Christo patrem et dominum dominum Dondinum Dei gratia episcopum Cremon(ensem) quamvis absentem suum procuratorem et nuncium specialem ad comparendum reverenter coram sacra imperatoria maiestate domino Ludovico Dei gratia Romanorum imperatore semper augusto, ad requirendum et impetrandum ab ipsa imperatoria maiestate vicariatum civitatis, episcopatus, dyocesis et districtus Cremone. Et ad recipiendum ab ipso domino imperatore dictum vicariatum, investituras, concessiones et cuiuslibet generis dationes predictorum et aliorum comitatuum, castrorum, terrarum et locorum quorumlibet suppositorum imperatorie maiestati, de quibus placuerit prefate imperatorie maiestati, cum mero et mixto imperio et omnimoda iurisditione et quasi per totum tempus predictorum et cuiuslibet ipsorum. Et ad fidelitates, promissiones et sacramenta predicte imperatorie maiestati pro predictis dominis Loisio et filiis faciendum. Et ad obligandum ipsum dominum Loisium et dictos eius filios dicte maiestati et eorum bona usque ad quantitatem trium seu quatuor milium floren(orum) auri. Et generaliter ad omnia et singula facienda et exercenda, que in predictis et circa predicta fuerint utilia et oportuna. Dantes et concedentes dicto suo procuratori plenum, liberum et generale mandatum cum plena, libera et generali administratione in predictis et circa predicta. Necnon promittentes per solennem stipulationem michi Ottebono not(ario) infrascripto stipulanti et recipienti nomine et vice dicte imperatorie maiestatis et omnium quorum interest vel intererit, se ratum et gratum habituros perpetuo, quidquid per dictum suum procuratorem in predictis et circa predicta factum fuerit, sub obligatione bonorum suorum.

Actum millesimo trecentesimo trigesimo, indictione terciadecima.

(S. N.) Ego Ottebonus de Nuvolonis imperiali auctoritate notarius publicus Mantuanus his interfui et rogatus scripsi.

---

## 821—825. LITTERAE IOHANNIS XXII. PAPAE DIVERSIS MISSAE.

### 1330. Aug. 1.—21.

821. *Litterae ad comitem Gelrensem aliosque.* *Aug. 1.*

*Copia* (c.) *in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 115*[II] *fol. 169 nr. 1958. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 476 nr. 1369 ex* c. *(decurtatum); Brom 'Bullarium Trajectense' I, 360 nr. 849 ex* c.*; Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 356 nr. 1935 ex* c. *(decurtatum); Fayen 'Lettres de Jean XXII' II, 427 nr. 2818 ex* c.

Reynaldo comiti Gelrensi.

Constanciam clare devotionis et fidei, quibus erga Deum ac nos et Romanam ecclesiam hactenus tua claruit indefesse sinceritas, revocantes letanter ad memoriam et delectabiliter recensentes, inde nobilitati tue graciarum uberes actiones exolvimus eamque rogamus attencius et in Domino exhortamur, quatinus in predictis, que tui nominis famam extollunt merito tibique divinam et apostolice sedis benedictionem et gratiam continuis incrementis exuberant, inviolabiliter persistere non omittas nec te quorumvis seductio seu callida persuasio ab hiis, in quibus assistente tibi divina gracia perstitisti constanter ut premittitur hactenus, adhesionem hereticorum, scismaticorum et rebellium ac penas et sentencias adversus adherentes eisdem per processus nostros diversos ac iura et constitutiones inflictas vitando provide tibique nostram et eiusdem sedis graciam propter hoc vendicando continue, divertat quomodolibet vel avellat. Audivimus namque de te fili, quam laudabiliter, et de nonnullis earum parcium, qualiter in premissis et ea tangentibus vos gessistis necnon et quomodo alii gehenne filii[1] Deum et sedem predictam offendere in suarum animarum periculum teque decipere minime formidantes te a via recta, per quam ambulasti[2] et ambulare non cessas, divertere secumque in precipicium nimium periculose deducere, ut eisdem scismaticis, hereticis et rebellibus, qui nichil nisi de alieno, cum nil habeant, dare tibi vel cuiquam alii possunt vel promittere, adhereres et te dil. fil. nobili viro Ottoni duci Austrie, tanquam si suum privatum ageret negocium, opponeres, moliuntur, cum idem dux in hac parte iusticiam ac causam Dei et ecclesie fideique catholice procul dubio prosequatur. Quesumus igitur fili et tue prudencie sano paternoque consilio suademus, ut attendens quod corona non inchoantibus sed perseverantibus est promissa, talium qui tibi contraria tue saluti et honori persuadent inductionibus utique fraudulentis et periculosis nullatenus acquiescas, sed eidem duci aliisque nostris et ecclesie memorate fidelibus causam ipsam contra predictos hereticos, scismaticos et rebelles prosequentibus adhereas pocius et assistas. In premissis et circa ea te sicut hactenus taliter habiturus, quod fama tui nominis illesa et immaculata permaneat tuque propter hoc divinam et sedis predicte uberiorem assequi gratiam nosque reperire iugiter promptiores super tuis oportunitatibus merearis.

Dat. Kal. Augusti, anno quartodecimo.

In e. m. Iohanni duci Brabancie
In e. m. Guillelmo comiti de Arnsberg
In e. m. Rudolfo comiti de Monte.

## 822. *Litterae ad Rupertum comitem Palatinum.* *Aug. 3.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115^II^ fol. 170' nr. 1966. Descripsimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 477 nr. 1372 ex* c. *(decurtatum).*

Roperto comiti palatino Reni duci Bavarie.

Nobilitatis tue recepimus litteras[3] et que earum referebat series, intelleximus diligenter. Utinam fili facta tua nunciatis per easdem litteras responderent! Sed proch dolor in te verificatum videtur, quod de quibusdam apostolus dicit: 'Confitentur' inquit 'se nosse Deum, facta autem negant'[4]. Numquid non fili illius membri diaboli, hostis Dei et ecclesie inimici ferocissimi consiliis assistendo, cum eo divina audiendo, diffidando civitates et comunitates alias eidem obedire ac parere nolentes et cum eo comunicando in aliis negas facto, que ore in tuis litteris confiteris? Recogita fili, recogita que patri tuo fecerit et attende que fecerit tibi. Si preterita ad memoriam revoces,

1) *Matth. 23, 15.* 2) *Ierem. 31, 21.* 3) *Deperditae sunt.* 4) *Tit. 1, 16.*

procul dubio reperies, quod te toto tuo patrimonio spoliatum tenebat et, ut indubie credimus, si facta sibi successissent ad votum, adhuc[a] te teneret et si successus, quod advertat Dominus, haberet prosperos, nil contra te fecit, quin adhuc faceret graviora. Si autem quam sincere ecclesia te tractaverit quamque solicita fuerit, ut posset restitui status tuus, considerasses attente, profecto credimus, quod non sic subito, sic repente sibi tergum et non faciem vertere[1] attemptasses. Sane quia humanum est peccare, diabolicum vero perseverare, nos qui paterno more salutem filiorum querimus, licet nobis frequenter existant ingrati, no(bilitati) t(ue) sano consilio suademus, ut consideranter attendens, quantis te periculis inmiscueris per predicta quantisque penis eternis et temporalibus te subicies, si non facto resipueris ab eisdem, te ab illo membro sathane separare non differas, ne particeps sceleris eius fias, nec ad Deum verum eiusque sponsam sanctam ecclesiam catholicam reverti differas, ne forsan si feceris subito te disperdat, sed ruptis cuiusvis more vinculis ad ipsos[b] paratos recipere te convertas. Gratia Domini de periculo, in quo corruisse diceris, te eripiat vel si non corruisti, ne corruas te conservet amen.

Dat. Avinion(e), III. Non. Augusti, anno quartodecimo.

## 823. *Litterae ad Gerlacum comitem de Nassow.* *Aug. 3.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115[II] fol. 171 nr. 1967. Descripsimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 477 nr. 1373 ex* c. *(decurtatum).*

Gerlaco comiti de Nassawe.

Etsi etas dil. fil. nobilis viri Roperti comitis palatini Reni ducis Bavarie culpam extenuet, tuam tamen extenuare non potest. Sane quia que facta sunt, haberi nequeunt pro infactis, non est circa hoc insistendum, sed est quoad ea, que perverse acta sunt, iuxta sapientis consilium faciendum dicentis: ʻfili, peccasti, ne adicias iterum, sed de pristinis deprecare, ut dimittatur tibiʼ[2]. Ne differas igitur sapientis adimplere consilium, ne forsan si distuleris, subito is, cui subest posse, cum voluerit[3], te disperdat nec illud queas cum volueris adimplere.

Dat. ut supra[4].

## 824. *Litterae ad duces Stetinenses aliosque.* *Aug. 18.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 115[II] fol. 171 nr. 1969. Descripsimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 478 nr. 1375 ex* c. *(decurtatum).*

Ottoni et . . filio eius ducibus Scotinensibus.

Publicus sicut nostis et notorius hostis Dei ac ecclesie sue sancte, Bavarus proprie dampnationis, impositionis[a] et semper dampnate operationis aggressor[b] ad marchionatum Brandeburgensem, quem eius filio de facto concessit, sicut audivimus, accedere properat et ut idem filius suus plena possessione illius utatur et libera vel tyrannica potius detentione fruatur, totis conatibus se accingit. Sane illud o fili vos tam salubriter quam prudenter advertere cupimus, quod cum idem Bavarus exigentibus demeritis suis, prout ad vestram et communem noticiam sepius est deductum, iure si quod in regno seu imperio Romanorum sibi quomodolibet competebat, privatus legittime et ad eius honorem redditus fuerit prorsus inhabilis et indignus preter alias sententias atque penas, quibus

822. a) hoc *add.* c. b) ipsas c.

824. a) impontois c. b) aggeressor c.

1) *Cf. Ierem. 32, 33.* 2) *Eccli. 21, 1.* 3) *Sap. 12, 18.* 4) *Scil. nr. 822.*

tanquam excommunicatus et publice condempnatus ut hereticus ac hereticorum fautor suorum crescente cumulo criminum per processus nostros iuste noscitur irretitus, tam circa ea, que de predicto marchionatu de facto sicut premittitur attemptavit, quam alia regnum et imperium prelibata quoquo modo tangentia, nichil sibi acquirere licuit neque licet. Preterea si quod absit pravo in hac parte suo desiderio faveretur, illud in generale preiudicium ipsorum regni et imperii ac nostram et ecclesie prelibate iniuriam et contumeliam cederet evidenter, verteretur etiam proch[c] dolor in vestrum singulare dispendium, quod in vobis utique Christi fidelibus de ipsius Bavari familiaritate lupina seu vicina tyrannide rationabiliter est timendum. Et quia pluribus gratiis ac favoribus variis, quibus vos hactenus benivolencia paterna respeximus, memoranter attentis, vos tanquam gratitudinis filios et devotionis alumpnos illorum esse supponimus non oblitos, nobilitatem vestram rogamus et hortamur attencius in domino Ihesu Christo vobis nichilominus salubri consilio suadentes, ut reprobi huius viri conatibus vos consideratione premissa patencius opponentes sibi, cui assistere vel favere ipsum est penitus offendere Creatorem, sic viriliter et laudabiliter resistatis, quod de occupatione marchionatus eiusdem suum nullathenus consequatur intentum. Scituri pro certo quod si exhortationibus nostris acquieveritis in hac parte, quamvis[d] negocium vestrum agatur ut scitis, vos favoribus tanto maioribus prosequemur et graciis, quanto digniores propterea efficiemini titulo premii pocioris.

Dat. Avinion(e), XV. Kal. Septembr., anno quartodecimo.

Wir Ludowich von Gots gnaden Rômischer cheiser ze allen zeiten merer dez reichs verjehen und tůn chunt allen den di disen brief ansehent oder horent lesen, daz wir unsern getriwen . . den purgern gemeinlich unser und dez reichs stat ze Cholmaren durch dez schadens willen, den si genomen habent von unsern und dez reichs wegen, die genade getan haben und tůn von cheiserlichem gewalt, daz wir wellen swaz si den Juden gelten sůllen, swenne si daz gelten můgen ze disen zeiten oder fůrbaz, daz in danne dez gesůhs oder schadens, der auf ir gůlt zwai jar gangen ist, abgê und dez ledig sein gar und gentzlich. Und dar umb wellen wir und gebieten unserm lantvogt ze Elsazzen vestichlich, daz er den[a] obgenanten den[a] purger[n] von Cholmaren an diser unser gnade beholfen sei von unsern wegen und si darzů schirme. Dez wellen wir nicht enberen. Und dar ůber ze urchunde geben wir in disen briefe mit unserm insigel versigelten.

Der geben ist ze Pasel, dez Suntags nach unser Frawen tag als si ze himel fůre, do man zalt von Christes gebůrde dreutzehenhundert jar dar nach in dem dreizzigestem jar, in dem sehtzehendem jar unsers reichs und in dem dritten dez cheisertůms.

## 856. *Mandatum ad preces primarias spectans.* *Aug. 20.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Confluentino. Descripsimus nos. Pendet sigillum laesum filis sericis viridis coloris. — Ed. Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 505 nr. 741 ex cop. saec. XV.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 361 nr. 3296 (Addit. III).*

**854.** a) huser *c.*

**855.** a) *corr. ex* di *or.*

Wir Ludewig von Gots genaden Romescher cheiser zu allen ziten merer dez richs enb(iete)n den edeln und vesten mann Philippen graven von Spanheim und Wernhern von Hoenvels, unsern lieben getrauwen unser huld und allis gůd.

Wir habent gegebin Wyppel von dem Rosgartin unser erste bethe zů der .. meisterin und dem .. convent zů Sant Rupretsberg bi Bingen umb ein pfrůnd Methild siner dother. Nu habent uns geclaget die egenant meisterin und der .. convent, daz der selbe Wyppel in sin vorgescriben dother wolle antwortin, die zu alt und zu ungefuglich dar zu si, wan si si mit nith geleren mogen. Nu haben wir dem selben Wippil gescriben, daz er in antwort siner dother ein, die bi ath jaren si und nit dar uber, und di sollint si enphahen. Si habent och vor zwo pfrůnde hin gehaizzen den .. ertzbischofen von Meinze, daz wollint wir daz si die selben zwo vor hin gebent und gebin mogint und danne dar nach sin dother, di bi ath jaren ist, unphahent. Da von so gebiden wir uch gar vesteclich und gebident daz auwer iclichem sonderlingen, welcher von der vorgescriben .. meistrin und .. convent wegen werde gemanet, daz ir dem selben Wyppil zů sprechint, daz er daz also tů und stât halt. Wolt er ez dar uber nit důn, so wollint wir daz ir si danne also vor im schirment von unser wegen, daz uns die .. meisterin noch der .. convent furbaz dar umb iht ze clage chom. Wir wollint och und gebident uch vesteclich, daz ir die .. meisterin und den .. convent beschirment vor allen den, di si mogint oder gerint zu hindern alder zu betruben an lib oder an gůd alder[a] an keinen dingen, di in schedelich[b] mogint gesin, von unsern wegen und daz sollint ir tůn als dicke, als si uch ze clag choment. An disen dingen sol keiner dez anders beiden, won welchim under uch zwein, ob der ander nit enmothe, von ir wegen worde geclaget von keim man, daz sollint ir schirmen von unsern wegen als vere als ir iemer mogint.

Der brif ist gegebin zu Basel, an dem Montag vor sant Bartholomeus tag, in dem setzehenden jar unsers richs und in dem drittin dez cheisertůms.

## 857. *Privilegium de civibus non revocandis.* *Aug. 21.*

*Originale* (or.) *in tabulario civitatis Sletstadiensis. Contulimus nos. Sigillum deest filis sericis rubei coloris relictis. — Ed. Gény 'Oberrhein. Stadtrechte' III, 1 p. 27 nr. 21 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 320 nr. 2981 (Addit. II).*

Wir Ludowich von Gots genaden Rômischer cheyser ze allen ziten merer des richs verjehen offenbar an disem brief und tůn chunt allen den die in sehent oder hôrent lesen, daz wir unsern lieben getriwen den burgern [ze][a] Sletzstat die besundern genad getan haben und tůn mit disem brief, das nieman dheinen irn burger manen und nôten sol ze leysten und ze ein varn in ir stat, swo er gesezzen sei, dann der burgermeister[b] und der rat der vorgenanten stat ze Sletzstat. Und die genad wellen wir als lange stæt haben, untz wir si von andern steten und von in widerruffen und abnemen. Und dar uber ze urchund geben wir in disen brief versigelten mit unserm cheyserlichem insigel.

Der geben ist ze Basel, an dem Dinstag vor sand Bartholomeustag, da man zalt von Christes gebûrd driutzehenhundert jar dar nach in dem dreizigsten jar, in dem sechtzehenden jar unsers richs und in dem dritten des cheysertums.

856. a) aber *or.* b) de *supra lineam eadem manu add. or.*

857. a) *excidit or.* b) *in loco raso or.*

## 858. *Litterae ad nobiles de Gonzaga.* *Aug. 27.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Mantuano. Contulimus nos. Sigilli secreti cerae rubeae dorso ad claudendum impressi fragmenta adsunt. Est inscriptio alia manu exarata:* Nobilibus viris Loyzio de Canzago[a] civitatis Mantue vicario ac Gwidoni eius filio, nostris et imperii fidelibus dilectis. — *Ed. Böhmer 'Fontes' I, 209 nr. 15 ex* or.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 278 nr. 2732 (Addit. I).*

Ludewicus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus nobilibus viris Loysio de Gonzago vicario civitatis Mantue ac Gwidoni eius filio, suis et imperii fidelibus dilectis graciam suam et omne bonum.

Noverit vestra fidelitas, quod cum avunculis nostris ducibus Austrie et eorum fautoribus universis sumus ex procuracione illustris Iohannis regis Bohemie sororii nostri karissimi et aliorum amicorum nostrorum per omnia in perpetuum amicabiliter concordati[1] et alias negocia nostra et imperii sic disposuimus, quod per totam Alamaniam nullius scrupulositatis materia restat neque venire poterit in futurum. Ita omnia sunt ordinata in hiis partibus et cuncti principes nostre indicioni[a] subsunt nostroque mandato stant prompte ac eciam fideliter obediunt et intendunt, ita quod nunc non restat aliud nisi quod pro consolacione nostrorum fidelium in partibus Italie ultra montes coassumptis nobis viris et viribus principum et baronum Alamanie antedictorum Deo dante nos feliciter transferamus. Quod vobis[b] pro speciali gaudio per Normannum latorem familiarem nostrum presencium exhibitorem presentibus intimamus, rogantes vos ex affectu, quatinus vobis eundem in reconpensam laboris sui aliquibus specialibus consolacionibus habeatis amore nostri specialiter reconmissum.

Dat. Constancie, feria secunda post diem beati Bartholomei, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

## 859. 860. SCRIPTA PRO CIVITATE CONSTANTIENSI.
1330. Aug. 28.

## 859. *Confirmatio privilegii de non evocando.* *Aug. 28.*

*Originale* (or.) *negligentissime redactum vel conscriptum, tamen accuratissime exaratum in tabulario generali Karlsruhano. Descripsimus nos. Sigillum fere illaesum pendet filis sericis rosci viridisque coloris. — Ineditum.*

‖Ludowicus quartus‖ Dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis sacri Romani imperii fidelibus presentes litteras inspecturis . . graciam suam et omne bonum.

Nostra gloriatur imperialis sublimitas, quociens nostrorum fidelium subditorum precibus benivolentie graciam impartimur. Attendentes itaque gloriosa merita nostrorum civium Constancien(sium), quibus erga nos et Romanum imperium multipliciter elucescant, gracias infrascriptas dictis civibus Constancien(sibus) per dive recordationis Rudolfum regem Romanorum predecessorem nostrum[2] indultas, donatas et concessas, videlicet quod iidem cives a nullo iudice ad alicuius instanciam super quacumque actione extra civitatem trahi aut coram aliquo alio iudice valeant conveniri[a] quam coram iudice civitatis Constancien(sis), sic tamen quod idem iudex conquerenti iusticiam facere sit paratus et

**858.** a) *ita or.* b) *in loco raso or.*
**859.** a) *ultima* i *corr. ex* e *or.*

1) *Cf. supra nr. 834—839.* 2) *Reg. imp. VI, 389 et 1844.*

iidem cives ipsi iudici paruerint et non recusaverint stare iuri, ad instar clare memorie Alberti Romanorum regis illustris predecessoris nostri[1] approbamus, innovamus, roboramus et auctoritate regia confirmamus. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et maiestatis nostre sigillo iussimus conmuniri.

1309. Mai. 17. Dat. Thuregi, XVI. Kalen. Iunii, indictione septima, anno Domini millesimo trecentesimo nono, regni vero nostri anno primo.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostre approbacionis, innovacionis et confirmacionis paginam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpscrit, gravem nostre maiestatis indignacionem se noverit incursurum. In cuius rei testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus conmuniri.

Dat. Constancie, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, quinto Kalen. Septembris, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

## 860. *Mandatum super sententia proscriptionis non ferenda.* *Aug. 28.*

*Originale* (or.) *ibidem. Descripsimus nos. Sigillum illaesum pendet filis sericis rosei viridisque coloris. — Ineditum.*

*Cf. Böhmer, Reg. Ludw. p. 361 nr. 3297 (Addit. III) et Reg. ep. Constant. nr. 4236.*

Ludowicus quartus Dei gracia Romanorum imperator semper augustus universis comitibus per Theotoniam constitutis presentes litteras inspecturis, fidelibus suis graciam suam et omne bonum.

Cum certis legibus et conswetudinibus[a] civitates[b] nostre et imperii sint munite, quibus coram suo iudice, quem eis pro tempore preponimus[c], recipiant et reddant unicuique plenitudinem racionis, auctoritate presencium firmiter inhibemus, ne quis vestrum racione comitie, in qua Constancia civitas nostra consistit, proscripcionis sentenciam ferat[d] in cives nostros. Sed si quis contra ipsos aliquam intemptare voluerit actionem, coram civitatis iudice actionem suam legittime prosequatur, latis aliunde sentenciis a non suo iudice minime valituris.

Dat. Constancie, anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo, quinto Kalen. Septembris, indictione terciadecima, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

## 861. DUCIS DE TECK ET COMITIS DE FURSTENBERG LITTERAE COMPROMISSI.

### 1330. Aug. 17.

*Originale* (or.) *in tabulario generali regni Bawarici KLS nr. 418½. Contulimus nos. Sigillum ducis parum laesum pendet loro membranaceo, sigillum comitis desideratur. — Ed. Schmid 'Urkundenbuch zur Gesch. der Grafen von Zollern-Hohenberg' p. 266 nr. 318 ex* or. *(male ad Mai. 18); 'Fürstenberg. Urkundenbuch' II, 111 nr. 168 ex* or.

Wir Ludowig hertzog zu Tecke und graf Johans zu Fůrstenberg verjehen und tůn kunt an disem brief allen den die in ansehent, hőrent oder lesent, daz wir umbe di missellunge, die wir heten gegen dem edeln herren graf Růdolfen von Hohenberg von der stat und der burg wegen ze Triberg und der burg zu der Altenhorenberg und

**860.** a) consuuet. *or.* b) cuutates *(prior* u *in loco raso) or.* c) ꝑponimus *or.* d) t *in loco raso duarum litterarum spatium adaequanti or.*

1) *A. 1298. Sept. 28.*

swas dar zu gehôret daz von dem rich lehen ist, gegangen sind under di hohwirdigen fůrsten cheyser Ludowigen von Rome, Johansen kůnig ze Beheim und hinder Friderichen burgraven zu Nẘrenberg, also swas uns die drey heizzent tůn gegen dem vorgenanten graf Růdolfen von Hohenberg, des sullen wir in gehorsam sin und volfuren an alle geverde. Und sullen si daz usrichten und ussprechen uf sant Michels tag der schierst kumpt. Und dar umbe ze einem urkunde haben wir unser eygen insigel gehenget an disen brief. Sept. 29.

Der geben ist ze Brisach, an dem nehsten Vritage nah unser Frowen tag als si ze himel fůr, do man zalt von Christes geburt driutzehenhundert jar dar nach in dem dreizzigestim jar.

---

# 862—865. LUDEWICI LITTERAE PRO DIVERSIS.
## 1330. Sept. 1.—11.

### 862. 863. SCRIPTA PRO CIVITATE BRISACENSI.
### Sept. 1.—11.

#### 862. *Privilegium concessum.* *Sept. 1.*

*Originale valde corrosum in tabulario civitatis Brisacensis. Descripsimus nos. Sigillum laesum pendet filis sericis olim rosei coloris. — Ineditum.*

*Cf. confirmationem privilegii Heinriciani a. 1309. a Ludewico eodem die datam loco supra pag. 671 not. 1 citato IV, 6 nr. 17.*

Wir Ludowich von Gots gnaden Rômischer cheiser ze allen zeiten merer dez reichs tůn chunt offenbar mit disem brief, daz wir durch besunder gunst, di wir haben zů unser und dez reichs stat ze Brysach, den purgern der selben stat daz ungelt vreilich gegeben haben und geben von cheiserlicher milte. Dar zů haben wir in auch erlaubt, daz si di stat gepawen und gepezzern můgen, als si aller beste dunchet, doch also daz unser burch dó selbs do von iht geerge[r]t oder geminnert werde in dheinen wege. Auch haben wir in di besundern gnade getan, daz wir wellen daz nach unserm tode di burch der selben unser stat Brysach . . dem rat do selbs ingeantwrtt und geben werde von dem, swer si danne von unsern oder dez reichs wegen inne hat, und sol si danne der rat inne haben gantz und gůt als si im geantwrtt ist biz an einen chunich. Dem sol danne an widerrede und fůrzog di burch wider geben und geantwrtet werden. Und dar ůber ze urchunde geben wir disen brief mit unserm cheiserlichem insigel versigelten.

Der geben ist ze Ravenspurch, an sant Giligen tag, do man zalt von Cristes geburde dreutzehenhundert jar darnach in dem dreizzigistem jar, in dem sehtzehendem jar unsers reichs und in dem dritten dez cheisertůms.

#### 863. *Mandatum advocatis et officialibus missum.* *Sept. 11.*

*Transsumtum a. 1346. Oct. 6 confectum*[1] *item valde corrosum ibidem. Descripsimus nos. Sigillum, quod loro membranaceo pendebat, desideratur. — Ineditum.*

1) *Verba transsumti hic ponimus:*

Und wir der burgermeister und der rat gemeinlich [zů] Brisach verjehen und tůn kunt mengelichen und sprechen bi unserm eide, das wir aller dirre vorgeschribener ding einen brief haben zů růgge besigelt von dem durchlůchtenden hochgeborn edeln fůrsten unserm gnedigen herren keiser

Wir Ludewig von Gottes gnaden Rômscher keyser ze allen ziten merer des riches emb(iete)n allen unsern und des riches getruwen lantvôgten, vôgten und amptlúten, swie die genant sint unser hulde und alles gûte.

Wir gebieten úwer ieklichem besunder vesteklich und ernstlich bi unsern hulden und wellens ǒch, daz ir unser und des riches burger ze Brisach schirmend vor allen den, die si ze unreht angriffen wellen. Und besunders wellen wir das ir si schirmend vor allen den, die si angriffen und pfenden wellen fúr unser ôheim von Österich, wan si uns und das riche also angehôrende, das wir niht wellent, das si fúr unser vorgen(ant) ôheim von Österich pfantber sin. Ze urkúnde dis briefes.

Der geben ist ze Ingolstat, an dem nehsten Dinztag nach unser Frôwen tag als si geborn wart, in dem sibenzehenden jare unsers riches und in dem vierden des keisertûmes.

---

## 864. *Privilegium super iudicio civitatis Wangen.* *Sept. 1.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Stuttgardiensi. Descripsimus nos. Pendent sigilli fragmenta filis sericis viridis coloris. — Ineditum.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 74 nr. 1211.*

*Cf. privilegium l. c. nr. 1210.*

Wir Ludowich von Gots genaden Romischer cheyser ze allen ziten merer des richs verjehen offenbar an disem brief und tun chunt allen den die in[a] sehent oder horent lesen, daz wir unsern lieben getriwen den burgern ze Wangen von besundern genaden irn binoft also setzen und bezzern uber ir alt gewonheit ze halten von unserm cheyserlichem gewalt: Swo in dem gericht ze Wangen ieman ez sei man oder weyb gevangen wirt umb inzicht oder schulde, da wore hanttag und offenbar gewisheit ist, daz man den oder die mit drein die dar zû gehoren und gût sind nach des gerichtes gewonheit uberwinden und berechten mûgen und sûllen und mit dheinem mer. Swo awer ieman gevangen wurd umb sach die nicht redlich waer noch wore schulde noch offenbar hanttag erschinen, so mugent si daz selbe mit sibenne tûn und berechten mit disen unsern besundern genaden. Und dar uber geben wir in disen brief mit unserm cheyserleichem insigel versigelten zû einem offenne urchund.

Der geben ist ze Maemmingen, an sand Gilgen tag, da man zalt von Christes gebûrd driutzehenhundert jar dar nach in dem dreizigsten jar, in dem sechtzehenden jar unsers richs und in dem dritten des cheysertums.

## 865. *Vocatio ad curiam.* *Sept. 5.*

*Copia* (c.) *in Libro cancellariae imperialis, de quo v. supra ad nr. 676, p. 4 nr. 14. Contulimus nos. — Partim ed. Böhmer 'Fontes' I, 210 nr. 16 ex* c.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 74 nr. 1212.*

*Cf. infra nr. 888.*

Lud(owicus) Dei gracia Romanorum imperator semper augustus venerabili . . episcopo Halberstattensi, principi suo dilecto graciam suam et omne bonum.

864. a) d *or.*

Ludewig von Rome, der brief von worte ze wort stat als vorgeschriben ist. Des zû urkúnde hant wir der stette ingesigel von Brisach gehenket an disen brief.

Der geben ist zû Brisach, in dem jare do man zalte von Gottes gebúrte drúzehenhundert jare und sehsundvierzig jare, an dem nehsten Fritag nach sant Michels tag.

Sciat tua fidelitas, quod cum avunculis nostris ducibus Austrie et universis eorum fautoribus sumus penitus amicabiliter concordati[1], quod de consilio principum et baronum nobis assistencium pro statu imperii universo in melius reformando expedire decrevimus curiam sollempnem seu convocacionem omnium principum et aliorum imperii fidelium per nos fore habendam et faciendam et hanc in Frankenfurt super proxima Dominica (1331. Ian. 27.) ante festum purificacionis beate Marie virginis proxime affuturum statutam et prefixam tibi presentibus intimamus. Fidelitati tue sub obtentu nostre gracie et sub pena privacionis omnium iurium et feodorum que ab imperio obtines districte precipiendo mandantes, quatinus ad dictum locum Franchenfurt in termino curie nostre antedicto in propria persona venias, omnibus aliis tuis agendis penitus pretermissis. Has autem nostras litteras, ne oblivio intercidat, mandavimus registrari.

Dat. M[on]aci[a], feria quarta ante festum nativitatis beate Marie virginis, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

Item .. episcopus Brandenburg(ensis) citatus est ad curiam nostram sub forma consimili.

Item .. episcopus Lubeccensis citatus est sub forma consimili.

Item archiepiscopus Meydeburgensis citatus est sub forma consimili.

Item .. episcopus Zwirinensis citatus est sub forma consimili.

Item .. episcopus Lybuzzensis citatus est sub forma consimili.

Item episcopus Mersburgensis citatus est sub forma consimili[b].

Item dux Ericho Saxonie[c] citatus est sub forma consimili.

Item Růd(olfus) dux Saxonie citatus est sub forma consimili.

Item Otto et Magnus duces de Brunswig citati sunt sub forma consimili.

Item nobiles viri Gerfini[d] de Holtsezzin citati sunt sub forma consimili.

Item nobiles viri domini de Werte[e] citati sunt sub forma consimili.

Item nobiles viri domini de Mekelinburg citati sunt sub forma consimili.

Item nobilis vir[f] dominus de Zwirino citatus est sub forma consimili.

Item nobilis vir dominus de Hohinstein citatus est sub forma consimili.

Item nobilis vir dominus de Bichilingin citatus [est] sub forma consimili.

Item inclita relicta illustris principis ducis Wartzlai citata est sub forma consimili.

Item prudentes viri consules seu rectores ac universi cives civitatis Stralissunde[g] simili modo citati sunt.

Item prudentes viri consules seu rectores ac universi cives civitatis Griffiswald(ensis) simili modo citati sunt.

Item prudentes viri consules seu rectores ac universi cives civitatis Ankleim simili modo citati sunt.

Item prudentes viri consules seu rectores ac universi cives civitatis Demyn simili modo citati sunt.

---

## 866. OTTONIS DUCIS AUSTRIAE OBLIGATIO STURAE IUDAEORUM SCAFHUSENSIUM.
### 1330. Sept. 2.

*Originale in tabulario Scafhusensi. Descripsimus nos. Pendet sigillum parum laesum loro membranaceo. — Ineditum*[2].

**865.** a) Maıı *c.* b) *sequ. del.* Iт̄ ēps Halversta *c.* c) *supra lineam add. c.* d) *sic c.* e) *sic pro* Werle *c.* f) *corr. ex* viri *c.* g) sunde *supra lineam add. c.*

1) *Cf. supra nr. 834—839.* 2) *Cf. 'Urkundenregister für den Kanton Schaffhausen' I (1906) p. 111 nr. 505. Reversales Iohannis dapiferi notat Kopp 'Geschichte' V, 2, 1 pag. 192 not. 4.*

(1) Wir Ott(e) von Gots gnaden hertzog ze Osterr(ich) und ze Styr, herre ze Chrayen, uf der March und ze Portnawe verjehen fur uns, unsern brůder hertzog Albr(ehten) und unser erben offenlich mit disem brief und tůn chunt allen den die in ansehent, lesent oder hőrent lesen, daz wir versetzet haben zů einem rehten werenden pfand unserm liben getriwen Johansen dem Druhsezzen von Diezzenhoven und sinen erben zwaintzig march geltes ze burchůt in unser vestten ze Ach und ze Herblingen uf die Judenstur ze Schafhusen, der man si jerlich weren und rihten sol uf sand
Nov. 11. Martins tag an allen furzuch. Wer aber daz die zwaintzig march geltes da abgiengen von welhen sachen daz geschech, so sol man den selben Johansen oder sin erben der vorgnant(en) zweintzig march geltes rihten von der statsteur ze Schafhusen uf daz vorgnant zil an alle widerrede. (2) Ez ist ouch also beredet, wer daz frowe Eltzab(et) die schultheizzin von Schafhusen genant von Vilnakcher sturbe, so sullen wir dem vorgnant(en) Johansen dem Druhsezzen oder sinen erben die zwaintzig march geltes, die si ze lipgedinge hat von uns und unsern brůdern, inantwurten zů einem rehten werenden pfande und nieman anderem. Und wenne daz geschiht von uns oder unsern amptluten, so sullen die vorgnanten zwaintzig march geltes an der Judenstur und an der statstur ze Schafhusen ledig sin. (3) Wer ouch daz ditze allez abgieng und dirre pfand dheines uzgerihtet wurde als da vor geschriben stat, so sol der vorgnant Johans der Druhsezze oder sin erben zwaintzig march silbers Chostentzer gewihtes jerlich slahen uf die pfande, als die brief sagent die er sunderlich von uns dar uber hat. (4) Ez sol ouch der vorgnant Joh(ans) der Druhsezze oder sin erben die vorgnanten zwaintzig march geltes inne han und niezzen uf swelhen pfanden si inen uzgerihtet und versetzet werden an alle irrung, untz daz er oder sin erben vierhundert march silbers genges und genemes Chostentzer gewihtes nach der werung [gerihtet sint][a], als die brief sagent die der vorgnant Johans der Druhsezze vor von uns hat. Und des alles zů einem urchund geben wir in disen brief versigelt mit unserm insigel.

Der ist gebn ze Schafhusen, an Suntag nach sand Egidii tag, do man zalt von Christes geburt druzehenhundert jar dar nach in dem drizzigsten jar.

---

# 867—872. IOHANNIS XXII. PAPAE LITTERAE DIVERSIS MISSAE.

## 1330. Sept. 8.—26.

### 867. *Litterae ad Rudolfum de Ochsenstein.* *Sept. 8.*

*Copia (c.) in Regestorum Vaticanorum tabularii Vaticani tom. 116 fol. 106 nr. 356. Contulimus nos. — Ed. H. Otto loco supra ad nr. 62 citato XIV, 236 nr. 14 ex c.*

Rudolfo domino de Ochsenstein.

Benigne receptis nobilitatis tue litteris et contentis in eis plenius intellectis diligentiam, quam adhibere curasti super eis, utique nobis gratam multipliciter in Domino commendantes, nobilitatem tuam rogamus et hortamur eandem, quatinus in tue sincere devotionis constantia, quam ad nos et Romanam geris ecclesiam, immobiliter perseve-

866. a) *uncis inclusa exciderunt or.; ita fere supplendum esse videtur.*

rans que cepisti ad honorem Dei et ipsius ecclesie continuare laudabiliter non postponas. Ceterum licet super hiis que scripsisti excusatione non egeas, cum in illis te pura et recta intentione supponimus indubie processisse, te tamen, ut tuis satisfiat in hac parte desideriis, habemus probabiliter excusatum. Volentes quod super hiis que tibi occurrerint possis dil. fil. magistro B(ernardo) electo Regen(si) familiari nostro [1], quotiens oportunum cognoveris, scribere tuasque nobis per te directas litteras mittere nobis per eum postmodum presentandas.

Datum VI. Id. Septembr., anno XV.

868. *Litterae ad Iohannem regem Bohemiae priores.* *Sept. 21.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 116 fol. 72 nr. 335. Contulimus nos. — Ed. Riezler 'Vatikan. Akten' p. 481 nr. 1386 a ex* c.; *Sauerland 'Urkunden und Regesten' II, 363 nr. 1947 ex* c.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 223 Päbste nr. 107.*

Iohanni regi Boemie.

1. De regia fili carissime non credimus memoria excidisse, suas nobis sub data vigil(ie) Pent(ecostes)[a] direxisse litteras[2] continentes, quomodo tu et venerabilis frater noster . . Treverensis archiepiscopus cum Bavaro super quibusdam tractatibus personaliter convenistis. Quos quidem tractatus secundum tuum iudicium et dicti archiepiscopi necnon et inclyti principis Ottonis ducis Austrie super hoc plenius informati utilitatem in omnibus et honorem sancte Romane ecclesie atque nostrum respicere, in eisdem asserebat[ur] litteris, prout tu et ipsi nos intendebatis per solennes nuncios plenius informare. Huiusmodi autem tractatus forma, prout missi per te et archiepiscopum et ducem predictos verbo et scripto nobis exposuerunt nuncii, noscitur esse talis:

'Ita est intentio dominorum — in regno et imperio.' *supra nr. 762.*

Profecto fili quod dictus tractatus utilitatem ac honorem ecclesie non respiciat neque nostrum, immo si fieret quod prefatus concludebatur tractatus, scilicet quod Bavarus in regio et imperiali remaneret honore, in Dei offensam, ecclesie catholice ac omnium christicolarum irreparabile dispendium et subversionem catholice fidei cederet, ex nostra responsione missa[b. 3] tibi prefatisque principibus satis ut credimus potuit regie prudentie dictisque principibus apparere. De aliis autem, que acta tractataque ac ordinata in parlamento fuere predicto, scimus multa ex eis nec ad Dei nec ecclesie nec rei publice utilitatem cedere, sed in magnum eorum contemptum depressionemque ipsius ecclesie et preiudicium ac hereticorum favorem.

2. Novit quoque prudentia regia, quod nunciis tuis dictorumque principum in curia Romana existentibus nobili viro Azoni de Vicecomitibus de Mediolano sub hac forma scripsisti:

'Iohannes Dei gratia Boemie — Lucemburg(i), IIII. Iulii.' *supra nr. 799.*

ac insuper prefatum ducem Austrie, qui obedientes prefato Bavaro ut vir catholicus impugnabat, revocasti ab isto proposito eiusque Bavari privati iure, si quod sibi ex dicta electione quesitum fuerat, ac de diversis heresibus condempnati stipendiarium et subditum effecisti. Nec hiis contentus quasi cursorem seu precursorem et mediatorem inter dictum Bavarum et civitates obedientes ecclesie ac alios devotos ecclesie te constituens, devotos ipsos ecclesie a devotione retrahere ac ut ipsum hereticum in

868. a) *sequ.* lrās *del. c.* b) *hic in margine ductu acutiori adduntur* Vide illam in anno | XIIII. et incipit 'Regie | serenitatis' *c.*

1) *Est Bernardus Stephani archidiaconus; cf. supra p. 215 not. 1.* 2) *Servatae non sunt; sed cf. supra nr. 763.* 3) *Supra nr. 814.*

suum regem et imperatorem reciperent, non absque gravi Dei offensa contemptuque sancte ecclesie ac tuo et ipsorum grandi periculo procurare nimium temere presumpsisti. Et non solum hec in Theutonia attemptasti, sed etiam tuos nuncios videlicet Thomam de Septemfontibus et Symonem Philippi et magistrum G(uilelmum) Pi[n]chon, quem ad curiam novissime destinasti, apud te dimiseras, sicut coram nobis asseruit, cum a te discessit, [et] post eius recessum ad partes Italie transmisisti. Qui pervenientes Mediolanum Azoni exposuere predicto, quod tu potestatem habebas ipsum Azonem et suos concordandi cum Bavaro et quod libenter super hoc esses in colloquio cum eodem quodque ipsos nuncios miseras de ipsa concordia tractaturos. Quibus fuit pro parte dicti Azonis responsum, quod ipse Azo te non rogaverat de concordia predicta tractanda, quia cum Bavaro ipse et sui nullam volebant concordiam, cum de ipso confidere in perpetuum non intendant. Cumque prefati nuncii ulterius procedentes dicerent, quod concordia taliter fieret, quod Bavarus nec terram intraret nec ad eam aliquem mitteret, set quod sibi daretur aliquid annuatim, fuit pro parte Azonis responsum, quod nec in hoc modo aliquo consentirent. Cumque subiungerent nuncii antedicti, quod[c] ipsi bene sciebant quod hoc facere recusabat, quia tractatum pacis nobiscum habebat, fuit pro parte Azonis responsum, quod nobiscum super pace non habebat tractatum, set pacem, quia tractatus pacis inter nos et ipsum iam fuerat consummatus.

3. Profecto fili carissime non sufficimus admirari, qui[s] te ad hoc fa[s]cinaverit, quis te moverit quod sic matrem tuam sanctam Dei ecclesiam undique persequaris, sic intendas sedule devotos suos a devotione retrahere et dicioni istius heretici subiugare. Si enim consideranter attenderes, quam pie erga genitorem tuum . . predecessor noster se gesserit, reperies utique, quod eius favore et suffragio ad fastigium imperialis con[s]cenderit dignitatis. Ipse quidem fratrem suum tuumque patruum, cui etas et defectus scientie repugnabant, in Treverensem promovit archiepiscopum, qui unus est de hiis, ad quos regis Romanorum electio assumendi in imperatorem noscitur pertinere, qui quidem electioni sue favorem non modicum et suffragium prestitit[d]. Quam prompte autem eius electionem admiserit et approbaverit predecessor noster predictus, te non credimus ignorare. Si enim electionem unius episcopi sic prompte, sic faciliter expedisset, utique satis esset et sicut a magnis viris audivimus, qui hoc scire poterant, si per paucos dies admissionem et approbationem electionis huiusmodi distulisset, erant parati qui se volebant opponere, qui forsan electionem ipsam annis pluribus impedissent. Quinque quoque in suum favorem cardinales ad eum usque Romam associandum eiusque vice inungendum et coronandum transmittere non omisit. Civitatibus quoque Lumbardie ac Tuscie pro eo sua efficacia scripta transmisit. Ex quibus quanta tibi domuique tue nedum quoad regnum Boemie, sed quoad alia non facile numeranda provenerint honores et commoda, si diligenter attenderes, profecto tu et prefatus archiepiscopus eam non persequi, sed prosequi sibique assistere vigilanti studio curaretis. De nobis autem, quam benigne quamque favorabiliter erga tuam magnificentiam nos habuerimus, oblivionem ingratitudinis matrem non credimus de memoria regia delevisse. Scimus autem quod inter alios mundi principes precibus tuis benigne consuevimus exauditionis ianuam aperire. Adhuc non sufficimus admirari, quomodo fili carissime sic fame tue effectus sis prodigus, ut homini de diversis heresibus notoriis publice condempnato sic te possis fautorem ostendere statusque sui reprobi et dampnati spretis periculis et penis variis, quibus periculose nimium te involvis, publice te exhibes promotorem.

4. Hec fili carissime pro tanto ante tue providentie oculos curavimus ponere, ne nobis, qui tue curam habemus anime, silentium ad culpam in districto examine valeat imputari necnon et quia intensis desideriis affectamus, ut vias tuas periculosas consi-

868. c) qui c. d) prestitisse c.

derans ad instar prophete dicere debeas: 'Cogitavi vias meas et converti pedes meos in testimonia tua'[1]. Procul dubio periculosum intrasti devium, a quo nisi resipiens[e] ad viam te reduxeris veritatis, ad mortem et penas eternas inferi[2] te deducet. Attende fili carissime quod licet humanum sit peccare, perseverare tamen in malitia debet diabolicum reputari. Noli ergo quesumus hominis conditionem exuere diabolicamque vestire, quod procul dubio facies, si inceptis inprovide quod absit te contigerit perdurare. Et si te fili carissime in tali devio perdurante sancta mater ecclesia supercedat quoad dispensationes et alia in te suas effluere gratias, non mireris, quia non decet eam in tali statu perseverantibus gratias, per quas in eo firmari pertinacius valeat, elargiri. Set cura fili carissime quesumus exhibere te sibi devotum filium et procul dubio ipsa se tibi piam matrem et benevolam cum omni promptitudine non differet exhibere.

Datum XI. Kal. Octobris, anno quintodecimo.

## 869. *Litterae ad Ottonem ducem Austriae priores.* *Sept. 26.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 116 fol. 74' nr. 337. Contulimus nos. — Ed. Riezler l. c. p. 484 nr. 1388 ex* c.

Ottoni duci Austrie.

A tua fili non credimus memoria excidisse, quod nobis dudum sub data purificationis beate Virginis tuas miseras litteras sub hac forma: Febr. 2.

'Sanctissimo in Christo patri — purificationis beate Virginis.' *supra nr. 687.*

Cuius quidem nuncii credentiam continet cedula presentibus interclusa.

Item sub data beati Georgii tuas nobis alias direxisti litteras continentie subsequentis: Apr. 23.

'Sanctissimo in Christo patri — die beati Georgii.' *supra nr. 740.*

Item direxisti nobis alias tuas litteras sub data vigilie Penthecostes in hec verba[a]: Mai. 26.

'Sanctissimo in Christo patri — Landevia, vigil(ia) Penthecostes.' *supra nr. 763.*

Quodque alias tuas litteras sub data XV. Kal. Iulii tenoris nobis direxeris subsequentis[b]: Iun. 17.

'Sanctissimo in Christo — XV. Kal. Iulii.' *supra nr. 797.*

Profecto fili si attente tenorem duarum primarum litterarum consideres, reperies ab ipsis multum terciam deviare. In primis quidem te velle stare cum ecclesia contra Bavarum nobis insinuabas expresse, in tercia iuncta quarte te ostendebas apertum fautorem Bavari, cum ad procurandum una cum filio carissimo Iohanne rege Boemie illustri et venerabili fratre nostro Baldewino archiepiscopo Treverensi, quod in regio et imperiali remaneret honore, susceperis officium tuosque una cum nunciis premissorum regis et archiepiscopi duxeris nuncios ad nostram presentiam cum dictis litteris credentie destinandos. Que quidem credentia continebat, quod tuo et dictorum regis et archiepiscopi iudicio hoc, scilicet quod Bavarus in predictis regio et imperiali remaneret honore, ad honorem et utilitatem nostros et ecclesie pertinebat. Quod quam sit obvium veritati, scilicet quod ad honorem et utilitatem nostram hoc cederet[c], quod Bavarus de fautoria hereticorum et diversis heresibus condempnatus tam crudelis persecutor sancte Dei ecclesie in dictis honoribus remaneret, ex nostra responsione tibi et dictis facta principibus

**868.** e) et *add.* c.

**869.** a) *in margine legitur* tenor III. littere *c.* b) *in margine legitur* tenor IIII. littere *c.* c) scilicet *c.*

1) *Ps. 118, 59.* 2) *Cf. Eccli. 21, 11.*

potest liquido apparere[1]. Nec hiis contentus adhuc nunciis predictis in curia residentibus non erubuisti eius stipendiarium te constituere ipsumque sic condempnatum de diversis heresibus regem et imperatorem recognoscere teque sibi ut tali ad eius obsequia 1331. Febr. 2. et quod sibi homagium solenniter facere in festo purificationis beate Marie proximo debeas, solenniter obligare, pro stipendiis tibi promissis obligationem certorum castrorum imperialium ab illo recipiens, quamquam ad hoc nullum sibi ius competat faciendi. Ex quibus non est dubium te terrasque tuas diversas incurrisse sententias teque in penas alias in nostris contentas processibus incidisse ac ut declarari possit in nonnullas te incidisse, alias periculose nimium astrixisse. Hec autem ante mentis tue deducenda duximus oculos, ne nobis ad culpam possit in districto examine taciturnitas imputari et ut tu vias, immo periculosum nimis[d] devium, quod minus provide es ingressus, ductus saniori consilio deseras pedesque tuos in viam non differas veritatis convertere, quod utique intensis etiam pro salute tua desideriis affectamus. Considera igitur quesumus, unde excideret ob premissa, et age dignos fructus, ut restitui priori divine gratie merearis. Nec miretur tua prudentia, si interim sponsa Christi fluenta sue suspendat influere gratie, cum eam non deceat ab ea se avertentibus illa influere, presertim per que adversi possint in sua stulticia consumari. Sed acquiesce sanis prefatis consiliis teque cura sponse Christi non verbo solum, sed opere devotum reddere filium. Sciturus quod si feceris ipsa, se tibi non omittet matrem piam et propitiam exhibere.

Datum Avinion(e), VI. Kal. Octobr., anno XV.

## 870. *Litterae ad eundem alterae.* *Sept. 26.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 116 fol. 72 nr. 333. Descripsimus nos. — In forma integra ineditum. Extr. apud Riezler l. c. p. 486 nr. 1389 ex* c.; *item apud Sauerland l. c. II, 368 nr. 1949 ex* c.

Ottoni duci Austrie.

In litteris tue nobilitatis nobis per dil. fil. magistrum Nicolaum tuum notarium novissime presentatis[2] non absque admiratione contineri vidimus, nos super matrimonio tractato inter te et . . filiam carissimi in Christo filii nostri I(ohannis) regis Boemie illustris dispensasse. Hoc enim fili secundum veritatem non fecimus, set verum est quod supponentes te et regem predictum devotos existere filios sponse Christi ordinaveramus committere certis episcopis, ut [super] causis insertis in supplicatione nobis oblata super hoc[a] se deberent plenius informare et si ea[s] reperirent consonas veritati et eam alias expedire, possent procedere ad dispensationem huiusmodi faciendam, illamque per dil. fil. . . priorem Tholose proposueramus mittere et eum ad tuam et dicti regis presentiam pro certis aliis negociis nos et vos tangentibus destinare. Sane quia antequam dictus prior iter suum arriperet, supervenerunt littere varie, quod dicto rege procurante tu cum Bavaro armis proiectis pacem feceras teque pro certa summa pecunie, pro qua tibi certa imperialia castra de facto, cum de iure non posset, obligaverat, eius stipendiarium constitueras tuumque cum toto posse tuo in Alamannia auxilium 1331. Febr. 2. eidem promiseras impartiri ac in instanti festo purificationis Domine nostre homagium ut regi et imperatori solenniter exhibere, visum est [nobis] et nostro consilio, quod nec commissio super dispensatione predicta fieret ad presens nec ad vos prior predictus destinari deberet, cum illa, propter que ipsum intendebamus mittere, assequi speratum effectum non possent. Ideoque habeat nos super utroque, scilicet commissione dispen-

869. d) minus *c.*
870. a) contentis *add. c.*

1) *Supra nr. 814.* 2) *Servatae non sunt.*

sationis et non misso priore predicto tua nobilitas excusatos. Miramur insuper quod super responsione nostra super facto Bavari[1] nil tua providentia duxerit rescribendum. Premissa autem in nostris litteris aliis, quas una cum istis excellentie regie mittimus[2], plenius poteris intueri. Pro tuo autem dilecte fili et ecclesie obtamus commodo et honore, ut quam pie sponsa Christi cum inclite recordationis germanis tuis, presertim cum Frederico se gesserit, contra quem, licet nos et ecclesiam ipsam offendisset, procedere, quamquam potuissemus, distulimus ac sibi compatientes, dum detineretur a Bavaro, indulsimus, que a nobis pro salute sue anime postulavit, qualemque rependas vicissitudinem, deducas in consistorio rationis et ut tue saluti provideas tueque fame consulas consultusque periculis, que tibi posterisque tuis propter illa, que in favorem Bavari de diversis heresibus condempnati hiis diebus egisse nosceris, possent sequi, non ommittas occurrere et que improvide gesta sunt, reformare in melius, paterno rogamus affectu et omni quo possumus studio invitamus. Sciturus quod Christi et ecclesie status ac fidei eorumque negocia ea sunt indivisibili unione coniuncta, ut alter honorari nequeat reliquis seu reliquo non habitis seu non habito in honore.

Datum VI. Kal. Octobris, anno XV.

## 871. *Litterae ad regem Bohemiae alterae.* *Sept. 26.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 116 fol. 74 nr. 336. Contulimus nos. — Ed. Sauerland l. c. II, 366 nr. 1948 ex* c.

Eidem regi.

In litteris regiis nobis per magistrum G. Pi[n]chon nuncium regium novissime presentatis[3] non absque admiratione contineri vidimus, nos super matrimonio tractato inter tuam filiam et inclitum principem Ottonem ducem Austrie dispensasse. Hoc enim fili secundum veritatem non fecimus, sed verum est quod supponentes te ducemque predictum devotos existere filios sponse Christi ordinaveramus committere certis episcopis, ut [super] causis insertis in supplicatione nobis oblata super hoc[a] se debeant plenius informare et si eas reperirent consonas veritati et eam alias expedire, possent procedere ad dispensationem huiusmodi faciendam, illamque per dil. fil. . . priorem Tholosan(um)[b] proposueramus mittere et eum ad tuam et dicti ducis presentiam pro certis aliis negociis nos et vos tangentibus destinare. Sane quia antequam dictus prior iter suum arriperet, supervenerunt littere varie, quod te procurante, fili carissime rex predicte, dictus dux cum Bavaro armis proiectis pacem fecerat seque pro certa summa pecunie, pro qua sibi certa imperialia castra de facto, cum de iure non posset, obligaverat, eius[c] stipendiarium constituerat suumque cum toto posse suo in Alamania auxilium eidem promiserat impertiri [ac] in instanti festo purificationis Domine 1331. Febr. 2.
nostre homagium ut regi et imperatori solenniter exhibere, visum est nobis et nostro consilio, quod nec commissio super dispensatione predicta ad presens fieret nec ad vos prior predictus destinari deberet, cum illa, propter que ipsum intendebamus mittere, assequi speratum effectum non possent. Ideoque habeat nos super utroque, scilicet commissione dispensationis et non misso predicto priore regia circumspectio excusatos. Miramur insuper quod super responsione nostra super facto Bavari[1] nil celsitudo regia nobis duxerit rescribendum. Premissa autem in nostris litteris aliis, quas una cum istis excellencie regie mittimus[4], plenius poterit intueri. Pro tuo autem fili carissime et ecclesie obtamus commodo et honore, ut quam pie sponsa Christi cum genitore tuo ac tecum se gesserit qualemque sibi rependas vicissitudinem, deducas in consistori rationis

**871.** a) contentis *add. c.* b) quem *add. c.* c) que *add. c.*

1) *Supra nr. 814.* 2) *Supra nr. 869.* 3) *Servatae non sunt.* 4) *Supra nr. 868.*

et ut tue saluti provideas tueque fame consulas consultusque periculis, que tibi posterisque tuis propter illa, que in favorem Bavari de diversis heresibus condempnati hiis diebus extitisse nosceris, possent sequi, non omittas occurrere et que improvide gesta sunt reformare in melius, paterno rogamus affectu et omni quo possumus studio invitamus. Sciturus quod Christi et ecclesie status et fidei eorumque negocia ea sunt indivisibili unione coniuncta, ut alter honorari nequeat reliquis seu reliquo non habitis seu non habito in honore.

Datum VI. Kal. Octobris, anno XV.

### 872. *Litterae additionales tribus principibus missae.* *Sept. 26.*

*Cf. supra nr. 814 cap. 3.*

*Copia* (c.) *ibidem tom. 116 fol. 75' nr. 338. Contulimus nos. — Extr. apud Sauerland l. c. II, 368 nr. 1950 ex* c.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 223 Päbste nr. 108.*

Regi Boemie.

In responsione, quam tibi fili carissime et venerabili fratri nostro[a] Balduino archiepiscopo Treverensi super facto Bavari misimus, fuit per errorem insertum[1], quod idem Bavarus per Petrum de Corvaria dudum antipapa[m] coronatus in imperatorem fuerat et inunctus, cum secundum veritatem ab eo nec inunctus fuerit nec etiam coronatus. Set inunctus fuit seu verius execratus a Iacobo dudum episcopo Castellano tunc suis demeritis exigentibus deposito, excommunicato et ut hereticorum fautore condempnato. Coronatus autem de facto extitit, cum de iure posset a nemine coronari, cum privatus fuisset omni iure, si quod sibi competierat ex electione in discordia celebrata de ipso, a quibusdam Romanis, ad quos non pertinebat imperatoris coronatio, etiamsi esset coronandus de iure. Quod utique ipsi Romani post di[s]cessum Bavari de Urbe publice in Urbe et coram nobis per litteras et nuncios sunt confessi. Ex quibus unctione et coronatione omnino minus iuris sibi queri potuit, quam si a Petro tunc antipapa attemptata fuissent.

In e. mo. mu(tatis) mu(tandis) archiepiscopo Treverensi

In e. mo. mu(tatis) mu(tandis) duci Austrie.

Datum VI. Kal. Octobris, anno XV.

---

## 873. 874. IMPERATORIS SCRIPTA DIVERSA.

### 1330. Oct. 3.—10.

### 873. *Commissio procurationis per Lombardiam et Tusciam.* *Oct. 3.*

*Originale deperditum. Copia* (c.) *a notariis* in millesimo trecentesimo trigesimo, terciedecime indictionis *confecta in tabulario regio Mantuano. Contulimus nos. — Ed. Böhmer 'Acta imperii selecta' p. 506 nr. 742 ex* c.

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 278 nr. 2733 (Addit. I).*

*Cf. infra nr. 880.*

Ludovicus[a] Dey gracia Romanorum imperator semper augustus ad universorum sacri Romani imperii fidelium, maxime tamen[b] illorum quorum interest vel interesse

872. a) *sequ.* nro *del. c.*

873. a) v *corr. ex* w *c.* b) tam *c.*

1) *Supra nr. 814 cap. 3.*

poterit noticiam deducimus per hec scripta, quod nos nobilem virum Bertholdum comitem de Grayspach et Marsteten dictum de Nyffen, secretarium nobis[c] dilectum, cuius industriam ad infrascripta[d], elegimus[e], facimus, ordinamus et constituimus per presentes nostrum verum et legitimum procuratorem et nuncium specialem. Dantes eidem plenam et liberam potestatem vice et nomine nostro tractandi, disponendi, terminandi et finiendi omnia nostra et imperii negocia per totam Lombardiam et[f] Tusciam nobis et imperio incumbencia et ad nos spectancia, si et prout eidem Bertholdo visum fuerit expedire, eciamsi mandatum exigant speciale. Ratum et gratum habituri quidquid[g] per predictum Bertholdum tractatum, terminatum vel factum fuerit in premissis. In cuius rey testimonium presentes conscribi et sigillo maiestatis nostre iussimus muniri.

Dat. Auguste, tercia die Octobr., anno Domini millesimo trecentessimo tricesimo, regni nostri anno sextodecimo, imperii vero tercio.

### 874. *Infeudatio Philippi comitis de Spanheim.* *Oct. 10.*

*Originale* (or.) *in tabulario regio Wisbadensi. Descripsimus nos. Sigilli fragmenta pendent filis sericis rubei viridisque coloris. — Ed. 'Forschungen' XVI, 106 nr. 18 ex* or.

Wir Ludowich von Gots genaden Romischer cheyser ze allen ziten merer des richs tun chunt allen den die disen brief sehent, horent oder lesent, daz wir dem edlen manne Phillippen grafen von Spanheim unserm lieben getriwen und seinen erben verlihen haben und verleihen mit disem brief alle diu gůt, die der edel man Ruprecht der Ruchgraf von dem riche inn hat, swenn er nicht ist und an leiplich erben ververt, die uns und dem riche dann ledich worden sind. Und sol auch der vorgenant Pfillipp von Spanheim die gůt haben und niezzen swie die genant sein ze gelicher weis und in allen dem rechten, als si der egenant Ruchgraf gehabt und genozzen hat. Und dar uber ze urchund geben wir in disen brief mit unserm cheyserlichem insigel versigelten.

Der geben ist ze Munchen, an der Mitwochen vor sand Gallen tag, da man zalt von Christes gebůrd driutzehenhundert jar dar nach in dem dreizigsten jar, in dem sechtzehenden jar unsers richs und in dem dritten des cheysertums.

---

# 875. 876. PAX GENERALIS SUEVIAE ET BAWARIAE SUPERIORIS.

## 1330. Oct. 4.—29.

### 875. *Litterae imperatoris.* *Oct. 4.*

*Originale* (or.) *in tabulario secreto domus regiae Bawaricae. Contulimus nos. Pendet sigillum parum laesum filis sericis rubei viridisque coloris. — Ed. Wittmann 'Monumenta Wittelsbacensia' II, 313 nr. 281 ex* or.

*Aliud originale in tabulario civitatis Augustanae servatum, quod etiam in minutiis orthographicis fere omnino concordat, conferre supersedimus. Pendet sigillum. — Ed. Meyer 'Urkundenbuch der Stadt Augsburg' I, 265 nr. 299.*

**873.** c) *sic c.* d) *anacoluthon in c.* e) Alegimus *c.* f) *sequ. subpunct.* eciam *c.* g) quidquis *c.*

*Originale ut videtur alia dialecto conscriptum, mendis et correctionibus plenum, quod non confectum esse crediderim, in tabulario civitatis Moguntinae. Item neglleximus. Adsunt lori membranacci fragmenta. — Male ed. Schaab 'Geschichte des rheinischen Städtebundes' II, 117 nr. 80.*

*Böhmer, Reg. Ludw. p. 75 nr. 1223.*

*Cf. infra ad a. 1333. Iun. 10.*

